


XI-31



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF GRANADA
1

UNIVERSITY OF GRANADA
LIBRARY OF THE
FACULTY OF THEOLOGY
1

UNIVERSIDAD DE GRANADA
BIBLIOTECA
GRANADA

BIBLIOTECA MUNICIPAL REAL
GRANADA
Sala: B
Estante: 50
Número: 83

Ministerio de Justicia
Ministerio del Derecho
Folio: N
104

DE SEDITIONIBVS
LIBRI SEX, RATIONIBVS ET EXEM-
PLIS EX OMNI DOCTRINARVM ET AVTHORVM
genere locupletati, Authore Clariss. & Doctiss.
uiro, D. Conrado Bruno
Iureconsulto.

De Libreria des Franc de Muricia

IOANNIS COCHLAEI
THEOLOGI DE SEDITIONIBVS APPEN-
DIX TRIPLEX, CONTRA QVOSDAM
REBELLES HVIVS TEMPORIS.

PROVERB. XXIII.

Time Dominum, fili mi, & Regem. Et cum Detractoribus non
commiscearis: Quoniam repente consurget perditio eorum.

LVCAE XXI.

Cum audieritis prelia & seditiones, nolite terreri: Oportet primum haec
fieri, sed nondum statim finis.

Cum Gratia & Priuilegio Sacrarum Caesaris & Regis
Rom. Maestatum, Ad Septennium.

EX OFFICINA FRANCISCI BEHEM
Typographi, Moguntiae apud S. Victorem.

M. D. L.



DE REDDITIONIBVS

LIBERIS ET LIBERTATIBVS

REPUBLICAE SVEVICAE

IN SENATU SVEVICO

ACTIS ET PROCEEDENTIBVS

ANNO 1711

IOHANNIS COCHLAERI

THEOLOGICI SVEVICI

OPUS

AD

PROVERBIA

IN SENATU SVEVICO

ACTIS ET PROCEEDENTIBVS

ANNO 1711

IN SENATU SVEVICO

ANNO 1711

M D C I

2

☞ SERENISSIMO

ATQVE INVICTISSIMO PRINCIPI

ac Domino, Domino Ferdinando, Romanorum, Vngariae,

et Bohemiae Regi, Archiduci Austriae &c.

Domino suo Clementissimo D. Conra-

dus Brunus S. P. D.



Arcus Cicero in oratione, quam pro L. Murena habuit, Serenissime Rex, idemq; Clementissime Domine, duas artes esse docet, quae homines in amplissimo gradu dignitatis locare possunt: Vnam Iurisperitorum, Oratorum, et Magistratum ciuilium, qua pacis ornamenta retinentur. Alteram Ducum, atq; Imperatorum belli, et Magistratum militarium, qua belli pericula repelluntur. Atq; illa quidem circa leges: haec uero circa arma uersatur. Etsi autem legum atq; armorum tanta coniunctio sit, ut alterum alterius auxilio semper egeat, et tam militaris res in legibus collocetur, quam armorum praesidio leges seruentur: Tamen in maiore semper honore fuerunt, qui bellica uirtute, quam qui forensi industria excelluerunt. Quod et uetustissimi Poetae testantur, ut apud Platonem Tyrtæus. Nullam, inquit, illius ipse facio mentionem, nec omnino ullius precij existimandam censeo, etiamsi ditissimus omnium sit, etiamsi multa bona possideat, ac magnis etiam uirtutibus praeditus sit, qui non semper optime se gerat in bello: Immo ceterae uirtutes et studia, quantumlibet ipsa per se multum ualent, tamen simul atq; motus nouus bellicum canere coeperit, quasi de manibus nobis excutiuntur. Nam promulgatis praелиjs, ut ait Ennius Poeta,

Duae praecipuae artes in Repub.

c. de iust. cad. confir. l. unica in princip.

Praefertuntur bellicae uirtutes.

Pellitur e medio sapientia, ui geritur res.
Spernitur orator bonus, horridus miles amatur,
Haud doctis dictis certantes, sed maledictis,
Miscent inter sese inimicitias agitantes.
Non ex iure manu confertum, sed mage ferro
Rem repetunt, regnumq; petunt, uadunt solida ui.

Gellius lib. 2.
c. 9, noct. att.

Sed et in adipiscendis honoribus, plurimum semper fauoris Candidatis apud populum Romanum conciliarunt bellicae uirtutes, plurimumq; semper authoritatis habuit suffragatio militaris. Nam ut pulchra sit, et honore etiam maximo digna commendatio, Vir iustus est, prudens, modestus, comis, omnibus aequus, nulli iniurius, multarum rerum

Laus militaris gratior populo, quam aliarum uirtutum.

EPISTOLA NVNCVPATORIA

scientia clarus, doctus, iuris diuini & humani peritus, &c.
 Quae quidem uirtutes in quibus enituerint, nemo negare potest,
 quin dignos eos reddant, ut ad maximos & splendidissimos honores
 euehantur: Tamen multo grauior & efficacior oratio apud popu-
 lum semper fuit, quam ad hunc uel similem modum miles quispiam
 in Comitijs enunciauit. Me saucium recreauit, me praeda donauit.
 Hoc Duce castra coepimus, signa contulimus. Nunquam iste plus
 militi laboris imposuit, quam sibi sumpsit. Ipse cum fortis, etiam
 foelix, &c.

Laus boni
 Ducis à
 militibus.

Plin. lib. 22, c.
 23, & 24, 25
 & 26.

A. Gellius lib.
 5, c. 6, not. alt.

Corona
 obsidiona-
 lis alijs
 praefertur.

Dona mi-
 litaria alijs
 clatiora.

Honores
 Imperato-
 ribus bel-
 lorum de-
 creti.

Plutarchus in
 Apoph. Laca-
 demonicis.

Externa
 bella mi-
 nus pericu-
 losa sunt,
 quam in-
 terna.

Iam & militaria dona, quae militibus, fortem operam in bello
 nauantibus, data sunt: Vt coronae triumphales, ciuicae, uallares, mu-
 rales, nauales, castrenses, gemmatae, & aureae, quas Impera-
 tores militibus dederunt. Et inter omnes nobilissima in Maestata
 populi terrarum Principis, praemijsq; gloriae graminea, quae & Ob-
 sidionalis uocata est: quam solam miles Imperatori dedit, libera-
 tus ab eo obsidione, abominandoq; exitio totis castris. Haec,
 inquam, aliaq; his similia dona, uel ab Imperatoribus data militi-
 bus, uel à Senatu Imperatoribus decreta, facile declarant, milita-
 rem uirtutem maximis semper honoribus fuisse decoratam.

His addo uarios Triumphos, quos Imperatores rebus bene
 gestis; ac bellis foeliciter confectis, maximo saepe apparatu ex De-
 creto Senatus egerunt. Statuas item & columnas cum Trophaeis,
 & titulis, & magnificentissimis Decretis: quae in memoriam po-
 steritatis, illis etiam post obitum erectae fuerunt. Quibus & ipsis
 demonstratur, Imperatores, & qui militaribus rebus praefecti sunt,
 quorum uirtute hostes uicti, urbes & prouinciae captae, resq; aliae
 fortiter ac magnifice gestae, demiq; bella ipsa foeliciter confecta
 essent: Apud omnes semper gentes dignos fuisse iudicatos, ut am-
 plissimos quoq; & maximos honores, tam uiuentes quam mortui, con-
 sequerentur. Quin & gentes quasdam ferunt, deos omnes hastatos,
 atq; adeo uenerem etiam ipsam armis indutam, finxisse. Id quod Plu-
 tarchus Lacedaemonijs in usu fuisse scribit: Quo nimirum figmento
 non solum ab otio remotos esse deos, sed tale etiam negocium, quod
 omnium esset honorificentissimum, tribuendum eis esse significarint.

Ceterum, cum duo sint bellorum genera: Externum, & In-
 ternum. Clari quidem sunt, qui in Externis excellunt, & ob id ma-
 gnis etiam honoribus afficiendi: At multo clariores, qui in Inter-
 nis, quas seditiones appellamus, praestant: ac propterea multo
 etiam maximis, excellentissimisque honoribus digni: quia interna multo
 quam

quàm externa sunt maiora, maioribusq; periculis obnoxia. Cuius rei hospes Athenensis Theognim testem citat, qui ait. Fidelem Plato lib. 1. de legibus. uirum omni argento atq; auro in seditione meliorem, quod & ratione subinde optima confirmat. Hunc, inquit, dicimus in grauissimo bello, tanto illo, qui in externo bello claret, meliorem, quanto sola Fortitudine melior est Iustitia, Temperantia, Sapientia, Fortitudini coniuncta. Nemo enim integer & fidelis, sine omni uirtutum numero, in seditionibus reperiri poterit. Multi autem mercenarij reperiuntur, qui externo in bello intrepidè pugnant: quorum plurimi feroces, iniurij, contumeliosj, paucissimisq; exceptis, omnium amen-
tissimi.

Quam equidem sententiam, ego non solum uetustate temporis commendabilem: sed re etiam ipsa uerissimam ac plane diuinam, esse puto. Primum enim periculosissima est perpetua illa carnis aduersus spiritum pugna, quam Monasticam seditionem appellare Pugna carnis aduersus spiritum. possumus. In qua quàm laboriosum, ac sine gratia Christi etiam impossibile sit certare: quàm gloriosum uincere, diuinum illud uas electionis Paulus Apostolus, in huiusmodi genere pugnae uictor, quasi gloriabundus fortissimus, his uerbis declarat.

Nam etsi, inquit, uolero gloriari, non ero insipiens: ueritatem 2. Corint. 12. enim dicam. Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod uidet in me, aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus Sathanae, qui me colaphizet. Propter quod Dominum ter rogavi, ut discederet à me. Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo: cum enim infirmor, tunc potens sum, &c.

Deinde arte & industria opus est, ut domestica dissidia inter maritum & uxorem: parentes & liberos: dominum & seruos, componantur. Qua qui excellunt, & ipsi haud uulgarem apud bonos tum fauorem & gratiam sibi conciliant, tum honorem assequuntur. Domestica dissidia.

Postremo, summa cum laude ad coelum etiam efferendi sunt, maximisq; & amplissimis honoribus decorandi, quorum sollicitudine, industria, & uirtute, Ciuiles seditiones atq; discordiae sedantur atq; tolluntur: uitae fortunaeq; ciuium, à furore seditiosorum illaesa custodiuntur. Virtus eminentissima in sedandis seditionibus.

EPISTOLA NUNCUPATORIA

stodiuntur. Denique, qui per uim oppressi, & in miseram seruitutem redacti fuerunt, in ueram libertatem asseruntur. Quo nomine Solon, alijque apud Græcos summis laudibus celebrantur: Ac Thrasybulum ferunt, cum Atheniensium ciuitatem à Triginta Tyrannorum seuitia liberasset, ac discordias ciuium obliuionis lata lege composuisset, pro tantis meritis præmij loco, coronam ex duabus uirgulis oleaginis fuisse datam. Et apud Romanos Valerio Dictatori, quia paucis annis post Reges exactos, discordias ciuiles plebis aduersus Patres sedauit, honores amplissimi sunt habiti: propter quod & primus apud Romanos Maximus est appellatus. Sic Lucius Gellius, uir Censorius in Senatu Ciceronem Consulem Corona Ciuica donari è Republica censuit, quòd eius opera esset atrocissimi

Cicero in Bruto. de clar. Oratorib.

A. Gellius lib. 5. noc. att. c. 6.

Quid Corona Ciuica.

ma illa Catilinæ conuratio detecta, uindictaque. Erat autem Ciuica Corona, quam cuius ciui, à quo seruatus esset in prælio, testem uitæ salutisque perceptæ dabat. Quin & uilioris abiectiorisque

Plut. in Lucullo.

conditionis homines laudem etiam aliquam ex eo merentur, quòd ad conciliandas hominum amicitias & concordias idonei esse creduntur: Quod de muliere quadam in urbe, Precia nomine, narrat Plutarchus. Ea tamen uita turpis, ut nec impurissimo scorto præstaret, tamen quia ex frequentissimo nobilissimorum iuuenum congressu gesta in Republica perdiscenda, ciuium discordias componere, amicitias confirmare, idonea fuit, & amplissimam sibi beneuolentiam in urbe conciliauit.

Bellorum componendorum peritia.

Sed quorsum hæc tam multa de uirtutibus, præmijs, & honoribus militaribus? Nempe ut intelligamus, ijs, qui ad summos honores peruenire contendunt, in hoc maxime incumbendum esse, ut sint non solum prudentes, iusti, temperantes, modesti, uerborum item artifices & interpretes, tum Iuris, omniumque adeo forensium rerum consulti & exercitati: sed etiam componendorum bellorum, siue externorum siue internorum, periti. Nam his rebus non solum amplissimos honores uiuentes, sed etiam uirtutum suarum mortui memoriam apud posteros consequuntur sempiternam.

Porro ad comparandam hanc facultatem, ut in cæteris quoque fieri solet, arte opus est, quam ex ueterum institutis & præceptis petendam esse existimamus. Ac de arte & disciplina militari, multa quidem extant ueterum, tam Græcorum, quam Latinorum scriptas quorum bona pars ad propulsanda pericula tam Externorum bellorum, quam discordiarum ciuilium, communiter accommodari possunt.

Cæterum,

Cæterum, quod ad seditiones proprie attinet, aliquæ quidam Principum leges & Constitutiones, de poenis seditiosorum promulgatae sunt, in quas & Iureconsultorum Commentarij circumferuntur, & tractatus quidam, de seditiosis inscripti, qui & uice Commentariorum esse possunt. Verum, qui de seditionibus uel cognoscendis uel sanandis artem tradiderint, hæcenus, quod equidem sciam, uidi neminem. Quæ res sæpe magnam mihi, ac fortasse multis etiam alijs, admirationem mouit. Quis enim non miretur, in tanta præclarissimorum ingeniorum copia, cum multa multorum, eorundemq; doctissimorum uirorum, in omni disciplinarum genere scripta, in lucem ædita cernantur: nullum tamen inter hæc de Seditionibus arte sanandis extinguendisq; conceptum reperiri. Qua sane ratione motus ego, quod ab alijs hæcenus neglectum est, & quasi pro derelicto habitum, id merito iure mihi occupandum, ac occupanti concedendum esse putavi. Itaq; in hanc quasi uacuam huius Argumenti possessionem ingressus, id ipsum stylo meo, rudi quidem illo, sed facili tamen, ut puto, & plano excolendum suscepi, ac totam seditionum materiam in Sex libros digessi. In quorum Primo diffinitio, & natura seditionum & partium eius, explicatur. In Secundo causæ seditionum inuestigantur. In Tertio incõmoda & pericula seditionum enumerantur. In Quarto remedia subministrantur, quibus seditiones comprimuntur. In Quinto poenæ in seditiosos constitutæ declarantur. In Sexto remedia exhibentur, quibus seditiones prorsus tolluntur: tum etiam præcauetur, ne semel extinctæ, denuo renascantur. Omniaq; hæc eo omnino ordine, quem Methodus exigat: quam ut in cæteris meis scriptis, ita & in hoc Argumento obseruandam esse duxi. Neq; uero tantum ipse mihi sumo, ut his ipsis qualibuscunq; scriptis meis, uel rei, quam tractandam suscepi (quæ quidem & uaria est & ampla) uel doctorum hominum iudicio satis fecisse me putem: Sicut nec in hoc susceptus est à me hic labor, ut hinc fama, aut aliqua ad me ingenij gloria redeat, sed ut hæc utcunq; à me congesta, & uix rudissimè adumbrata, per artificum aliquando doctiorum manum absoluantur. Iam uero nec audiendi mihi uidentur, quos iam uidere uideor, hos libros meos eo nomine calumniaturos, quasi non sit hic meus partus, sed subdititius potius & alienus, ex aliorum uidelicet scriptis, quorum in his libris testimonijs utimur conflatus. Vulgaris quidem illa obiectio est, eorum maxime, qui scribendi ipsi imperiti, aduersus eos, qui scribendo in commune prodesse possunt & uolunt, hæc & similia in ore habent.

Ars sanandi ac seditiones, hic traditur.

Sex libri de Seditionibus.

- I.
- II.
- III.
- IIII.
- V.
- VI.

Interdum
Authori

Obiectio inuidorum ac detrahentiam.

EPISTOLA NVNCVPATORIA

Terent. in Prologo Eunuchi. Responsio per similitudinem. Scribendorum librorum non est finis: Nihil est dictum, quod non dictum sit prius. Sed quæ neq; honorem Scriptoribus, neq; Scriptorum fructum lectoribus adimere debent. Primum enim non est continuo alienum, quod ex aliena materia factum est.

Neq; enim imaginem opus pictoris esse negabimus, domum fabri lignarij, cyphum aureum & argenteum aurifabri: quia colores, ligna, lapides, aurum, & argentum, ex quibus hæc ipsa constructa sunt, aliena esse dicuntur.

Et ad eundem modum nec Ciceronis opera, Homerus, Plato, Xenophon, Aristoteles, Panetius: nec insigne illud & diuinum, ac multis modis admirandum, naturalis Historiæ opus, quod Plinius composuit, Aristoteles, Theophrastus, Dioscorides, Hypocrates, Galenus, & innumeri alij, tam Græci quàm Latini Authores. Nec Hieronymi & Augustini scripta, Origenes, Epiphanius, Cyprianus, Ambrosius, & quidam alij: Nec recentiorum opera ueteres, quorum scriptis recentiores illi adiuti sunt, uendicare sibi possunt. Quia ex scriptis authorum illorum ueterum, qui illis successerunt, quædam mutuati, in sua scripta transtulerunt.

Hi libri ex uarijs collecti. Quid igitur obstat, cur non & hos meos libros de Seditiõibus meos esse dicam? etiamsi in his multa diuinarum literarum testimonia, multa sacrarum constitutionum, tam Canonicarum quàm ciuilium, Decreta, multa Philosophorum scita, multa deniq; uariarq; Historiarum exempla contineantur? Meus est hic, meus est (inquam) & legitimus partus: qui si deformis est, tamen turpem & deformem meum esse negare non possum. Si alienis plumis induta cornicula uidebitur, plumas equidem alienas esse fatebor: sed corniculam, etiamsi implumem, non erubescam quæ mea est, etiam nudam omnium obtutui præsentare, ut omnes uideant, quæ mea sint, quæ aliena. Scio enim uerum esse, quod ille dicit. Ingenui pudoris esse, fateri per quos profeceris.

Nomina Authorũ explicare, quorum dicta recitantur. Ex qua sane causa omnium maxime semper conuenire putaui, ut quorum testimonijs in scriptis nostris utimur, eorum etiam mentionem aliquam expressis nominibus faciamus. Quod & ego diligentissime semper in scriptis meis hæcenus obseruaui. In quibus sanctorum Patrum & Conciliorum, Constitutionum item Imperialium, Philosophorum & Historicorum, non solum sententias, sed etiam uerba, quibus nostra confirmamus, inserimus: tum nomina etiam authorum, atq; librorum titulos, & numeros in Marginibus paginarum consignamus:

signamus: eius memores, quod Seuerus Cassius in eos iactabat, qui alienas sententias paucis mutatis uocibus, pro suis usurpabant. Nam similes eos esse dicebat furibus, qui poculis alienis mutarent ansas, ne possent agnosci. Malo enim lectorem de his, quæ tum à nobis dicuntur, tum ad confirmanda nostra ex alijs afferuntur, integrum iudicium relinquere, quàm suppressis authorum nominibus, sententijs, ac uerbis, apud doctos in huiusmodi furti aut plagij potius suspicionem uenire.

Etsi autem neminem esse puto, qui se in his libris nostris offensus esse iure conqueri possit: siquidem ea modestia & cautione à me scripti sunt, ut ueterum magis, quàm nostræ ætatis seditio-
Cautela in exemplis ueterum potius, quàm recentium seditio-
 rum.

rum exemplis utar, tum quòd præsentium, uel paulò ante extinctarum seditio-
rum.

rum obliuisci magis, quàm earum memoriam confirmari oporteat: tum quòd idem à ueteribus quoq; obseruatum esse animaduertam, qui & ipsi in scriptis odiosis ab ætatis suæ exemplis abstinerunt. Id quod Marcum Ciceronem quoq; in libris suis de Republica scriptis fecisse, ipse in epistola ad Quintum fratrem testatur: Tamen eiusmodi argumentum est, quod in libris nostris tractatur, quòd uel nomine ipso, & Tituli inscriptione, nonnullum sui odium concitaturum uidetur. Nam erunt procul dubio multi, qui tamen si nullo in his uerbo perstringantur, tamen re ipsa se notatos esse suspicabuntur.

Quanquam non uideo, cur propter atrocitatem rerum, quæ in his libris tractantur, ipsi libri sint fastidendi. Quemadmodum enim
Similitudo, ex libro Medicorum de morbis.

libros medicorum legimus, etiamsi in ijs omnis generis morbi commemorantur, quia morborum non tantum natura, causæ, & pericula in his explicantur, sed etiam remedia morborum exhibentur: Ita nec libri, qui de Seditiombus, alijsq; criminibus, scripti extant, repudiandi erunt, quia in his ipsis uariæ causæ criminum & malefactorum tractantur: Sed legendi potius, & in omnibus Bibliothecis custodiendi: quia & poenas simul, quibus facinorosorum conatus, consilia, & facta coërcentur, constituunt, & quomodo irrogandæ sint, demonstrant.

In hac igitur perplexitate, & periculorum difficultate, in
Ratio de hoc opus Regi.

quibus hos meos libros constitutos esse uideo: uisum est mihi, eos ipsos omnium maxime Maiestati tuæ dedicare. Tum, ut eum Patronum habeant, qui quæ in his ipsis docentur, ea ipse re ipsa non paucis à se dudum seditiombus, summa prudentia, consilio, & arte compositis, uera esse demonstrauit: Tum ut eius patrocinio & tutela adiuti,
 tutius



EPISTOLA NVNCVPATORIA

tutius & securius in lucem prodire, & inter hominum manus uersari possint. Reliquum est, Rex Inuictissime, ut quos Maiestati tuæ dedimus, atq; dedicamus libros, eos quasi seditiosorum gladium, non minori benignitate defendendos & custodiendos suscipiat, quàm seueriore antea animaduersione seditiosorum motus suppressendos curauit. Deus Opt. Maximus Sacram tuam Regiam Maiestatem pro tuenda atq; conseruanda, aduersus seditiosorum furores, patriæ salute, ad longissimos annos incolumem conseruet: Cui & me humillime commendo.

Bene ualeat Sacratissima Regia Maiestas tua, Rex omni uirtute Ornatissime, Domine omnium Clementissime. Ex Landeshuta Bauariæ, Octauo Calendas Martij, Anno salutis
M. D. L.

ELENCHVS

ELENCHVS CAPITVM LIBRORVM
SEX, DE SEDITIONIBVS, D. BRVNI.

*De Seditiombus Liber Primus: Qui est de diffinitione,
& natura seditionis, & partium eius.*

- 1 Quid sit seditio.
- 2 Prima diuisio seditionis in Monasticam, Oeconomicam, & Politicam.
- 3 Inter schisma & seditionem quid conueniat, & quid intersit.
- 4 De rebellionem.
- 5 De rebellibus Romanæ & Apostolicæ Ecclesiæ.
- 6 De ditione Romani Imperij, & subditis eius.
- 7 De obedientia subditorum Romani Imperij, & in quibus rebus consistat.
- 8 Obedientiam Romanis Imperatoribus, alijsq; Potestatibus, tam iustis quàm iniustis, exhibendam esse.
- 9 De his, qui Romano Imperio rebelles sunt.
- 10 De rebellionem, quæ aduersus inferiores Potestates, sacerdotio & Imperio subiectas, committitur.
- 11 De crimine læsæ Maiestatis.
- 12 Crimen læsæ Maiestatis, an aduersus eos, qui Romanorum Imperatori subiecti sunt, committitur.
- 13 De crimine prodicionis.
- 14 De factionibus.

*De Seditiombus Liber Secundus: Qui est de
causis seditionum.*

- 1 De causa seditionum in genere.
- 2 De seditionem, quæ propter contumeliam, auaritiam, & iniqua lucra eorum, qui Respublicas administrant, concitatur.
- 3 De seditionibus, quæ propter honores inæqualiter distributos oriuntur.
- 4 De seditionibus, quæ propter contemptum excitantur.
- 5 De seditionibus, quæ propter metum conflantur.
- 6 De seditionibus, quæ propter aliquorum præpotentiam, in Republica fiunt.
- 7 De seditionibus, quæ propter incrementum excessuum fiunt.
- 8 De seditionibus, quæ propter dissimilitudinem loci, & naturalis originis eorum, qui in una Repub. degunt, oriuntur.
- 9 De seditionibus, quæ propter dissimilitudinem generis, officiorum & artium, excitantur.

- 10 De seditionibus, quæ ex diuersitate atq; dissimilitudine Religionis descendunt.
- 11 De seditionibus, quæ à populo ob Religionē in diuersas partes scisso, propter alterutrarum partium Doctores & Prælatos, concitantur.
- 12 De seditionibus, quæ propter negligentiam eorum, qui præ sunt rebus publicis, oriuntur.
- 13 De alijs quibusdam causis seditionum.
- 14 Nimiam foelicitatem esse causam seditionum.
- 15 Quibus modis seditiones per fraudes seditiosorum, collectis coactisque in eorum societatem hominibus, augeantur atq; corroborentur.
- 16 De moribus seditiosorum.
- 17 Quibus modis seditiosi uim uel alijs inferant, uel sibi illatam inferendam uel propulsent.
- 18 De eloquentia seditiosorum.
- 19 De materia, fine, & forma seditionum.

De Seditiombus Liber Tertius: Qui est de malis & incommodis, quæ ex seditionibus proueniunt.

- 1 Seditionem per se malum esse.
- 2 De pace & concordia.
- 3 De bello & discordia.
- 4 Seditionem perniciosiorem esse bello externo.
- 5 De incommodis rebellionis.
- 6 De incommodis factionum.
- 7 Propter seditiones Respub. & earum statu & formam mutari.
- 8 De calumniosis seditiosorum accusationibus, & quæ has ipsas comitantur crudelitibus.
- 9 De crudelitibus, quæ nullo præcedente iudicio, per seditiones in innocentes exercentur.
- 10 Seditionem nasci ex seditione.

De Seditiombus Liber Quartus: Qui est de remedijs, quibus seditiones comprimuntur, sed non in totum extinguuntur.

- 1 Ad quorum officium pertineat sedare seditiones.
- 2 Quales esse debeant Irenarchæ, quibus seditionum componendarum cura iniungitur.
- 3 De diuino auxilio, in tribulationibus seditionum implorando.
- 4 Seditionibus in tempore occurrendum esse.
- 5 De remedijs Monasticæ seditionis.
- 6 De remedijs Domesticæ seditionis.

CAPITVLORVM.

- 7 De Delatoribus & indicibus seditionum,
- 8 Quibus modis seditiosorum coniurationes, & consilia dissoluantur.
- 9 De Transactionibus, quibus seditiosi ad concordiam reuocantur.
- 10 De seditionibus per vim armatam comprimendis.

De Seditiombus Liber Quintus : Qui est de pœnis seditiosorum.

- 1 Quis modus in constituendis seditiosorum pœnis seruandus sit, ac primum de generali seditiosorum pœna.
- 2 Propter causam seditionum, aliam alia grauiorem esse uel leuiorem; & ob id pœna etiam seueriore uel mitiore dignam.
- 3 De differentia personarum, propter quas pœna uel grauior, uel leuior contra seditiosos constituitur.
- 4 In uno eodemq; genere delicti, pœnas in seditiosos, pro conditione & qualitate personæ, uel seuiore uel leuiore constitui.
- 5 Propter personas eorum, in quos seditiones exercentur, pœnam uel grauiorem statui uel leuiorem.
- 6 De authoribus seditionum, & eorum pœnis.
- 7 Propter locum & tempus, in seditiosos uel grauius, uel leuius animaduerti.
- 8 Propter euentum, seditionem grauius, uel mitius puniri.
- 9 De pœna multitudinis seditiosorum.
- 10 De calumniatoribus legum, & pœnis eorum.
- 11 De seditiosis, qui Iudices & Magistratus calumniantur, deq; pœnis eorum.
- 12 Quibus modis in crimine seditionis procedendum sit.
- 13 De uindicta diuina in seditiosos.

De Seditiombus Liber Sextus : Qui est de remedijs, quibus seditiones non solum extinguuntur, sed etiam præcauetur, ne semel extinctæ denuo renascantur.

- 1 Quibus modis seditiones, quas potentiorum auaritia peperit, extinguantur.
- 2 Quibus modis seditiones, propter ambitionē natæ, aboleantur.
- 3 Quibus modis seditiones, propter metum Tyrannorum concitatæ, tollantur.
- 4 Quibus modis tollantur seditiones, quæ propter præpotentiam aliquorum in Repub. ortæ fuisse dicuntur.
- 5 Quibus modis seditiones tollantur, quæ propter dissimilitudinem oriuntur.
- 6 Quibus modis tollantur seditiones, propter contumeliã excitatæ.
- 7 De Remotione causarum Instrumentalium seditionum.

INDEX.

IN SEX D. BRUNI IVRECONSULTI
 Libros de Seditiombus, rerum scitu dignarum Index, ac Summariaria com-
 memoratio, cum Tribus adiectis literis: Quarum A primam,
 B mediam, C tertiam paginae partem indicabit.

A	
Absalon seditiosus	199.C
Abdicatio bonorum Magistratum	152. B
Achei Traezenios expulerunt	89. A
A crimine rebellionis, non excusant opes aut dignitates	52. A
Actus humani multiplices	206. A
Adamitarum secta, auctore quodam Biccardo	95. A
Adamitarum & Anabaptistarum conuenticula	278. A
Ad obediendum qui astringuntur Ro. Imperio	41. A
Aderatio Romanorum Principum, qualis fuit	43. B
Ad quid accepit claves Petrus	35. C
Adytum Mithrae, & nefanda sacrificia Pagano- rum	97. A
Emulatio inter ciues, non est seditio	4. B
Emulatio inter Artifices	93. C
Equalitas proportionis in Republica Romana	86. C & 87. A
Affectus tyranniae in uindicta	204. B
Alexander Magnus, ueneno sublatus est	260. C
Alia post Syllam bella ciuilia	166. A
Altercatio de subiectis Romano Imperio	28. A
Alterum iuramentum Regis Roman. ad Papam	21. A
Amazonum seditio	209. B
Ambitio Sp. Melij	78. A
Ambitus Romanorum	251. B
Anastasij Imperatoris contra Papam Hordis- mam rebellio	25. A & 263. C
Ante praelium Dei misericordia imploranda	202. C
Antoninus Pius Reipublice amator	73. C
Antonini Philosophi laus	73. A
Appianus & Plutarchus diuersi de occisore Ci- ceronis	163. C
Appius Claudius Virginiam uirginem stuprauit	84. C
Arati prudentia in liberanda patria sine seditione	249. A
Arum multa genera	276. B
Arrianorum seditio contra Chrysostomum	96. A
Ars dialectica affinis eloquentiae	171. C
Asellius Praetor, leges ueteres in foeneratores in- nouauit	75. C
Assur uirga diuina uindictae	242. A
Attentationes rebellium, contra iudicium Impa- rialis Camerae	51. A
Auaritia causa est seditionum	71. B
Auaritia & Ambitio duae pestes Reipub.	110. A
Auctio rerum propriarum, per Antoninum Imp. Philosophum	72. B
Aurea Bulla Caroli Quarti	44. C
Authoritas Ro. Ecclesiae, multa complectitur	23. B
Authorum ad seditiones studia	121. C
Authores seditionis dupliciter peccant	222. C
Azarie oratio in camino ignis	179. B
B	
Babyloniae fornax in homine	5. C
Bebius Marianus, sine ferro laniatus est	165. C
Bellum & seditio differunt	3. C
Bellum conscientiae perpetuum	6. A & 184. A
Bellum Spartaci gladiatoris	70. B
Bellum propter pacem geritur, si iustum est	136. B
Bellum duplex: Domini, & mundi	140. C
Bellis externis excreuit potentia Ro.	148. B
Bonifacij VIII. constitutio	216. A
Bucephalus equus Alexandri	79. C
C	
Calumniae in leges & Canones	50. C
Calumniarum & rapinae Neronis	74. C
Calumniarum quid sit	160. B & 236. A
Candaulis Regis Lydorum stultitia	16. C
Canon contra detractores	236. C
Canulei aduersus Patres seditio	82. A
Carolus Magnus defensor Ro. Pontificum	219. B
Catilina metu iudiciorum factus est seditiosus	83. A
Catiline uirtus in praelio	129. C
Causa efficiens seditionum duplex	69. B
Causa contemptus Laicorum contra Clerum	82. A
Causa instrumentalis seditionum	113. A
Causa Tyrannidis duplex	257. C
Christus Regiam et sacerdotalem potestatem simul habuit	32. C
Christus auctor & princeps pacis	137. C
Christus sub Augusto natus	166. B
Christiana de tolleranda Tyrannide sententia	266. A
Cincius Gregorium Papam VII. turri inclusit	26. A
Cinne et Marij crudelitates	164. A
Clandestinae consultationes seditiosorum	113. C
Claudius Caesar, & Nero, ambo turpissima morte interiere	261. C
Colloquium	

INDEX.

Colloquium sub Hunerico Rege Arriano	119. B	Due seditiones plebis Romane contra Senatam	130. A
Conciliorum intermissio noxia est	105. A	Duo genera belli	171. C
Concordia de rebus inhonestis fugienda	193. B	Duplex gladius Ro. Pontificis: Spiritualis, & Materialis	33. B
Confiscationes iniquissimæ C. Caligulæ	74. B	E	
Coniuratio Catilinæ, humano sanguine confirmata	115. C	E cclesia Constantinopolitana sepe rebellauit Romane	23. C
Consilia ad seditiones	114. A	Ecclesia duplex: Vna sanctorum, altera malignantium	31. A
Conspiratio contra Fridericum Imp. I.	119. A	Eleazari, ducis militum, apud Iudeos seditio	95. C.
Constitutio Henrici VII. de rebellibus	51. C	Eloquentiæ utilitas	130. B
Contentio circa Cesaream inter Iudeos & Syros	88. C	Eustathius Anthiochiæ Episcopus, ab Arrianis depositus fuit	102. B
Conuitia in Vniuersitates	234. A	Eutichiana hæresis, negligentia Theodosij in imensum aucta	104. C
Coreyra multis seditionibus obnoxia	127. A	Exempla gladij temporalis in Sacerdotibus & Prophetis	34. B
Coronatio Ro. Regis in Ecclesia Aquensi	22. B	Exemplo Christi & discipulorum eius, Ro. Principibus honorem esse præstandum	47. B
Crimen læsæ Maiestatis, veteres crimen perditionis uocarunt	56. C	Exemplum de Fabio Ambusto	77. B
Crimen læsæ Maiestatis, qui contrahunt	57. A	Exemplum Hester, in maxima tribulatione constituta	178. C
Criminis læsæ Maiestatis & prodicionis differentia	61. A	Exemptiones Principum Electorum	42. C
Crudelitas in innocentes per seditiones	163. A	Exercitium supremæ potestatis utriusq;	18. B
Crudelitas Triumuirorum in occisores Iulij Cesaris	275. A	Exercitus odium contra App. Claudium	151. A
Cruenta seditio contra Christianos	98. A	F	
Cunipert Theodotâ puellam à se stupratâ, monasticæ uitæ mancipauit	17. B	F actio duplex: Bona & mala	64. A
Cur Christus & Apostoli à gladij temporalis usu abstinuerunt	34. C	Factio proprie in malam partem sumitur	65. A
D		Factiones Romæ quales fuerunt	66. A
D e armorum usu uariæ leges	279. A	Factio sub Imp. Henrico Quarto	67. B
Declaratio particularum iuramenti Vassallorum	45. B	Factiones Romam fecerunt uincibilem	155. C
De iudicio Papæ non licet iudicare	23. A	Falsa felicitas in prauis moribus	110. B
Delatores qui sunt	193. C	Famosi libelli contra potestatem Imp.	49. A
Delictum multitudinis singulos tenet	231. B	Fidelitas Vassallorum & Officialium	14. A
Deo qualiter obediendum sit	13. B	Fidelitatem uiolant schismatici	20. A
Detractor quis	237. A	Fidelitas iureiurando præstanda Imperatoribus	44. C
Deus diuersimode punit peccata populorū	29. A	Fides etiam hostibus seruanda est	200. B
Deus adiutor in tribulationibus	176. A	Fiscus quid sit	71. B
Dei est iudicare Papam	19. C	Felicitas in seditione quid dicatur	109. A
Differunt rebellio & factio	12. B	Fœnus causa seditionum est	75. B
Differentia timoris & obedientiæ inter domesticos	189. A	Forma iuramenti Episcoporum ad Papam	20. B
Discordiæ inter Cōsules, et Tribunos plebis	92. B	Fraus duplex	113. B & 157. B
Discordiæ domesticae	145. C	Fraudulenta exhortatio Magni Arriani	118. A
Discordia Ordinum, uenenum est Reipub.	154. B	Fraus in simulatione affectatæ pacis	120. A
Dissensio inter ciues, bona et mala reperitur	4. C	Fridericus I. tres falsos Pontifices creauit	26. B
Dissimilitudo causa est discordiarum	88. B	G	
Dissimilitudo rerum non est tollenda	270. B	G allienus contemptibilis Imperator	81. B
Distinctio inter personas uarias	209. A	Gaianus, iussu Theodoræ Augustæ, Episcopatu depositus fuit	102. C
Diuisio imperij sub Ludouico I. II.	11. C	Gentes à Deo puniæ per filios Israel	30. A
Diuisio qua dissipantur cōsilia seditiosorū	195. B	Gladius Materialis est quidem Papæ, sed non ab eo exercendus	33. C
Diuisio inter Iudeos per Paulum facta	197. A	b ❁ y	
Deech proditor Abimelech	61. C	Gracchorum	
Dolosa simulatio Arrij	120. C		
Domitianus fiscales calliditas pœna deleuit	73. B		
Due sunt supremæ potestates: Sacerdotium, & Imperium	18. A		

INDEX.

- Gracchorum seditiones 10. B & 163. A
 Gracchanae seditionis origo ex Plutarcho 269. A
 Gradus potestatum inter Ecclesiasticos 12. C &
 132. C
 Gradus potestatum inter seculares Ibidem
 Gratidum Marij Legatum, milites trucidarunt
 81. C
 Guelforum & Gibellinorum factio 66. B
- H
- H**adriani Imperatoris liberalitas erga de-
 bitores 73. C
 Heresis per sese rebellio est 96. C
 Hereses per negligentiam Praetorum 104. C
 Heretici nostrae aetatis maxime sunt rebelles
 25. A
 Hereticorum dolosi praetextus 122. B
 Honor & reuerentia erga Ro. Imperatorē 42. C
 Honor iuxta consuetudinem temporis, Principi
 deferendus 44. A
 Hostis noster caro est 142. B
 Hussitica heresis, negligentia Vuentzeslai nata
 105. A
- I
- I**dem diuerso respectu multi sunt & pauci
 2. C
 Imitatores Chore sunt Lutherani 8. B
 Immunes a crimine lese Maiestatis qui sunt 57. C
 Impedimenta concordiae inter uirum & uxorem
 189. C
 Imperator hodie legitimus Dominus est mundi 38. B
 Imperator lex uiua est 41. C
 Imperatores Ro. excommunicati a Ro. Pontifice
 215. C
 Imperialium Iudiciorum, multiplex differentia
 42. B
 Incommoda ex bellis etiam iustis 146. B
 Incrementum excessuum duobus fit: forma & in-
 dustria 87. A
 Iniquissima sententia Hunerici Regis in Catho-
 licos Episcopos 120. A
 Iniquorum potestas, non est perpetua 49. C
 Iniusta praecipienti Ro. Pontifici, non est obe-
 diendum 27. B
 Inobedientia subditorum, ex nimia familiaritate
 nascitur 80. A
 Inobedientia primorum parentum 152. A
 In quo differunt subditi & Vasalli 45. C
 Insolentia Decemuirorum 85. C
 Instructio exercitus Catilinae ad pugnam 129. A
 Intentio iudicat actum 206. B
 Inter Catholicos & hereticos, non potest esse iu-
 sta pax 198. A
 Interitus Tiberij Gracchi 126. A
 Intrepida Catholicorum responsio 118. B
 In Tyrannos insurgitur ex odio & contemptu
 159. C
 Inuasores Imperij per Tyrannidem 265. A
- Ioan. Fridericus Dux Sax. a Carolo V. bonis sen-
 dalibus priuatus 219. B
 Ira quid sit, ab Aristo. definitur 77. B
 Ira tarde senescit 273. C
 Irenarcham bonae opinionis esse oportet apud po-
 pulum 175. A
 Iudeorum facinus contra infantulum Christiano-
 rum 99. A
 Iudices & Reges filiorum Israel 32. A
 Iudicia quid sint 42. A
 Iudicium Imperialis Camerae Ibidem. B
 Iulianus Imperator Episcopos ciuitatibus expel-
 lere iussit 99. C
 Iulij Caesaris interitus 261. B
 Iuramentum subditorum 45. C
 Iuramentum iniue exactum 119. C
 Ius Monarchiae, apud Ro. Imperatorem remanet
 39. B
 Ius Regis Tyrannici 258. C
 Iuuenes a Catilina illelli 114. B
 Iustitia optimum est uinculum concordiae in Re-
 pub. 109. B
- L
- L**aicorum insultationes contra Catholico-
 rum conciones 82. C
 Largorum duo genera sunt 254. A
 Laus Scipionis & Pauli Aemilij 72. A
 Laudandi plurimi sunt sedatores seditionum 171. B
 Lena interfector Ciceronis 168. A
 Legitima successio in filiis Sem 32. A
 Lex quid sit 41. B
 Lex Agraria seditiosa fuit 50. C & 269. C
 Leges in fauorem alienigenarum 91. A
 Lex horrenda proscriptionis 166. C
 Leges concordiae inter uirum & mulierem 186. C
 Lex Oppia quid statuit 210. A
 Leges contra auaritiam renouandae 243. A
 Lex obliuionis, Amnestia dicta 275. B
 Lucius Antoninus Commodus, per Athletam strans
 gulatus fuit 262. B
 Lucretia a Tarquinio stuprum passa est 84. B
 Ludi Theatrales 253. A
 Lutherianorum uerba contra Primatum Ro. Pon-
 tificis 8. B
 Lupanar a C. Caligula in Pallatio constitutum
 74. A
 Luxurie sequitur auaritia 73. C
- M
- M**agistratus negligentes, qui uocandi sint
 103. B
 Maiestas duplex: Diuina, & humana
 56. B
 Mancinus Gracchanae seditionis causa fuit 84. A
 Mandatum & lex, quomodo differunt 41. C
 Murei Ciceronis proscriptio 167. C &
 275. A
- Marius

INDEX.

Marius ex fabro ferrario, factus est Imperator 11. C & 30. B
Marij & Syllæ seditiones 163. C
Materia seditionum, homines sunt 132. B
Maxime rebelles sunt hoc tempore heretici 25. A
Maximinum Imperatorem sui generis puduit 30. C
Melchisedech, Rex & Sacerdos fuit 32. B
Metus quid sit 83. A
Milites iuliani Imp. Apostate 48. B
Monarchia Romani Imperij 27. C & 38. A
Monarchie destructio 159. C
Monastica seditio que sit 5. A
Monastica seditio inter carnē et spiritum 182. A
Mores seditiose multitudinis 121. B
Mos prouinciarum seruandus est 42. C
Mos Erulorum in morte Regis 43. A
Mos hodiernus Principum erga Imperatorem 44. B
Motus in definitione Seditionis, quid significat 2. A
Mulieres quedam seditionum auctores 70. C
Mulierum poenas propter seditiones 210. C
Multiplex personarum differentia 211. C
Multitudinis diuersa nomina 2. C
Multitudo duplex 227. B
Mundus ex dissimilibus et contrarijs constat 270. A
Munitionum genera 276. B

N

N Abuchodonosor prefigurauit utruq; Imperium 37. C
Negligentia quid sit 103. A
Negligentia in puniendis delictis 105. C
Negotiationes in templis illicitæ sunt 225. A
Ne ignote lingue præficiatur Magistratus 91. C
Nemroth primus Tyrannus 31. B
Nero prodigus, sicut C. Caligula. 74. B
Nimia sollicitas, est præcipua causa seditionum 109. A
Nolle obedire Ro. Pontifici, schismaticum est 7. C
Non est dignum, de temporalibus iudicare Rom. Pontificem 35. A
Non omnis discordia ciuium, seditio est 4. A
Non personæ meritis, sed dignitati Apost. Sedis defertur honor 19. B
Nutus Sacerdotis quid sit 33. C

O

O Bedientia tria complectitur: Mandata, Reuerentiā, et iudicia 13. A et 41. B
Obedientia sub idolatris Regibus, in ueteri Testamento 46. B
Obedientia domestica 14. B
Occisores Tyrannorum laudandi 265. B
Octauus, Augustus à Senatu salutatus 11. A & 18. B
Octauus Lepidum & Antonium uicit 69. C
Octauij Augusti continentia circa Legata 73. A

Octo millia fugitiuorum caesa sunt in foro 164. C
Odiū & contemptus ex uitijs eorum, qui præ sunt 79. C
Oeconomica & Politica seditio que sit 6. B
Officia Ecclesiastica à Laicis usurpata per heresim Luth. 153. C
Omnes heretici sunt schismatici 7. C
Omnes tam Laici quam Ecclesiastici, debent obedientiam Papæ 18. C
Omnis Potestas à Deo est 28. B
Opera carnis & spiritus que sunt 5. B
Opera Tyrannica prauitatis 259. C
Oratio Claudij Imp. in Senatu 89. C
Oratio Catilinæ ad suos in abdito loco 114. C
Oratio Catilinæ ad suos milites 128. A
Oratio Iudith in tribulatione Bethulie 177. C
Oratio Quintij ad plebem seditiosam 199. A
Ordo in ferendis honoribus seruandus 76. C
Ordo res optima est & necessaria 270. C
Ostracismus Atheniensium contra præpotentes 268. A
Otto Imp. Quartus, rebellis Innocentio III. fuit 26. C

P

P Apyrij Prætextati festiui mediaci 187. B
Pascere oues quid sit 33. B
Pax unde dicta sit, & quotuplex 137. A
Perduellionis crimen quid sit 56. C
Perpetua pugna inter carnem & spiritum 5. C
Pertinacis continentia circa testamenta 73. B
Philippus à Pausania cur occisus sit 260. C
Phormio senex delirus 202. B
Pœna proscriptorū, qui in fuga deprehensi fuerunt 167. A
Pœna in Auctores schismaticum 173. A
Pœna mulieris de abacto partu 210. C
Pœna in rebelles Ro. Ecclesie, Excommunicatio 215. C
Pœna in rebelles Imperij 218. C
Pœna in filios reorum læsæ Maiestatis 221. A
Pœna diuina quid, & quotuplex 241. B
Pœna in filios seditiosorum 274. A
Populus multitudo est 2. C
Populariter loqui aut facere, quid ueteres dixerunt 2. C
Potestas legitima à Noe cepit 31. C
Prælati negligentes, qui sunt appellandi 103. A
Prælia cruentissima Syllæ cum Marianis 164. C
Præmium de capitibus interfectorum 166. C
Prætextus inspirationis Diniui 122. A
Priuiligia Romanæ Ecclesie 21. C
Processus in crimine seditionis 239. A
Processus in Ducem Saxonie, & Philippum in Landgrauium Hassie 240. C
Proditores maxime sunt qui, patriam relinquunt 61. C

b  ij Proscriptia

INDEX.

Proscriptio in Ciceronem	275. A	Sacerdotium & Regnum in una eademq;	
Pugna conscientie aduersus animam, à carne ui-		persona	32. B
ctam	6. A	Salutatio Imperatorum Ro.	43. C
		Schmalkaldianorum Conuenticula	275. C
Q		Schisma quid sit	7. B
Valia fuerunt cõsilia Catilinæ	127. A	Schismatici in nouo Testamento	8. A
Qualis forma est seditionum	133. C	Scytharum cum seruis pugna	203. B
Quantum noceat eloquentia prauo-		Secessio plebis Ro. in montem sacrum	10. B
rum	130. C	Seditionis Etymologia	1. A
Quare Deus malos regnare permittit	28. C	Seditio quomodo propriè diffinitur	2. A
Quatuordecim articuli coniurationis rusticorum		Seditio & Tyrannis differunt	3. A
prope Spiram	54. B	Seditio & generis & speciei nomen est	7. A
Quatuor factiones olim in spectaculis	64. A	Seditio ligæ Schmalkaldicæ cõtra Imp. Carolũ V.	10. C (11. A)
Quatuor genera Comitiorum	251. C	Seditiones de Principatu inter sese contententium	
Querela inuidiosa contra potentes	87. C	Seditiosi nostri temporis, qualem Imperatorem	
Qui sunt uere obedientes Ro. Ecclesie	18. C	habere cupiant	49. C
Qui prohibentur esse delatores	193. C	Seditiones in ciuitatibus Imperij	53. C
Quid sit, uiuere secundum carnem	144. A	Seditio rusticorum sub specie Euangelij, Anno	1525. 55. C
Quod Omnes et Singuli dicitur, nemo excluditur	52. B	Seditiones ex auaritiæ radicibus	76. A
Quomodo seruanda sit equalitas	76. B	Seditiones Anabaptistarum Monasterij	83. C
Quomodo acquiritur amor multitudinis	79. B	Seditio Romæ propter sacra Bacchanalia orta	94. A
Quis Papæ debitam exhibeat reuerentiam & ho-		Seditio propter Io. Chrysostrõm excitata	100. B
norem	19. A	Seditio, mortuo Auxentio Arriano Episcopo,	
Quotidiana seditio inter spiritũ et carnem	5. B	orta	102. B
R		Seditiones casu exortæ	106. C
Rebellio et seditio differunt	3. B & 133. C	Seditio, propter duos iuuenes, unius uirginis nu-	
Rebelles Deo qui sunt	14. C	ptias ambientes, orta	107. B
Rebelles Ro. Pontifici, in Ecclesia nõ sunt	20. A	Seditiosi omnium maxime legũ ac Magistratuum	
Rebelles in Deum sunt, qui Primatum Ro. Eccle-		opprimunt authoritatem	113. C
sie negant	23. C	Seditio propter æs alienum plebis	116. A
Rebelles Ro. Imperio	49. A	Seditio C. Gracchi & Fuluij Flacci	126. B
Rebelles sunt, qui leges nouãt uel abrogant	50. B	Seditio, propter scelus Appij in Virginiam per-	
Rebellio Presbyterorum, contra Episcopum Mo-		petratum, concitata	134. C
guntinum sub Henrico III. Imp.	53. C	Seditio malum est: quia priuatio est alicuius boni	135. B
Rebellionis diuersa crimina	56. B	Seditio non semper crimen est	207. B
Rebellionis incommoda	151. C	Septem remedia contra ciuiles discordias	193. B
Regalia non plenam potestatem Imperialem con-		Seruanda consuetudo in deferendo Ro. Pontifici	
tinent	50. B	honore	19. B
Reges puniendo peccata, seruiunt Deo	29. C	Seruire, in sacra scriptura obedire est	46. B
Regillianus per iocum factus est Imperator	11. B	Sex interrogatoria ad Regẽ Ro. inũgendũ	22. B
Regna, quædã legitima, quædam Tyrãnica	31. B	Simulatio hereticorum ad pacem	120. B
Regum superbiam reprehendit Deus	29. B	Spectaculum de uiro militari, à creditore suo in-	
Regum Franciæ olim imminuta potestas	49. B	dignè tractato.	116. B & 133. C
Religionis diuersitas, causa est seditionum	94. A	Spiritualia potius, quam secularia, debet curare	
Remedium contra seditiones ex ambitu	256. A	Ro. Pontifex	35. B
Remedia cõtra uim et fraudẽ seditiosorũ	273. C	Spiritualis potestas immediate: temporalis me-	
Respõsum forte Episcoporũ Catholicorũ	119. C	diata a Deo est	36. B
Respu. ab alienigenis bene administrata	90. C	Stultitia Regis Lydorum, circa uxorem alteri	
Rex Anabaptistarum Monasterij in Vuestphalia	123. C	nude ostensam	16. C
Ritus salutãdi uaris, in duob; Maximinis	44. A	Sylla & Marius in patriam seditiosĩ	69. C
Rixa & seditio differunt	3. C	Syllæ uindicta in totas ciuitates	166. A
Romanum Imperium à XXX Tyrannis sub		Symonia quid sit	250. A
Gallieno occupatum	11. B		Tabula
Romuli sapientia	90. B		

INDEX.

T	
T Abula proſcriptionis Syllane, duo millia continebat.	165.B
Tarquinius ſupru Lucretie intulit	84.B
Temporalis poteſtas, ſubeſt ſpirituale	36.B
Tertium iuramentum Regis Roman. ad Papam	21.B
Teterrimum inter carnem & ſpiritum bellum	183.C
Theodoricus, Rex Gothoru, Eccleſie Romane rebellis fuit.	25.C
Theodora, coniunx Iuſtiniani, Eccleſie Romane rebellauit	25.C
Thraſybulus XXX. Tyrannos Athenienſium expulit	261.A
Tiberius et Caius Gracchi eloquentiſſimi	131.A
Timothei Heroli fallacia, circa Episcopatum Alexandrie obtinendum	117.B
Transactio duplex: Honeſta, et Inhoneſta	197.C
Tres factiones olim Athenis	66.A
Tres modi, quibus Reſpublice gubernantur	156.B
Tria genera rebellium	53.A
Tria intendit Tyrannus	260.A
Tribulatio duplex: Interna, & Externa	176.B
Tribulationis remedium duabus comparatur rebus	177.B
Triples crimen leſe Maieſtatis	221.C
Tyrannis unde naſcitur in Repub.	257.A
Tyrannorum opera que ſunt	259.B
V	
V Alentinianus Imp. Iuſtinam uirginem, Seuera uiuente, uxorē duxit	17.A
Varie olim dignitates & Magiſtratus in Ro. Imperio	40.A
Varie cauſe ad ſubitanas ſeditiones	126.C
Varie tentationes diaboli	145.A et 185.A
Vaſallorum rebellio a ſeditione differt	3.C
Vaſalli Romani Imperij	39.B
Vaſallorum iuramentum, dominis ſuis preſtandum	44.C
Vestiſtalia noua per C. Caligulam	74.A
Venationes in Circo, Pantherarum & Leonum	253.A
Veneti a Iuriſdictione Romani Imperij exempti	38.C
Verba Lutheranorum ac Zuinglianorum contra Primatum Ro. Pontif.	8.B
Verbum ſtolidum ſeditionem parit	109.A
Verba Saluſtij de coniuratione Catiline	127.B
Verba Menenij ad plebem ſeditioſam	196.A
Verum ornamentum mulieris	187.C
Veſpaſianus Princeps auarus	74.C
Viginti nouem ſchiſmata, in Eccleſia Ro. numerantur	5.C
Vindicta oſtenſe per uirum nudi tatis	16.C
Vindicta in Ruſſinum, & Stiliconem	103.C
Vindicta in ſeditioſos	169.B
Vindicta equitas ſeruanda eſt	201.A
Vindicta in Chore, Dathan, & Abyron	243.B
Vis magna obnoxie conſcientie	143.A
Vita uoluptuoſa	110.C
Vitellius Imp. propter Tyrannidem excarnificatus fuit	262.A
Vna fides & doctrina in Eccleſia	272.C
Vnde enaſcantur bella	112.C
Vnitas membrorum in corpore Eccleſie per charitatem	7.B
Vnitas ciuiliſ ſocietatis, ſeditione ſcinditur	10.A
Vniuerſitas dupliciter delinquit	228.C
Vt Irenarcha ſit eloquens	173.C
Vtraque poteſtas in Vicario Chriſti, Ro. Pontifice	32.C
Vxor inſtrumentum ad generationem eſt	186.B
Z	
Z Enobia ſcemia, & Marius ex fabro ferario Principes creati ſunt	11.C
Zeno Iſauricus, ſepulchro ab uxorē inclufus interijt	263.B
Zoe a filio in Inſulam relegatur	264.C

ERRATA.

Pag. 1. linea 5. plebs. pag. 5. lin. 7. ad: adde, ſe. pag. 14. lin. 1. dicam. pag. 16. lin. 23. Candaulē. pag. 23. lin. 23. primatu: adde, in. pag. 25. lin. 11. uniuerſalia, et lin. 36. Anthemū. pag. 26. lin. 25. Sarnieſem. pag. 29. lin. 8. ſicut: adde, per. pag. 47. lin. 30. aliquid. pag. 52. lin. 17. Guolfagus, et lin. 19. Charinthiorum. et lin. 20. Zeringē. pag. 63. lin. 1. colere. pag. 66. lin. 5. prohibebatur. pag. 69. lin. 33. coſtituta. pag. 70. lin. 2. Rhennia. pag. 78. lin. 16. cum. pag. 83. lin. 19. Antonius. et lin. 20. Prætereā. pag. 84. lin. 40. imperanti. pag. 95. lin. 6. Luſinitio. pag. 101. lin. 16. Macedoniū. pag. 102. lin. 22. Euſtathio. pag. 114. lin. 42. tetrarche. pag. 146. lin. 21. Byzantinis. pag. 160. lin. 40. metuit. pag. 163. lin. 32. Gratiū. pag. 165. lin. 2. uictorū. et lin. 3. legatos: adde, dederāt. pag. 167. li. 19. omni. pag. 170. li. 5. nature. pag. 181. lin. 29. ſic lege: Apoſtolus armaturā Dei appellat. Induite, inquit, uos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus inſidias Diaboli. Quoniam non eſt nobis colluctatio etc. pag. 192. lin. 35. lenius. pag. 205. lin. 35. leuior. et lin. 38. leuiore. pag. 209. lin. 31. additam. et lin. 34. remanſerant. pag. 210. lin. 14. iunioribus. pag. 212. lin. 42. humilliori: adde, nati. pag. 237. lin. 42. domini. pag. 246. lin. 15. pertinet. pag. 254. lin. 13. quid. et lin. 19. ſunt. et lin. 23. nos. pag. 257. lin. 10. multis. pag. 274. lin. 42. imuenient.

AD LECTO.

AD LECTOREM

IOANNES COCHLÆVS.



Matth. 16.
1. Cor. 3.

Vod de alijs Opusculis Clarissimi & Doctissimi viri, D. Conradi Bruni, mea cura in publicum æditis, quaecumq; iudicium meum tibi Candide lector aperui: hoc idem de his quoq; sex libris, quos de Seditiõibus idem scripsit Authõr, teneo. Nec ulla ratione mutandum id esse censeo. Vna est enim in ijs omnibus diligenter & artificiose custodita Methodi ratio, de qua ipse mihi priuatim scripsit, antequam ullum eius opus mea cura fuerit euulgatum. Quam sane Epistolam eius, libro de Imaginibus ædito adieci, quo certius & clarius Authõris huius intentionem, & operum eius utilitatem, ex ipsius uerbis intelligere possis. Per me quidem salua sit laus & merces boni operis unicuiq; iuxta illud Euangelij. Reddet Deus unicuiq; iuxta opera eius. Et illud Apostoli. Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem: Nullum tamen scio Authõrem alium, qui tantum ingenij dexteritate, memoriarq; præcellentia, & lectionis omniugæ ubertate, quodlibet argumentum sic tractat his nostris temporibus, sub ordinata Methodi doctrinalis explicatione, sicut facit singulari Dei dono D. Brunus. Facit quidem hoc in omnibus, quas hæctenus uiderim, elucubrationibus suis: Sed huic ingenij sui artificio, singulari industria & cautela hanc superaddit in hoc opere gratiam, ut odiosam per sese materiã, de Seditiõibus, tam placide tractet turbulentis hisce temporibus, Religionis iuxta Reipublicæ statum hæresibus, factionibusq; & grauissimis dissidijs omnium Ordinum exulcerato: ut uel pacatissimis temporibus placidius modestiusq; tractare non possit. Nihil enim aliud quærere uidetur, nisi pacem & ueritatem sub ordinatissima Methodi doctrina, secundum quã Administratores Reipublicæ tam in Ecclesiastico quam in sæculari statu & regimine discant, & seditiõum occasiones deuitare, & seruato debitæ obedientiæ in omnibus officio, res dissidijs turbatas, iustitiæ prudentiæq; temperamento in pacem & concordiam reducere. Idq; sanctissime in omni statu & modo uiuendi, dum docet componere dissidiõrum occasiones & causas, quæcumq; occurrere aut accidere queant, siue in Monastico, aut Oeconomico, siue in Politico statu, beatam & tranquillam uitam agere cupias. Facile autem credes super ijs mihi, Pie Lector, si uel breuissime consyderes & percurras, Capita singulorum huius operis librorum, quæ ordinatè, plane, & distincte, præmittit, & explicatè commemorat Elenchus. Bene uale, & huius Authõris ingeniosis laboribus in bonum, ad salutem animæ tuæ, & pacis utilitatem publicam, fruiere foeliciter, ne ullis Seditiõnum incommodis obnoxius fias.

DE SEDITIO.

DE SEDITIONIBVS

LIBER PRIMVS.

Quid sit Seditio. Caput I.



EDITIO à seorsim eundo dicta est, ut Ciceroni placet, quod plebis uel inter se, uel cum magistratibus dissentiens, seorsim secedat. Vnde & seditiones, quibus plebs Romana à patribus secedens, primum quidem in sacrum montem trans Anienem, post reges exactos anno septimo; ac deinde post annos Quadraginta, in montem Auentinum se contulit: secessiones à scriptoribus uocantur.

Gl. in Ru. c. de Sedi. Arch. lo. and. quos refert Dom. c. de cet de Imm. eccl. lib. 6. 1. as. conf. 161. 4. uolum. l. 2. q. populo deinde aucto. et q. cū pla. cussit, ff. de orig. iur. Cice. in Brut. seu de clar. orator. li. 2. in Catilinā. in orat. pro Cluentio. c. coniurationum u. q. 1. Cypr. Epi. 5. ad Corn. Pin. in Pythia. T. Liuius li. 2. ab urb. cond.

Fit autem seditio, per turbulentiore[m] populi motum, unde & impetus, motus, incurso, concitatio plebis, uis multitudinis, appellatur. Græci Pharatream à diuisione, ut opinor: Germani Auffruer / auffstanndt, uocant. Ab eodem nimirum motu plebis concitatore. Propter quem et seditio, nunc uehemētor morbo, nunc incendio, turbini, et à Pindaro tempestat[i] maris comparatur: Quam & tempestatem aliquoties appellat Liuius. Ad quam comparationem, etiam Poeta noster alluisse uidetur, qui Æolum uentos oratione sua placare fingens, eos seditioso populo comparat.

*Ac ueluti (inquit) magno in populo cum sepe coorta est,
Seditio, seuitq; animis ignobile uulgus,
Iamq; faces & saxa uolant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem,
Conspexere silent, arreclisq; auribus astant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cocloq; inuectus aperto.
Flectit equos, curruq; uolans dat lora secunda.*

lib. 1. Æneid.

Hinc etiam concitari, incendi, flagrare, æstuar[e], seuire seditiones apud autores dicuntur: ab incendio uidelicet, & morbo sumpta metaphorā: & seditiosi ipsi turbulenti, & tumultuosi appellantur. Est autem Seditio (ut quidam definiunt) quietis publicæ perturbatio. Sed hæc descriptio potius, quàm definitio seditionis esse uidetur. Neque enim cum definito conuertitur: Et si enim omnis seditio quietem

Cicero de oratore, in oratione in Vati. Nicolaus Bonherius in tractatu de Sedit. uers. 2. præsuppono, num. 4.

A

tem

Quo modo se
ditio proprie
definitur.

Motus quid
hic significat.

l. obseruandū
ff. de off. pref.
Cice. de clay.
oratorib. et de
natura deorum
lib. 2.
Cicero in Cati
linam lib. 2.

T. Liius. lib.
2 ab urbe cōdi.

Populariter.
loqui aut face
re.

Cic. de cla. or.
pro Cluentio

Inst. de iure
perf. Off. l. in

per. ff. de leg.
1. l. 2. Hoc re

scripto ubi
Bart. ff. ad sil

la. Bald. in l. an
tiquitas C. de

usu fr. l. sed et
si suscepit.

ff. de iudi.
Panor in c. la

tores, de cle. ex
co. ministr.

Exod. 32. c. dis
ciplina 45. di.

quietem Reipublicæ perturbet, non tamen omnis Reipublicæ per
turbatio seditio est. Nam & Tyrannide, & externis bellis, Reipubli
cæ status plerunq; commouetur, ac perturbatur: & tamen neq; Ty
ranni, neque qui extrinsecus bella Reipublicæ inferunt, seditiosi
appellantur. Verius itaq; definitur seditio, ut sit motus populi
& subditorum, eorumue qui eiusdem multitudinis partes sunt, uel
in eadem multitudine uersantur, quo uel plures inter se, uel unus plu
resue aduersus eos, quibus fidelitate astricti sunt, utilitatis alicuius
consequendæ, uel damni alijs aut iniuriæ inferendæ causa, scientes et
uolentes in detrimentum & damnum Reipublicæ, ad dissensionem
conciuntur. Motum in hac definitione pro genere ponimus, non
quidē ut generaliter mutationē in Repub. designet, ut generationē,
corruptionē & similia: nec ut quemlibet etiam animi motū denotet,
ut in illo Iureconsulti. Non est cōstantis, & recti iudicis, cuius animi
motum uultus detegit. Item in illo Ciceronis. Omnes motus animi,
tanq; uentus hominem deferunt. Item. Nunquam animus agitatio
ne & motu uacuis esse potest. Sed ut studium & conatum arden
tius aliquid machinandi significet. Qua in significatione, accipitur il
lud Ciceronis. Is omnes motus Catilinæ conatusq; prohibuit. Ac
talis quidem conatus interdum in actum exit, interdum res cōiuris,
iurgis, rixis, querelis, & uerborum uelitatione agitur, manibus ab
stinetur: & quo minus ad effectū perducatur, bonis consilijs impe
ditur. Vtroq; aut modo, et cum perficitur, & cum impeditur, seditio
motus appellat. Liius eam seditioem, quæ nec dum erupit, sed ut
erūpat iā apparata est, maturā appellat. Ea res (inquit) maturā iam
seditioem, ac prope erumpentē opprelsit. Addidimus in definitione:
Populi, Cuius appellatione hoc loco omnis hominū multitudo uer
nit. Nā seditio esse potest, ubicunq; est hominū multitudo, ut in po
pulo, in gēte, in collegio, in exercitu, in classe, in schola, et in quolibet
coetu et congregatione. Vnde quod seditiose factum est, ueteres
populariter factū esse dixerūt. Ita populariter loquit, qui seditiose lo
quitur: populariter agit, qui seditiose agit: & contiones seditiosæ, po
pulariter concitari dicuntur. Cæterum, quot homines multitudi
nem, quot populum, quot collegium, quot gentem, quot exercitū,
quot coetum & congregationē faciunt: certa quidem regula dari nō
potest. Siquidē interdū duo, interdū quatuor, interdū septē, inter
dū quadraginta, interdū quinquaginta, interdū maior pars uicinię,
multi dicunt. Sed & idem numerus hominū, ad diuersa facta compa
ratione, nunc multitudo, nūc paucitas appellatur. Sic decē aut uigin
ti hominū millia, relatione ad ciuitatē aliquam facta, multi homines
dicuntur: & tamen habito ad magnam aliquam prouinciā respectu,
ndem homines pauci dicuntur. Ita Moyses, cuius iussu Viginti tria
hominum millia occisa leguntur, tamen paucorum uitam gladio ex
tinxisse

tinxisse dicitur. Et ad eundem modum, de gente, de populo, de collegio, de turba, de coetu, de congregatione, alijsq; similibus constituantur leges: ut populum decem, turbam uiginti, collegium tres, duo congregationem, coetum decem homines constituent: Et tamen interdum plures, interdum pauciores has appellationes recipiunt. Est igitur in arbitrio Iudicis, et boni uiri positum, ut ipse, quot homines multi sint uel pauci, quot populus, turba, gens, coetus, congregatio &c. interpretetur: eamq; rem ita arbitretur, ut materie subiectæ conuenire existimabit. Subditorum: Hoc additum est propter Tyrannidem, qua tamen ipsa Respublica commouetur, tamen huiusmodi motus non seditio est, sed Tyrannis: Inter seditio nem enim & Tyrannidem hoc interest, quod Tyrannis caput, Seditio membra Reipublicæ occupat: Nec potest caput, sed membra, seorsim ire & secedere. Sed & propter rebelles, additur uerbum Subditorum. Rebellio siquidem subditorum est erga Dominos suos, nec ad numerum uel multitudinem hoc casu respicitur: Siue enim multi sunt, siue pauci, si obedientiam dominis suis subtrahunt, seditiosi & rebelles appellantur. Eorumue qui uel eiusdem multitudinis partes sunt, uel in eadem multitudine uersantur: Hoc additur propter bella externa, quæ ideo appellatione seditio nis non continentur, quia non ab his, qui eiusdem multitudinis partes sunt, uel in eadem multitudine uersantur: sed ab externis inferuntur, atq; extrinsecus intentantur, non secedendo, & seorsim eundo, sed aliunde in nos per uim irruendo fiunt. Vnde & seditio nes, ciuilia, intestina, & domestica mala & bella, appellarunt ueteres, quod ea ipsa non extrinsecus inferantur: sed in ipsis uisceribus unius corporis, inter ciues uidelicet & domesticos enascantur. Quod nomen Cicero seditio ni Catilinariæ tribuit, dum inquit, Atque hæc omnia sic agentur Quirites, ut res maximæ, minimo motu: pericula summa, nullo tumultu: bellum intestinum & domesticum, post hominum memoria crudelissimum & maximum, me uno togato duce & Imperatore sedetur. Quo uel plures inter se: Hoc additur, propter eos motus, & dissensiones, qui inter paucos alicuius multitudinis concitantur: qui non seditio, sed rixa potius appellantur. Siquidem seditio, quæ inter subditos ipsos oritur, non paucorum est: sed multorum, et eorum quidem, qui sunt unius multitudinis partes, uel in eadem conuersantur. Rixa autem in duos tantum, aut paucos orto conflictu concitatur: ueluti si duos pluresue, de possessione alicuius prædij altercantes, alter alterum enjciat, uerberet, interficiatue. Vel unus pluresue, aduersus eos, quibus fidelitati astricti sunt: Hoc addidimus propter rebellionem, quæ uel Vassallorum est, aduersus dominos suos, uel subditorum & domesticorum aduersus eos, quorum Imperio subiecti sunt, & fidelitate obstricti. Nam qui non sunt Vassalli,

Añ subditi

Bald. in Aut.
quod locū C.
de colla. Bart.
in l. sicut. ff.
quod cuiusq;
iu. not. gl. in c.
1. de elec. Bart.
in l. 1. ff. de pro
bat. et in l. pre
tor. la. 2. ff. de
ui. bo. rap. In
no. in c. 1. de e.
lect. Bald. in l.
1. C. de tutor.
& curat. illu
str. person.
gl. in d. c. lato.
ubi panor. de
cle. excom. mi
nistrante.

Differunt bel
lum & editio

Seditio bellū
Ciuile dicitur

Cicero. in Ca
til. lib. 2.

Differunt sedi
tio & rixa.

In rixa. ff. ad
leg. Corn. de
sica. l. qui multa.
ta. ff. ad le. Iul.
de ui. pub. l.
4. ff. ui. bono
rum rapt.

subditi aut domestici, si tumultuosius aliquid agant, seditiosi quidem sunt, rebelles autem dici non debent. Vel utilitatis consequendæ, uel damni alijs, aut iniuriæ inferendæ causa: Hæc uerba finem seditionis denotant. Omnis enim seditio fit aut ob utilitatem aliquam consequendam, aut damnum iniuriæ uel a nobis repellendam, alijs uel inferendæ. Inter se ad dissensionem scientes & uolentes in detrimentum & damnum Reipublicæ concitantur: His uerbis forma seditionis explicatur: Quippe à discordia seditio & nomen et formam accipit. Nam quid aliud est seorsum ire, quam cum alijs dissentire? Nec omnis discordia seditionem parit, sed ea tantum, quæ Reipublicæ detrimentum, & damnum affert, & quietem illius & tranquillitatem perturbat. Nam & in ferendis legibus, disceptandis controversijs, & alijs rebus iudicandis, & ordinandis magistratibus, Ordines alicuius Regni uel ciuitatis, plerumque inter se dissentiunt: nec tamen huiusmodi discordia seditio est, ut quæ Reipublicæ prodest magis quam obest. Quippe quæ collatis inter se diuersorum et eorundem dissentientium sententijs, tandem in concordiam coalescit. Sic nec mutua inter ciues æmulatio & dissensio, qua alter alterum prudentia, consilio, & rebus gerendis, superare intendit, seditio est: Nam & ipsa Reipublicæ, non solum non noxia est, sed etiam utilis. Ac talem quidem discordiam Apollonius apud Philostratum, dissentientem concordiam appellat, & ciuitati in primis utilem affirmat. Ciuitas, inquit, recte habitanda dissentientis concordia indiget, quæ salutem quandoque affert. Nam ut seditio, quæ ad gladios, mutuasque plagas ciues deducit, à ciuitatibus, exterminanda penitus est: sic mutua ciuium æmulatio, pro communi ciuitatis bono, ceu quod alius alio melius sententiam dicat, aut magistratū rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiam splendidiora construat ædificia, aut in aliquo huiusmodi excellat: Talis, inquam, contentio, aut æmulatio ciuitati plurimum confert, licet ciues pro communi bono faciat dissidere: Atque hæc ratione discordia ciuium bonorum et malorum, ad malos collata, seditio appellatur: ad bonos uero, Reipub. defensio. Nam huiusmodi motus, quatenus mali cum bonis dissentiunt, damnum: quatenus uero prauis malorum conatibus resistunt, utilitatem Reipublicæ afferunt. Ideoque & mali huiusmodi discordiarum uel autores, uel fautores, & participes, passim in historijs seditiosi: boni uero eorundem persecutores, merito Reipublicæ uindices, tutores, & defensores appellantur. Neque uero omnis dissensio, qua detrimentum Reipublicæ infertur, Seditio est: Sed ea tantum, quæ eo animo fit, ut Reipublicæ officiat. Ideoque si quis in rixa inimicum uerberet, inde tumultus aliquis oriatur, quo Respublica offenditur, non est ob id seditiosus dicendus. Quia non eo animo in rixam uenit, ut tumultum aliquem concitaret, aut in exitium Reipublicæ contenderet.

Non

Non omnis
discordia ciuium
seditio est

Æmulatio inter
ciues non
est seditio

Philostr. li. 4.
de uita Apol.

Dissensio inter
ciues mala
& bona reperitur.

Iason. conf. 86
tertij uolum.

Fælinus in
Ru. de treug.
& pace.

Mars. de Hip.
sing. 247. &
in l. i. de c.
ficar.

Non enim ad eā quæ occasionaliter: Sed ad eā potius, quæ principaliter aguntur, respiciendum est.

Prima diuifio feditioꝝ, in Monasticam; Oeconomiam, & Politicam. Cap. II.



Vnt autem uaria Seditioꝝ genera. Ac primum quidem, feditioꝝ alia est Monastica siue unius hominis ad ipsum, alia Oeconomica siue Domestica, alia Politica siue Ciuilis. Monastica duplex est, una carnis aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem; De qua accipiendum est, quod Apostolus dicit, Caro enim concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis. Item illud. Video aliam legē in membris meis repugnantem legi mentis meæ, et captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et iterū. Ego enim mēte seruo legi Dei, carne autē legi peccati. Item ueritas ipsa Dominus noster Iesus Christus dicit, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma.

Quibus alijsq; his similibus scripturæ testimonijs & exemplis ostenditur, quam grauis sit illa inter carnem & Spiritum colluctatio, & discordantibus ad se inuicem quotidiana congressio, ut non quæ uolumus ipsa faciamus; Dum Spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & sæcularia concupiscit. Cæterum quantum inter se pugnent, ipsorum quoq; inter se pugnantia & contraria opera demonstrant. Manifesta sunt enim (ut idem Apostolus testatur) opera carnis: Quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, Idolorū seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, ebrietates, commestationes et his similia. Fructus autem Spiritus sunt, Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Et hæc quidem interna seditio eò quoque grauior est, quia perpetua in nobis est, & quæ nunquam, quam diu in hac mortali carne peregrinamur, extinguī potest. Fomes quippe huius mali intus in ultimis carnis recessibus latitat, nec unquam tillatorij sensus non stimulant. Qui etsi rationis autoritate ad tempus dometur: tamen usq; redit stimulus semel repressus, maxime in ijs membris, in quibus libidinum appetitus residet. Nam ut cætera membra imperio rationis obediant, & arbitrij retineant libertatem tamen ubi hic Babylonix fornax exarserit, & quasi pice et naphtha conspersi libidinum ebullierint appetitus, inflammata caro libertatis priuatur honore: In tantum, ut rebellia membra (uelit nolit) ratio in motus nefarios audacter exurgant. Altera animæ seditio

Aug. de Salut. docum. c. 16.

*Gall 5
Rom. 7*

Matth. 26

*Quotidiana
feditio inter
Spiritum &
carnem.*

*Opera carnis
& Spiritus.*

Gal. 5

*Perpetua pugna
inter carnem
& spiritum.*

*Babylonix
fornax in homine.*

est quam aduersus Spiritum, iam a carne uictum, exercet Conscientia, quæ nullo non suppliciorum genere nocentem iam terreat & affligit. Ab ipsa siquidem conscientia, anima peccatrix captiuatur, accusatur, conuincitur, condemnatur, ac morti traditur.

Orig. in ep. ad
Ro. lib. 2. c. 2.
Conscientia
Pedagogus
animæ.

1. Cor. 2

Roma. 8
Bellum con-
scientiæ perpe-
tuum.

Preter. 20

1. Ioan. 1

Est autem Conscientia, ut Origenes alibi scribit, Spiritus, qui ab Apostolo anima esse dicitur, uelut quidam Pædagogus ei sociatus & rector, ut eam de melioribus moneat, uel de culpis castiget & arguat. De qua & illud dictum est. Quia nemo scit hominum, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est. Et ipse sit conscientiæ spiritus: de quo dicit. Ille Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro. Sed & conscientiæ bellum raro quiescit in homine. Neque enim sine aliquo conscientiæ uulnere esse possumus, nec quisquam sic sibi blandiri de puro atque immaculato corde potest, ut innocentia sua fretus, nullius se peccati sibi conscium esse dicere possit: Cum scriptum sit.

Quis gloriabitur se habere castum cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a Peccatis? Et iterum in Epistola sua Ioannes ponat & dicat. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos decipimus, et ueritas in nobis non est. Seditio Oeconomica siue Domestica est, quæ uxore & marito, parentibus & liberis, domino & seruis inter se discordantibus, in societate

Domestica excitatur. Seditio Politica siue civilis est, quam subditi aduersus Dominum, uel alterutrum inter se uicini uel ciuitates unius Imperij uinculo constricti concitant.

Inter

Inter schisma & seditionem quid conueniat, & quid
interfit. Caput III.



Lia diuisio seditionum est. Nam ciuiliū seditionum quædam ob res sacras, quædam ob prophanas oriuntur: illa proprie schisma, hæc uero seditio appellatur. Nec est inconueniens, ut seditio tanquam genus in schisma & seditionem scindatur. Nam idem in alijs quoque usu uenit, ut genere in certas species diuiso, species ipsa nomen generis retineat, ut de adoptione, & plerisque alijs iureconsulti affirmant. Schisma à *σχίσμα* dictum est, quod est scindo, quia per ipsum Ecclesiæ unitas scinditur. Ecclesiæ unitas est, qualis & corporis: Nam ut corpus diuersa membra habet, diuersis officijs distincta, de uno tamen spiritu & uirtute participantia: Sic Ecclesia & ipsa corpus est, cuius membra sunt fideles: multa quidem & inter se diuersa, sed mutua charitatis, & unius spiritus compage, ita coniuncta & unita, ut in idipsum pro inuicem sollicita sint, & siquid compatitur unum membrum, compatiantur & alia: Si gloriatur unum, glorientur & alia, ut Apostolus Paulus docet. Hæc unitas diuersis modis scinditur. Primo propter diuersam fidei professionem, uel diuersam in actibus Ecclesiasticis sententiam, cum discensione ab Episcopali & Ecclesiastica obedientia coniunctam: iuxta illud Prophetæ. Scissuras ciuitatis uidebis, quia multiplicatae sunt. Et in hac significatione schisma ab Augustino diffinitur, Vt sit recens congregationis, ex aliqua sententiarum diuersitate dissentio. Ad quem modum omnes heretici, schismatici appellantur, atque huius generis tot fere schismata sunt quot hæreses. Nam uix hæresis unquam fuit, quæ præter hoc quod eius assertores à Catholicis dissentientes, seipsos ab Ecclesia separauerunt, subinde etiam inter Christi fideles, non aliquam diuisionem, & multorum Episcoporum suorum ab obedientia defectionem peperit. Cuius rei innumera fere exempla a me referri possent: de quibus post hac nonnihil dicemus, cum de seditionibus ex hæresibus descendētibus tractabimus. Secundo cum Episcopi, alique inferioris etiā conditionis homines, Rom. Pontifici tanquam Ecclesiæ capiti pertinaciter, & cum quadam rebellionē debitam obedientiam subtrahunt: De quibus B. Cyprianus, ad Corneliū Papā, ad hunc modum scribit. Nec enim hæreses aliunde ortæ sunt, aut nata schismata, quæ inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur nec unus in Ecclesia ad tempus sacerdos et ad tempus iudex, Christi uice cogitat: cui si secundum ministeria diuina obtemperet fraternitas uniuersa, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem non se iam Episcopi, sed dei faceret: nemo dissidio unitatis Christi Ecclesiam scinderet. Idem ad Florentium Papianum.

Seditio & generis & speciei nomen est

1. Cor. 12

Quid schisma

Esaiæ 22
lib. 2. contra.
Cresco Gram.

Omnes hæreses schismatici sunt.

Nolle obedire Ro. Po. schismaticum est.
Cyp. lib. 1. ep. 2

Inde, inquit, schismata oriuntur, dum Episcopus, qui unus est & præest, superbe quorundam præsumptione contemnitur: & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominibus iudicatur.

Seditiosi contra Moysen & Aaron.
Num. 16

Ac talis quidem seditio fuit Chore, Dathan, & Abyron, cum eorum assensu. Hijs nimirum, ab obedientia summi sacerdotis sese subtrahentes, adeoque profani ipsi eorum officia usurpantes, ac contra Moysen & Aaron stantes, dixerunt. Sufficiat uobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus, Cur eleuamini super populum Domini? Deinde uocati a Moyle dixerunt, Non ueniemus, nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra Aegypti, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri: an & oculos nostros uis eruere? non ueniamus &c.

Schismatici in nouo Test.

In nouo uero Testamento, instituto iam uere Euangelico sacerdotio, ueteres hos schismaticos imitati sunt, Nouatus, Vultaph, Hus, & innumeri alij schismatici. Et nostris temporibus Lutherus, Zuuinglius cum eorum & diaboli satellitibus, infinita prope Lutheranorum & Zuuinglianorum cohorte, qui & idem, summo in Ecclesia sacerdoti Summo Pontifici, alijq; Episcopis resistentes, nihil scribunt & docent, quam, Omnes Christiani sunt ex æquo sacerdotes & Episcopi: Omnis multitudo sanctorum est, in ipsis est Spiritus Dei, Quid eleuamini super ipsos, cum & ipsi omnia munia sacerdotis implere possint? Quid uobis consecrandi munus arrogatis, cum & mulieres consecrare, & corpus Christi conficere possint? Quid tibi primatum in Ecclesia usurpas Romane Pontifex? cum omnes tecum sacerdotes, per Vniuersam Ecclesiam, parem potestatem & iurisdictionem habeant? Quid præsumitis Episcopi, cum omne officium & iurisdictionem, quam hætenus in Ecclesia exercuistis, totum ad magistratus sæculares pertineat? Deinde admoniti à summo Pontifice, reliquisq; Episcopis: Ecclesie prælatos, ut ministros debita ueneratione & obedientia prosequantur: miris modis in plebe uociferantur, Iniusto se dominio premi, & nescio quod lac & mel uerbi Dei, & communicationis in utraque specie, multo tempore eis fuisse subtractum, & innumera eiusdem generis similia: quorum omnium plena eorum scripta reperiuntur, & templa eorum boatu complentur.

Imitatores Chore Lutherani.

Verba eorum contra primatum Ro. Im.

Tertio diuiditur unitas Ecclesie, duobus pluribusue de Pontificatu, siue summo siue inferiori contendentibus. Nam qui hoc modo se pro Pontificibus gerunt, nolentes per celsionem, renunciationem, aliosue legitimos modos, ut unus Ecclesie Episcopus legitime præficiatur consentire, pro schismaticis habendi sunt: ut qui Ecclesiasticam unitatem scindunt, non quidem eius auctoritati detrahentes: sed obedientiam potius Christo, qui est uerum & primarium caput Ecclesie, subtrahentes. Huius generis uiginti nouem schismata, in Romana Ecclesia numerantur. Primum, inter

Calumnie eorum ad Latinos.

Schisma ubi de Papatu contenditur.

Cornelium,

Cornelium, & Nouatianum. Secundum, inter Liberium, &
 Foelicem. Tertium, inter Damasum, & Vrsinum. Quartum, in-
 ter Bonifacium primū, & Eulalium. Quintum, inter Symmachum,
 & Laurentium. Sextum, inter Bonifacium, & Dioscorum. Septi-
 mum, inter Stephanum, & Constantinum secundum. Octa-
 uum, inter Eugenium secundum, & Sisinninum. Nonum, inter
 Leonem quintum, & Christophorum presbyterum. Decimum,
 inter Ioannem secundum, & Leonem octauum. Vndecimum, in-
 ter Gregorium, & Ioannem Episcopum Placentinum. Duodeci-
 mum, inter Benedictum nonum, & Syluestrum tertium. Decimum
 tertium, inter Benedictum octauum, & alium quendam Antipa-
 pam, per seditionem suffectum. Decimumquartum, inter Benedi-
 ctum Decimum, & Gerardū, Episcopum Florentinum. Decimum
 quintum, inter Alexandrum secundum, & Cadulum, Episcopum
 Parmensem, ab Henrico Imperatore creatum, & Clementem appella-
 tum. Decimumsextum, inter Gregorium & Episcopum Para-
 mensem. Decimumseptimum, inter Paschalem secundum, Gibertum
 Theodoricum & Magnulphum. Decimumoctauū, inter Gela-
 sium secundum, & Brittonem Bracarensem Archiepiscopum, qui
 ab Henrico Imperatore Antipapa factus, Gregorius appellatus
 est. Decimum nonum, inter Innocentium secundum, & Petrum,
 Petri Leonis ciuis Romani filium, qui facinorosorum seditionibus
 creatus, Anacletus appellatus fuit. Vicesimum inter Alexandrum
 Papam tertium, & Octavianum Cardinalem appellatum Victo-
 rem, Guidonem Cremensem, & Ioannem Sarniensem, Anti-
 papas. Vicesimumprimum, inter Ioannem vicesimum tertium, &
 Petrum Corbonensem Minoritam, à Lodouico Bauaro Impera-
 tore creatum. Vicesimumsecundum, inter Urbanum sextum, &
 Robertum Gebennensem Cardinalem Clementem appellatum.
 Vicesimum tertium, mortuo Urbano inter Robertum Gebennen-
 sem, & Petrum de Tomatellis, qui Bonifacius nonus appellatus
 est. Vicesimum quartum, inter eundem Bonifacium, & Petrum de
 Luna, qui mortuo Clemente, Antipapa creatus est, & Benedictus
 decimustertius appellatus. Vicesimumquintum, mortuo Bonifacio
 inter Innocentiū septimum, & eundem Petrū de Luna, Vicesimum
 sextum, inter eundem Petrum, et Angelū Corarium, qui Gregorius
 duodecimus appellatus fuit. Vicesimumseptimum, inter Alexan-
 drum quintum, & eosdem Benedictum, & Gregorium, quibus
 propter Schisma in Concilio Pisano depositis, Alexander electus
 est. Vicesimum octauum, inter Ioannem uigesimumquartum, alij
 uigesimumtertium dicunt, mortuo Alexandro V. creatum, antea
 Balthassar Cossa nuncupatū, & eosdem Benedictū & Gregorium.
 Inter omnia autē grauissima certe schismata, quę ab Urbano sexto,

Seditio scin-
ditur unitas
ciuili societate
tis.

Vsq; ad Martinum quintum, & ita annis circiter Triginta nouem
continuis durauerunt, ac tandem in Concilio Constantiensi, amotis
tribus Pontificibus, & Martino quinto successore, sublatum est.
Vicesimum nonum, inter Eugenium quartum, & Amadeum Sa-
baudiae ducem, in Basiliensi Concilio electum, & Felicem V. appel-
latum. Seditio est, qua unitas ciuili societatis scinditur, ac pertur-
batur. Nam ut in Ecclesiastica communione ita, etiam in ciuili societate
multa membra, certis officijs distincta, unum corpus Ciuile con-
struunt, quod & ipsum uarijs modis scinditur atq; perturbatur.

Seditiones
Gracchorum

Primum propter diuersum in Republica studium, quo uel ad
nouandas, rite semel latae leges, uel constituta iudicia contenditur.
Nam ut huiusmodi studijs aequalitas illa communis iuris turbatur,
qua scilicet in rebus causisq; ciuiliu aequalitas conseruatur: ita &
unitas ipsa ciuiliu, ad discordias & dissensiones ciuiles, per huius-
modi mutationem conuertatur necesse est. Ac tales quidam ferunt
Gracchorum seditiones, quas ob id tantum excitatas esse constat,
Quod Gracchis populo gratificari studentibus, quaedam ab ipsis
leges latae sunt, quibus quum agrorum possessiones, & iura a di-
uitibus in tenuiores, & iudicia a senatoribus in Equites transferri ui-
derentur, uarijs inter ciues concitatis dissensionum studijs, non so-
lum maxima, inter omnes Reipublicae ordines turbatio & discor-
dia exorta est: uerum etiam totius Reipublicae status conuersio sub-
sequuta. Secundo diuiditur unitas ciuili, quoties plebs ipsa ad-
uersus magistratum Reipublicae insurgit, uel auctoritati eius detra-
hendo, uel sibi ipsi auctoritatem contra leges arrogando, uel obe-
dientiam legibus magistratibusue aut dominis suis subtrahendo.

Secessio ple-
bis Ro. in mo-
tem sacrum.

Lucius Florus
lib. 3. ca. 12.
Epitom.

Alia seditio
plebis pro co-
sule ex plebe
T. Lii lib. 6.
ab urbe coedita
Plinius de ui-
ris illustribus
120.

Seditio lige-
Simalcaldica
contra Imp.
Carolus V.

Et ad hunc modum scissa et turbata fuit unitas ciuili, quando plebs
in montem sacrum secedens, sese a patribus diuisit, & inde magistra-
tum Tribunicium extorsit. Qua diuisione nulla unquam in Repub-
lica Romana perniciosior fuit: Quippe quae omniu seditionum cau-
sam excitauit, & earundem fons, & origo fuit, & Lucius Florus tes-
tatur. Eiusdem generis est seditio illa, a Fabio Ambusto tribuno ple-
bis excitata, qua Patrum auctoritati in tantum derogatum est, ut no-
ua lege lata, alter consulum ex plebe creari coeperit. Eodem per-
tinent seditiones, quibus subditi a dominis suis deficientes, debitam
eis obedientiam subtrahunt. Cuiusmodi est calamitosa illa, & nun-
quam satis deplorata seditio, quam nostra aetate in uniuersa pro-
pe Germania, rustici contra principes & dominos suos. Et altera, qua
Principes quidam Imperij, aduersus inuictissimum Rom. Imperatorem
Carolus, eius nominis Quintum, excitarunt, qua membra Imperij
ita inter se scissa, & diuisa, & a capite diuisa, & Respublica Imp-
erij dilacerata est, ut de salute ipsius iam desperatum esset, nisi Christia-
nissimi illius, & fortissimi Imperatoris potentia & uirtute, tam atro-
cem

cem seditionem sedatam, ac seditionis autoribus sublatis, omnia ad pristinum statum, unitatem, & concordiam redactum iri speramus. Tertio ciuili unitas dissipatur, quoties multis de Imperio contendentibus, ipsa Respublica in diuersas partes distrahitur.

Cuiusmodi fuerunt contentiones illæ inter Marium & Syllam: inter C. Cæsarem, & Pompeium Magnum inter Octauium Augustum, & M. Antonium. Qui omnes pari studio ad principatum Reipub. aspirantes, ac urbem et Imperium sibi uendicantes, uarijs bellis non tam in aduersos bellum gesserunt: quam cõtra patriam pugnarunt, ut inquit Appianus. Donec tandem Sylla sponte sua potentiam deponente, & C. Cæsare in Senatu uiginti tribus uulneribus confosso, & uitam simul & Imperium amittente: Octauius Augustus Cæsar, primum Lepidum dignitate spoliaret, & Antonium circa Actium bello uinceret, ac deinde omnibus ciuilibus bellis confectis, à Valerio Messala oratore, nomine Senatus & populi saluatus Augustus, & unicus Imperij Romani Princeps declararetur.

Ad eundem ferè modum, Respublica Romanorum sub Galieno Principe, qui uino, mimis, & meretricibus magis quam Imperio uacauit, scissa fuit: Quo regnante, uno tempore triginta Tyranni, in diuersis orbis partibus, contemptu mali principis, Imperium affectarunt simul, & arripuerunt. Quibusdam eorum à gentibus, alijs à militaribus exercitibus, alijs à foeminis, alijs coacte, alijs sponte, alijs inter conuiuia, & ueluti per iocum ad id fastigij euectis. Siquis dem de Regilliano traditur, cum milites cum eo quidam cœnarent, unum ex his dixisse, Regilliani nomen unde credimus dictum? & alium continuo respondisse, Credimus quod à regno: Tum scholasticum cum quendam quasi Grammaticæ coepisse declinare, & dicere, Rex, Regis, Regio, Regillianus: ad quæ milites, Ergo potest Rex esse. Item alius, Deus tibi nomen posuit: Quibus ita dictis, cum alia die mane processisset, à Principibus Imperator est saluatus.

Addo inter hos abiectæ & humilis conditionis, ut Zenobiam foeminam, et Marium ex fabro ferrario principes esse creatos. Ac Marius quidem cum triduo tantum imperasset, a milite quodam, qui in eius quondam officina fabrilis operatus fuerat, occisus est: additis ad facinus his uerbis. Hic est gladius, quem ipse fecisti. Similis uero diuisio post Imperium in Germanos translata aliquoties facta est. Cuiusmodi inter alias fuit, anno à natiuitate Domini, D. CCCCXIII. qua Ludouico tertio Imperij gubernacula tenente: Germanis contemptis, Itali quoque, & Galli Imperium sibi uindicarunt. Nam Itali Berengarium, Galli Ludouicum Bosonis filium: Germani uero defuncto Ludouico tertio, Conradum ex Francorum genere oriundum, Imperatores elegerunt. Idem accidit anno à salute reparata M. CCCXIII. quo tempore Imperio per obitum Henrici Imperatoris

Seditiones de principatu inter sese contentum.

August. lib. 3. c. 30. de ciuitate Dei.

Appianus de bell. Ciuil. lib. 1. 2. 3. & 4.

lib. 1. de bel. ciu. uil. Rom.

Rom. Imper. 230. Tyrannis sub Galieno occupat.

Trebellius Pollio in lib. de 30. Tyran.

Regillianus per iocum factus Imper.

Diuisio Imp. sub Ludouico III.

Alia in Imp. per electiones schismata.

cuis

eius nominis Septimi, Fridericus Dux Austriae, in discordia Principum electus, tribus uidelicet in Fridericum, & tribus alijs (nam eorum sex fuerunt) in Ludouicum suffragia sua conferentibus, Reges Romanorum electi fuerunt. Nec dissimilia his fuerunt schismata, quae Henrico quarto, & Rudolpho Sueviae duce (qui regnante eodem Henrico, a paucis quibusdam principibus in Forchem in Ro. Regem electus fuit) Philippo & Othone Quarto, & iisdem regnantibus aliquanto post tempore Bertholdo de Zermgen, alijsque uno & eodem tempore in discordia Principum Germanorum in Reges Romanorum electis, & simul Imperij gubernacula arripientibus & tenentibus, exorta fuerunt.

De Rebellionem. Caput. IIII.

Differunt Re-
bellio & factio.

Bart. in extra-
ua. qui sint Re-
belles, in uerbo
Rebellis, et uer-
bo tenore.

Decius const.
54.4. in 3. uol.
Pli. lib. 2. c. 33.
nat. hist.

Matth. ult.

Daniel. 4.

Dan. 7.

Gradus pote-
statum inter
Ecclesiasticos

lib. 1. Epist. 1.

Gradus po-
restatum in-
ter seculares.



Vrsus seditio in Rebellionem & Factionem diuiditur: Illa inferiorum & subditorum est, aduersus superiores & dominos suos: Haec uero inferiorum, & subditorum inter se. Rebellio uerbum nouum est, & prisca legum conditoribus incognitum, ut Bartolus scribit. Est autem a rebellando dicta, Rebellio quasi repugnantia & inobedientia: Rebellare siquidem, repugnare est quomodo. Et uulnera, ulcera, aliaue uitia apud Plinium rebellare dicuntur, quae semel curata denuo repullulant. Est igitur Rebellio repugnantia, qua qui aliorum potestati subiecti sunt, aut aliqua fidelitate astricti, debitam eis obedientiam relinquunt, atque abijciunt. Obedientia inferiorum est erga superiores, & eos qui potestate aliqua funguntur. Suprema potestatem habet Deus, cui omnia subiecta sunt, in caelo & in terra: cuius potestas est sempiterna, & regnum eius in generatione & generationem, quod nunquam corrumpetur. Inter homines autem potestatum gradus quidam sunt, tam in spiritualibus quam in temporalibus. Ac in spiritualibus quidem primum locum habet Romana & Catholica Ecclesia, & illius caput Romanus Pontifex. Ecclesia siquidem Romana omnium Ecclesiarum mater est, & caput: quam qui deserit, in Ecclesia esse non potest, ut inquit Cyprianus. Secundum locum sortuntur Episcopi, Episcopo Presbyter, Presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus, Acolyto Exorcista, Exorcistae Lector, Lectori Hostiarius, Hostiario Abbas, Abbati Monachus subiectus est. In temporalibus uero, Imperator dominus est omnium Regum, Principum, & Subditorum Imperij, a quo in reliquos omnes, ueluti a fonte omnis potestas & Iurisdictio deriuatur. Post Imperatorem Reges & Principes, Superiores & Domini sunt, quisque eorum, qui sub Imperio ipsius constituti sunt. His addimus.

mus potestatem, quam parentes in filios, Domini in seruos & officiales, Mariti in uxores, Patres familias in familiam, Duces exercitus in milites: Magistri & præpositi scholarum, in discipulos: & alij ad eundem modum in alios habent. In hoc igitur ordine Potestatum & Magistratum generaliter, qui sunt inferiores ijs, quorum sub Imperio sunt, obedientiam præstare debent, etiã ipsi quoque aliorum sint superiores. Iustum est enim, ut qui scit se alijs esse præpositum, non moleste ferat, aliquem sibi esse præiatum, sed obedientiam quam exigit, ipse etiam dependat: ut Iulius Papa ad Orientales Episcopos scribit. Porro obedientia in tribus rebus consistit: In mandato suscipiendo & conficiendo, in reuerentia exhibenda, & in iudicio subeundo. Mandatum, leges, & præcepta superiorum comprehendit: Vnde mandatis obediunt, qui legibus, & præceptis superiorum parent. Reuerentia, fidelitatem, honorem, omniaque alia officia, & obsequia, cõplectitur, quibus inferiores ijs, quorum sub potestate sunt, astringuntur. Itaque reuerentiam exhibent, qui eos quorum sub imperio sunt, diligunt, & debito honore afficiunt, tum fidelitatem eis & debita obsequia præstant. Iudicium potestas est, qua qui superiorum iurisdictioni subiecti sunt, coërcentur, ut quod iustum est, faciant: quod iniustum est, deuitent. Iudicium igitur suscipiunt, qui iudicium, quorum iurisdictioni subiecti sunt, præceptis & sententijs parent. Primũ igitur Deo obediendum est: quod tum fit, cum ipsius mandata custodimus, & debitum illi cultũ & honorem exhibemus. Iuxta illud. Diligas Dominum Deum tuum, & obedias uoci eius, & illi adhæreas, & custodias mandata illius: Et illud. Afferete Domino gloriam & honorem. Item illud. Soli Deo honor & gloria. Deinde potestatibus quoque humanis obediendum est, Paulo Apostolo ita præcipiente. Omnis anima, inquit, potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo: quæ aut à Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit. Idem Petrus Apostolus præcipit. Subiecti (inquit) estote omni humanæ creaturæ: siue regi, quasi præcellentis: siue ducibus, tanquam ab eo missis. Tum autem recte Regibus & potestatibus obediimus, cum eorum iustis mandatis, & legibus, et rectis iudicijs paremus, debitam illis reuerentiam & honorem exhibemus: fidelitatem item, tributa, aliisque obsequia præstamus. Fidelitas subditorum certa quædam Subditorum fidelitas erga superiores in sex prædictis stat. De forma fidelitatis c. unius. co. de noua forma fid. c. 2. in usib. feud.

Iulius Papa
epistola x. ad
Orient. Epif.
Gl. 93. dist. 12
summa.

Deo qualiter obediendum est.

Deut. 30.
Psal. 29.
1. Tim. 2.

Obedientia erga potestates humanas.
Rom. 13.
1. Pet. 2.

B uel

Proverb. 14.
Proverb. 30.

Fidelitas
Vasallorū
& Officia-
lium.

Obediētia
Domestica.

Ephes. 6.
Exod. 20.
Coloss. 3.

Genes. 3.
33. q. 5. c. est
ordo. & c. hec
imago.
Gl. in c. a Sub
diacono 93.
dist.
c. cū caput 23.
q. 5.
1. Corinib. 11.

Bald. in l. ff.
uero. q. qui
ergo ff. de te-
sto. milit. las.
Conf. 139. uo-
lū. 4. & conf.
86. uolum. 3.
Ang. in l. 2. ff.
de iud. per. gl.
in l. si certa-
rū q. si in gl.
ff. de testō.
mil. iis.

uel impossibile. Et ut summam dicant, subditi dominis suis obedire debent, non dominari iuxta illud Sapientis. Non decent stultum diuitiā, nec seruum dominari Principibus. Item, Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere: Per seruum, cum regnauerit: per stultum, cum fuerit saturatus cibo: & per odiosam mulierem, cum assumpta fuerit in Matrimonio: & per ancillam, cum fuerit hæres dominæ suæ. Eandem obedientiam & fidelitatem Vasalli, & Officiales dominis suis debent. Nam & ipsi ad certa seruitia dominorum obligantur, nec quicquā agere debent, quo dominus uitam amittat, uel membrum: uel quo in persona læsionem, uel iniuriam aliquam, uel contumeliam, accipiat. Quin curare etiam debent, quo minus hæc ab alijs in dominum committantur: aut si tale aliquid reseruerint, cū primum hoc et domino renūciare, & ipsi, quoad possunt, impedire tenentur. Sed & secreta domini, nunquam sine iussu aut permissione ipsius, manifestare debent. Ad idem ferè genus pertinet filiorum erga parentes, seruorum erga Dominos, & uxorū erga maritos obedientia. Nam & ipsi tā diuino quā humano iure, ad quædam obsequia, tum reuerentiam & honorem his ipsis præstanda astringuntur. De filijs siquidem & seruis dictum est: Filij, obedite parentibus uestris in Domino. Item, Honora patrē & matrem tuam. Item, Serui, obedite dominis carnalibus cum timore et tremore, in simplicitate cordis uestri. Sic & uxor uiro subiecta est, cui & communi lege naturæ, & præcepto diuino seruire tenetur. Si quidem mulieri dixit Dominus Deus, Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Sed & naturalis ordo est, ut in omnibus seruiant feminae uiris: quia nulla iustitia est, ut maior seruiat minori, ut inquit Augustinus. Certum est autem, uirum muliere esse maiorem. Nam uir ad imaginem Dei factus, imago & gloria Dei est, non mulier, ut Apostolus testatur. Atq; hæc sanè fuit aliquando de obedientia dicere uoluimus: quæ eo pertinet, ut iam intelligamus, qui eā relinquunt & abiciunt: Quibus modis inobediētiæ & rebellionis crimen committant. Nam rebelles sunt, ut inquit Baldus, qui dicto uel facto superiorū contradicunt: siue, ut Angelo Perusino uidetur, qui sunt in notoria proteruita, & inobediētia. Et ut uarij atq; diuersi sunt gradus obedientia: ita uarij etiā sunt modi, quibus ab obedientia deceditur: unde & uariæ species rebellionis oriuntur necesse est. Ac primum quidem Deo rebelles sunt, qui leges uel mandata Dei transgrediuntur, quicq; cultum, & honorem illi debitum, detrahunt. Quo sane nomine, populus Israël ut rebellis à Moysè reprehenditur. Contempistis, inquit, Imperiū Domini Dei uestri, & non credidistis ei: neq; uocē eius audire uoluistis: sed semper fuistis rebelles, à die, qua nosse uos cepi. Recte Deo rebelles hic uocat scriptura, qui Deo non credunt, & qui Imperium Dei, siue (ut alio loco scriptura dicit) uerbum Domini

Domini contemunt, neq̄ uocem eius audiunt. Nam in his duabus rebus, uera erga Deū obedientia consistit: nempe, ut Deo credamus, id est, Deum uera fide, spe & charitate colamus, qui est unicus & uerus cultus, et honor Deo debitus, et ut mādata eius custodiamus: quę qui neglexerint, quoniā inobedientes Deo sunt, merito & rebelles Deo dicuntur. Deinde hominibus rebelles sunt, qui in aliena potestate constituti, obedientiam eorum, quorū sub imperio sunt, relinquunt: Id est, debita eos reuerētia & honore frustrantur, uel leges & mandata eorum transgrediuntur uel calumniantur, uel iusta eorum iudicia declinant atq̄ contēnut. Sic filius, non obediens parentibus, nec debitā eis reuerentiā exhibens: & seruus, abiiciens obedientiam domini, non seruiens eidem cum timore, & tremore in simplicitate cordis sui: ille quidem parentibus, hic uero domino, rebelles esse dicuntur. Sic uxor marito rebellis est, quia eius imperio non parat, nec reuerentiā ei, & honorem, & obsequia debita coniugalitā pręstat.

Sic rebelles sunt subditi, Vasalli, & Officiales dominis suis, qui debitam eis obedientiam subtrahentes, imperium eorū contemunt, nec debita illis seruitia & obsequia, aliāq̄ quę ad fidelitatē eorū pertinent, ea qua oportet fide pręstant. Similiter & subditi in hoc genere rebelles sunt, qui dominorū suorū leges & mandata transgrediuntur, eaq̄, quę iura & leges pręcipiunt, discere atq̄ agere detrectant: Quos sacri Canones ob id Diaboli, nō Christi, mēbra esse pronunciant. Item, qui iudicium, quorū iurisdictioni subiecti sunt, pręceptis aduersantur, & iurisdictionē per uim, alijsue illicitis modis, remorantur atq̄ impediunt. Veluti si ad iudiciū uocati, dicant, se nolle parere, nec ut iustitia fiat permittere: aut eos, qui ad iudicium uocati fuerint, ui exemerint. Item, subditi & Vasalli, qui uiolentas manus in dominos iniecerint, aut armis, ueneno, alijsue similibus rebus, dominorum uitę insidiati, aut tale aliquid machinati fuerint, quo dominus uitam amittat, uel membro lædatur. Similiter qui dominos in prelio campestri, uel priuato certamine deserunt: nec dum mortuos, aut ad mortem uulneratos, aut qui captos non liberant. Nam ut seruorum, ita etiam subditorū & Vasallorū fides exigat, ut dominos suos etiam aduersus parentes & liberos suos iuuent, et ab eis, si possunt, omnem uim & iniuriā propulsent: quos si deserant, inobedientes utiq̄ sunt atq̄ rebelles. Similiter rebelles sunt subditi & Vasalli, qui amicitias contrahunt cum ijs, qui dominis sunt inimici, & qui suorū dominorū arcana reuelant. Deniq̄ rebelles sunt subditi & Vasalli, qui honorem & existimationem dominorum suorū, uel lædunt, uel non defendunt: ueluti si conuitijs & probris eos infestauerint, & iniustas in eos calumnias struxerint. Similiter si in uxorem, sponsam, matrem, filiam, neptem, nurum, sororem domini, uolentes uel inuitas, adulterium uel stuprum commiserint, aut cōmittere tentauerint:

B ij uel

Rebelles hominis bus qui sunt.

Bald. in l. beni gnus ff. de legib. C. Nolite 11. dist.

c. literas. ubi Panor. de rest. spoli.

c. fi. 83. dist. et ibi. Domi. Lud. do. Ro. Conf. 523. nu. 16.

c. 1. ubi Bald. de off. deleg.

c. ij. de op. no. nunci. Abbas in c. sane. 2. de off. deleg. 1. as. conf. 139. uol. 4.

c. 1. §. si quis miles. de feud. sine cont. non amitt.

c. domino guer ram §. fin. in tit. hic finitur tex.

gl. in d. c. 1. qui bus mod. feud. amitt. ubi. An dre. de Iser.

Bald. et Alua rotus.

Grego. in Ho-
melia Marty-
rum.
psal. 54.

Quid de
Adulterio
quod Do-
mino con-
sentiente
fit.

Que dicū-
tur fieri in-
uito Do-
mino.

Herod. lib. 1.
Iustinus lib. 1.
Stulticia
Regis Ly-
dorū, circa
uxorem al-
teri nude
ostensam.

Vindicta
ostense per
uirum nu-
ditatis.

uel cum uxore turpiter iuferint, amplexi aut osculati eas fuerint, aut quo hoc ab alijs fieret, consilium uel opem tulerint. Nam quicquid in has personas, etiam de adulterio uel stupro alioqui suspectas, admiserint, non solum ad ipsarū, sed ipsorū etiam dominorū iniuriā pertinere intelliguntur: quæ tanto maior est, quanto maiore fide, qui ea perpetrāt, dominis suis astricti sunt. Minorem siquidem dolorem afferunt mala, ab extraneis illata (ut inquit Gregorius) quàm quæ à domesticis & coniunctis, & de quibus nihil mali suspicari aut præsumere possumus, inferuntur. Iuxta illud Psalmi. Si inimicus meus male dixisset mihi, sustinuissem utiq;: Et si is, qui oderat me, super me magna loquutus fuisset, abscondissem forsā ab eo: Tu uero homo unanims, dux meus, & notus meus, qui simul dulces mecum capiebas cibos. Atq; omnia hæc ita accipienda sunt, si inuito domino hæc fiant. Nam si eo consentiente, subditus uel Vasallus, adulterium uel stuprum in uxorem uel sponsam domini commiserit, & si neq; dominus à crimine lenocinij, neq; subditus & Vasallus à reatu adulterij & stupri immunes sint: tamen subditus & Vasallus à crimine rebellionis excusabuntur. Neq; enim domino rebellant, qui ipsius uoluntati obtemperant, aut saltem non repugnant. Cæterum, inuito domino fieri intelligitur, non solum quod prohibetur: sed etiā quod non expresse ab eo permissum est. Neq; enim aliena crimina nobis imputantur, nisi que expresse nobis uel mandantibus uel permittentibus perpetrantur. Atq; hic certe nescio an Candalem Lydorum Regem à lenocinio excusem, qui (Herodoto teste) Gygi uni ex Satellitibus uxorem suam, omnium foeminarum pulcherrimam, non solum de forma laudauit: sed ut nudam etiam conspiceret, et summo-pere repugnantem impulit, & in cubiculum, in quo mulier cubauit, clam ea introduxit, ac se absente, nudæ ipsius uidendæ potestatem dedit. Quo factio & amicum in adulterium uxoris illectum, hostem sibi fecit, & uxorem ueluti tradito alij amore à se alienauit. Nam ut à dolo fortasse excusetur, qui nihil de fide Gygis dubitauit, ut cuius in rebus etiā maximis consilio usus fuit: tamen culpa quomodo uacet, non uideo. Quis enim leuitatē eā, cū tanto periculo coniunctā, non culpet? & quis tam stupidus est, qui intimo etiam amico, & eidem soli, & in abdito & secreto loco, uxorem nudam conspiciendam permittat, non solum quod graue sit, in ea re in uxore eiusmodi periculum facere: sed etiam quod inhonestum & inuerecundum sit, honestæ uxoris hoc modo pudicitiam tentare. Quod & ipsa memorabilis exempli uindicta plane testata est. Quippe hoc modo leuitatem mariti experta, optionē Gygi dedit, ut uel maritum Candalem interficeret, & seipsa simul & regno potiretur, aut ipse simili modo occumberet. Qua necessitate coactus Gyges, ut ipse superesset, quàm saluo domino periret, elegit, ac dominum, ipsa pugionem præbente Regina,

Regina, dormientem Candaulem in eodem cubiculo, quo nudam Reginam conspexerat, obruncauit, uxoreq; & regno eius potitus est, atq; ita uxor mariti sanguine dotata, regnum uiri & se pariter ad altero tradidit. Sanè hoc loco nec Candaulem à suspicionem lenocinij; nec Gygem ab adulterio excusare possum. Verù non uideo, cur Gygem hùc rebellem domino suo fuisse dicamus, ut qui nihil temere, nihil proterue, nihil inobedienter agens; sed domini sui uoluntati obtemperans, nudam eius uxorem contemplatus est. Illud uero magis mirandum, quod Seuera, Valentiniiani Imperatoris uxor, Iustinam uirginem, nudam à se in balneis inspectam, ita marito commendauit, ut non uerita sit dicere tã speciosam eam esse, ut eius amore ipsa quoq; etsi mulier, capta esset. Quo sermone permotus Imperator, uirginem postea uiuente Seuera, sed tamen non repudiata, uxorem duxit; & ita simul duas uxores habuit, atq; ut idem alijs quoque liceret, lege sanciuit. Huic haud dissimile est, quod Paulus Diaconus de Hermilinda uxore Cuniperti Regis Longobardorũ refert: Quæ cum in balneo Theodotam puellam, ex nobilissimo Romanorum genere ortã, ac forma in primis eleganti, flauis plexisq; capillis, pene usq; ad pedes decoratam, uidisset, pulchritudinem uirginis Regi laudauit. Quo sermone uxoris magno puellæ accensus amore, paulo post cum ea concubuit: sed corruptam tamen deinde monasticæ uite in monasterio, quod ex nomine ipsius appellauit Ticini, mancipauit.

Hæc exempla eò tantum adduxi, ut in his mulieribus simplicitatem magis miremur, quàm culpam reprehendamus. Etenim ut mulieres plæruncq; Zelotype sunt: ita rara sunt earum exempla mulierum, quæ maritis alienum amorem non inuideant, magis quàm indulgeant. Cæterum, quod de custodiendis legibus, & mandatis superiorum diximus, ut qui ea transgrediuntur rebelles sint: de ijs accipiendum est, quæ iusta sunt, Quæ autem iniqua sunt & iniusta, & Deo contraria, ea neq; suscipienda sunt, neq; conficienda. Itaq; hoc casu seruandum est, quod Canon consulit, ut si dominus, pater, & maritus, ea iubeat, quæ non sunt aduersa sanctis scripturis, & iustitiæ regulis: subijciatur subditus, seruus, Vassallus domino: filius patri, uxor marito. Si uero contraria præcipiunt, magis obediant spiritus quàm corporis domino & potestati. Et si bonum est, quod præceperint, iubentium exequantur uoluntatem: si malum, respondeant. Oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.

Socrates in tri
partita lib. 8.
c. 11. Theodor.
in catalogo
Cesarum in
Valentiniانو

Paulus Diaconus
in historia
Lombardica.

e. non semper.
c. si dominus,
et c. si is. 11.
q. 3.

Act. 5.

De Rebellibus Romanæ & Apostolicæ Ecclesie,

Caput V.



Am ad eam partem rebellionis reuertor, quæ est subditorum et Vasallorū aduersus dominos suos, cuius tres sunt partes. Quarū prioribus quidē duabus, supremis à Deo ordinatis potestatibus resistitur: Altera ad Romanā & Apostolicā Ecclesiam, altera ad Ro. Imperium respicit. Quibus additur tertia illa, qua potestatibus inferioribus, Sacerdotio, et Imperio subiectis, sua cuiq; obedientia subtrahitur: de quibus omnibus ordine iam, & de unaquaq; sigillatim dicemus. Primū igitur sciendum est, duas esse supremas potestates, Sacerdotiū & Imperiū: Illud quidem diuinis ministrans, hoc uero humanis præsidens, ac diligentiam exhibens: sed utriq; tamen ab uno proficiscens principio, & à Deo ordinatū, ut inquit Imp. Iustinianus. Sacerdotiū per Clericos, Imperium uero per Laycos administratur: utriusq; aut exercitiū, in unā aliquam personā, tanquam caput, collatū est. Sacerdotij quidem in Romanū Pontificem, & eam quam moderatur Ro. Ecclesiam, immediate per Christū uni dicentem Petro. Tu es Petrus: & super hanc petrā ædificabo Ecclesiam meam. Item: Pascue oues meas. Imperij uero in Imperatorē Romanorū à populo Romano, per Valeriū Messalā oratorē nomine Senatus & populi Romani, Octauij Cæsarē, ciuilibus omnibus confectis bellis, Imperatorē et Augustū salutantē. Porro Sacerdotij siue Ecclesiasticæ potestatis Imperio & obedientiæ subiecti sunt. In ordine quidem Ecclesiastico, omnes Ecclesie & earū Prælati, Patriarchæ, Primate, Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, aliq; Clerici, id est, in sortē domini uocati, & diuinis ministerijs mancipati. In ordine uero & statu Laycorū, omnes prouinciæ et regna, eorūq; præsides, Imperator, Reges, Principes, & quibus præsidēt gētes, populi & subditi, qui unius Christianæ & Catholicæ fidei confessione, & Sacramentorum participatione et cōmunionē, Christiani appellantur. A qua quidem obedientia Romanæ & Apostolicæ Ecclesie, nemo, quantalibet etiam dignitate præfulgeat, exemptus est, immo à qua nemo eximi à quo q̄, & ne à Romano quidem Pontifice, potest: Tum quia omnis anima sublimioribus potestatibus subiecta, eisdem fideliter obedire debet: Tū quia hæc Ecclesia omniū aliarū mater est & caput. Cui non solum aliæ omnes cōmuni lege naturæ, tanquam minores maiori seruire, & obedire: sed ipsius etiā iudicio omnes Reges et Principes uoluntatē suā subdere, & legibus & mandatis parere tenentur. Ceterū obedientiam huic Ecclesie exhibent: Primū, qui ea quæ ab Apostolis, & eorum successoribus, tū sacris Concilijs & sanctis Patribus constituta atq; decreta, & communi Ecclesie consensu etiam sine scripto tradita

In autē. quomodo oportet. Episcopo. in princip. Pa. norm. in c. 1. nu. 6. de trās. Episcopi.

Rom. 13.

Exercitiū supremæ potestatis

utriusq;.

Matth. 16.

Inst. de iure nat. gent. & ciuili. §. sed

quod princip. e. de uet. iur.

Eni. l. 1. §. cū eum. ff. de ori. iur. l. 2. §. igitur.

e. certum dist. 10.

Panor in c. cū instantia. de censib.

1. Pet. 2. Rom. 13.

3. q. 1. c. est ordo.

Qui sunt uere obediētes Ro. Ecclesie.

tradita & recepta sunt, fideliter custodiunt. Deinde, qui huic sanctę Ecclesię, & eius p̄sidi Romano Pontifici, debitā reuerentiā et honorē exhibent. Porro reuerentiā Ro. Pontifici exhibent: Primū, qui ipsum tanq̄ patrem animarū, & summū sacerdotem uenerātur. Nam si humano more illos uereri solemus, quorū iudicio nunc erigi, nunc deprimi possumus: et in primis sacerdotes, quibus & Christus, tametsi malis & sacrilegis, honorē exhibendum esse et uerbo docuit, & re ipsa declarauit. Quanto magis omnes reuerentur eū sacerdotem, cui omnium animarū cura à Christo cōmissa est, dicente Petro, Pasce oues meas: Et qui ligare & soluere animas in cęlo & in terra potest, iuxta uerbum Domini. Quodcunq̄ ligaueris super terram, erit ligatū & in cęlis: & quodcunq̄ solueris super terrā, erit solutum & in cęlis. Cęterum in honore deferendo Pontifici, Ecclesię consuetudo seruanda erit, nec culpandum & refutandum, quod multis retro actis scęulis à maioribus nostris custoditum esse scimus. Veluti, quod Ro. Pontificem Sanctissimū & Beatissimū appellamus: pedes ipsius osculamur, & quę sunt generis eiusdem. Neq̄ enim nouus est hic honor, ut quem ante annos mille & eo amplius, Reges etiam & Principes, & totius orbis Monarchę, Romanis Pontificibus exhibuerunt: nūc sanctissimos eos & beatissimos appellantes: nūc pedes eorū osculantes, ut Principū quoq̄ Constitutionibus multis in locis declaratur. Sed nec uitā spectabimus eius, quę honoramus. Neq̄ enim personę meritis, sed dignitati sup̄mę huius Sedis, quę toto orbe uenerabilis est, & cui quicquid fidelium est ubiq̄ submititur, cum honorem deferimus: nihil dubitantes, Sedem istā, etiamsi Pontifex inutilis sit, nihilominus tamen dignitatē suā retinere: Vt ad Carolum scribit Leo Papa III. Ad quę modū Christus leprosis precipiens, ut se Sacerdotibus ostenderent, non uitā eorū, ut quos uano tantum nomine Sacerdotes, immo sacrilegos magis, quam Sacerdotes esse sciebat: sed dignitatem & officium potius in ipsis honorandam esse demonstrat. Ita & nos Romanum Pontificem sanctissimum appellantes, & pedes ipsius osculantes, dignitatem & officium ipsius, non uitam, honoramus. Nam uitam ipsius Deus iudicabit & remunerabit, siue bonam siue prauam. Nec nostrum est, ante tempus iudicare, maxime eum, quem inter omnes Deus specialiter suo iudicio reseruauit: nec scimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus sit. Nam sunt multa, quę de iudicio illius homines ignorāt: quia fortasse quę nos laudamus, ille reprehendit: & quę nos reprehendimus, ille laudabit. Atq̄ eo fortassis respexit Fridericus Imperator Barbarossa, qui cū ad pedes Alexātri Pōtificis prouolutus, ueniā denuo postularet, ac Pontifex eiusdē collū pede cōprimens, dixisset, scriptum est, Super Aspidem et Basiliscū ambulabis, et cōculcabis Leonem, & Draconem: Respondit, non tibi, sed Petro, cuius successor es, pareo.

B iij Nimirum

Quis Papę debitam exhibet reuerentiā & honorem. Matth. 8. c. nome. l. q. 1.

Matth. 16.

Seruanda consuetudo in deferendo honore Ro. Pontifici. In Aut. de monach. §. si. in Aut. de mensura ordinandorum Clericorum, §. finali. in Aut. de sanctiss. Episc. in Rubri. In Aut. ut Ecclesia Ro. cum similib. Luc. 17.

Solius Dei est iudicare Papam. 1. Cor. 4.

Naclerus lib. 2. Chronographia, generatione XL. Psal. 90.

Fidelitatē
uiolāt schif
matici.

c. aduocat. 24.
q. 1.

Rebellis
Ro. Pontif
fici non est
in Ecclesia.
† Adde obtem
perat.

Fidelitatē
iurant Epi
scopi Ro.
Pontifici.

Forma iur
ramenti
Episcopo
rū ad Pap
pam.

c. ego .N. Epi
scopos de iure
iu.

Forma iur
ramenti.
Regis Ro.
ad Papam.

c. tibi domino
69. dist.

Nimirum significans, obedientiam & honorem, quem Pontifici exhibebat, nō ipsius personę, sed dignitati Sedis, cui pręsideret, à se deferri. Deinde reuerentiā Ro. Ecclesię, & Summo Pontifici exhibent, qui fide, qua ĩsipsis obstricti sunt, fideliter pręstant. Fidelitatem à persona subditorū metimur. Nam alia privati, alia publicis officijs Prępositi, alia Clerici, alia Layci obligantur: ac primum quidem generaliter omniū Christianorū fides id exigat, ut Ecclesię, cuius membra sunt, honorē et autoritatē tueatur, nec se ab unitate eius scindāt. Neq; enim in schismate fides esse potest, ideoq; qui se ab Ecclesię unitate separant, etsi fidem etiam erga Deum teneant, tamen erga Deū Ecclesiā non tenent, cuius patiuntur uelut quosdam artus, deinde & membra lacerari. In unitate autem Ecclesię non manet, nisi qui Ro. Ecclesię, & illius capiti Ro. Pontifici †, à cuius tanquam capitis unitate, unitas etiam Ecclesię Catholicę proficiscitur, ut inquit Cyprianus: & cuius communicatio Catholicę Ecclesię unitas pariter, & charitas ab eodem appellatur. Deinde speciali fidelitate Ecclesię Ro. & Summo Pontifici obligantur, qui dignitatē aliquam ab eis accipiunt, aut publicis officijs pręficiuntur: quam & conceptis uerbis, ad eam rem certa forma iurare tenentur. Cuiusmodi est, quam iurāt Episcopi sub hac forma. Ego N. Episcopus, ab hac hora in antea, fidelis ero sancto Petro, sanctęq; Ro. Ecclesię, Dominoc; meo Papę N. eiusq; successoribus Canonice intransibus. Non ero neq; in consilio, neq; in facto, ut uitā perdat uel membrum, uel capiatur mala captione. Consilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per nuncium manifestabit, ad damnum eius nulli pandam. Paparum Ro. Ecclesię, & sanctorum Patrum adiutor ero, ad defendendum & retinendum saluo ordine meo, cōtra omnes homines. Vocatus ad Synodum ueniam, nisi prępeditus fuero Canonica prępeditio: Legatum Apostolicę Sedis, quem certum esse cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo. Limina sanctorum Apostolorū, singulis annis, aut per me, aut per certū nunciū, uisitabo, nisi eorū absoluar licentia: Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia. Sub hac forma ceteri quoq; Ecclesiarū Pręlati, qui dignitates suas à Romana Ecclesia accipiunt, fidelitatē iurant. Sed & Imperator Romanorum, fidelitatem Ro. Ecclesię, & eius pręsuli Romano Pontifici, iurat. Primū quidem, cū electus iam in Regē Romanorū, tanq; ad Imperialis dignitatis celsitudinē sufficiens et habilis à Summo Pontifice declaratur, approbatur, atq; confirmatur, sub hac forma. Tibi domino N. Papę, ego N. promittere, & iurare facio, per Patrem et Filium & Spiritum sanctū, & per lignum hoc uiuificę crucis, & per has Reliquias sanctorum, quod si permittente domino Romā uenero, sanctā Ro. Ecclesiam, & te Rectorē ipsius exaltabo, secundū meū posse: et uitā aut membra nunquā, neq; ipsum honorem, quem

quem habes mea uoluntate, aut meo consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: Et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam, de omnibus quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quicquid de terra sancti Petri, ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam: & cuiuscumq; Italicum regimen commisero, iurare faciam illum, ut adiutor tui sit, ad defendendum terram sancti Petri, secundum suum posse. Deinde approbatus & confirmatus iam Romanorū Rex, consecrationis & coronationis insignia accepturus, ita iurat. Ego N, Romanorū Rex, annuente domino, futurus Imperator, promitto, spondeo, & polliceor, atq; iuro, corā Deo & Beato Petro, me de cetero protectorē, procuratorē, & defensorem fore Summi Pontificis, huius sanctæ Ro. Ecclesiæ, in omnibus necessitatibus, et utilitatibus suis, custodiendo & cōseruando possessiones, honores, & iura eius, quanto diuino fuero suffultus adiutorio, secundū scire & posse meū, recta & pura fide: Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Postremo, priusquam Italiam ingreditur, uel ibidē iura aliqua exercet, sub testimonio suarum patentium literarū, Apostolico ad hoc misso Nuncio, eidem Pontifici & Ro. Ecclesiæ nomine, tactis sacrosanctis Euāgelij, hæc capita iurat.

Quod Ecclesiam, et fidem Catholicā, pura fide, totisq; uiribus cōseruabit reuerenter, & defensabit: omnemq; hæresim, schisma, & hæreticos: quoslibet fautores, receptatores, & defensores ipsorū exterminabit, ac nunquam cū Sarraceno, Pagano, Schismatico, aut alio quolibet communionem Catholicæ fidei non habente, aut cum aliquo alio, Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ inimico uel rebelle, seu eidem manifestè suspecto, unionē quamlibet seu parentelā, & cōfederationem inibit: sed Pontificiū, honorē, & statum manutenebit, & defendet, & cōseruabit, contra omnes homines cuiuscumq; existant præeminentiæ, dignitatis, uel status. Ac postremo omnia priuilegia per Imperatores Romanorum, prædecessores suos, Romanæ Ecclesiæ: omniū uero maxime per Constantinum, Carolum, Henricū, Ottonem III. Fridericum II. atq; Rodolphū, super concessione, recognitione, annotatione, quittance, & libera dimissione, terrarum, & prouinciarū Ro. Ecclesiæ ubilibet positarū, sed Apostolicæ Ecclesiæ Romanisq; Pontificibus concessa, ac ab alijs recognita, confirmata, ac ex certa scientia innouata, ac etiam de nouo concessa, inconcussa seruabit. Nec terras aut prouincias, ad ius & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinentes, ullo unquam tempore occupabit, seu ab alio, quantum in ipso erit, occupari permittet: Nec in eis, aut aliqua parte ipsarum, iura aliqua, possessiones, aut tenutas habebit, seu quomodolibet possidebit, nec in eis iurisdictionem quancumq; exercebit: quodq; Ecclesiam ut Princeps Catholicus, & ipsius aduocatus atq; defensor, iuuabit, & consilij & auxiliij

*c. l. i. de iura
re iurando.
Alterū iuramentum
Regis Ro.
ad Papam.*

*Tertium
iuramentū
Regis Ro.
ad Papam.*

*Priuilegia
Ro. Eccle-
siæ.*

*Aduoca-
tus Ro.
Ecclesiæ.*

Ecclesiarū Defensor. auxilijs illi assistet opportunis, contra quoscuq; inobedientes, & rebelles. Quod item non solum Romanam, sed alias etiam Ecclesias, earumq; libertatem, bona, iura, Prælatos, & ministros, pro uirili sua manutenebit, conseruabit, atq; defendet, ac Romanæ Ecclesiæ Vassallos contra iustitiam nullatenus offendet: deuotos ac fideles Ecclesiæ, etiam in Imperio constitutos, benigne tractabit, nec eos opprimet, aut per alios opprimi sustinebit, sed in suis potius iuribus & iustitijs conseruabit. Atq; hæc fere sunt capita Iuramenti, quod Ecclesiæ Romanæ, & Summis Pontificibus, Reges Romanorum electi, & futuri Imperatores, præstare tenentur: quod propriè Iuramentum fidelitatis appellatur, ut in Concilio Viēnensi Clemens V. declarauit. Eiusdem ferè generis est, quod electus in Romanorum Regem in Ecclesia Aquensi, ante unctiōem & coronationem, Archiepiscopo Coloniensi interroganti, respondet atq; iurat, ad hunc modum. Coloniensis à Rege electo quærit. Vis sanctam fidem Catholicam, à sanctis Apostolis traditā, tenere, & operibus fide dignis seruare? Respondet ei Rex, uolo. Coloniensis. Vis sanctis Ecclesijs, Ecclesiarumq; ministris fidelis esse tutor, & defensor? Rex, uolo. Coloniensis. Vis regnū Dei tibi à Deo concessum, secundū iustitiā prædecessorum tuorū regere, & efficaciter defendere? Rex, uolo. Coloniensis. Vis iura & regna Imperij, bonaq; & iura eiusdem iniuste dispersa, conseruare & recuperare, & fideliter in usus Regni & Imperij dispensare? Rex, uolo. Coloniensis. Vis pauperū, diuitum, uiduarum & orphanorum, æquus esse iudex, et pius defensor? Rex, uolo. Coloniensis. Vis integerrimo in Christo patri, & Domino Romano Pontifici, & sanctæ Ro. Ecclesiæ, defensionem debitam & fidem reuerenter exhibere? Respondet Rex, positus duobus digitis manus suæ dextræ super altare, Volo, in quantum diuino suffultus fuero adiutorio, & precibus Christianorum adiutus: quantum ualero, omnia præmissa fideliter adimplebo: Sic me Deus adiuuet, et sanctum Dei Euangelium. Post unctiōem autem & coronationem, iuramentum præstat sub hac forma: primum Latine, deinde Germanice, Profiteor, & promitto, corā Deo & Angelis eius, amodo & deinceps, legem, & iustitiam, pacemq; Dei Ecclesiæ seruare, populoq; mihi subiecto prodesse, & iustitiam facere, & regni iura conseruare, saluo condigno diuinæ misericordiæ respectu, sicut cum auxilio Principum, & fidelium regni atq; meorum, melius inuenire potero. Sanctissimo Romano Pontifici, & Ecclesiæ Romanæ, cæterisq; Pontificibus & Ecclesijs Dei, condignum & Canonicum honorem exhibere uolo: ea etiam quæ ab Imperatoribus, & Regibus, Ecclesijs, seu Ecclesiasticis uiris collata sunt, erogata inuiolabiliter ipsis conseruabo, & faciam conseruari. Abbatibus, & Ordinibus, & Vassallis regni, honorem uolo portare & exhibere, Domino nostro Iesu

d. cl. 1. de iure iur.

Henningus
conf. 1.

Coronatio
Regis Ro.
in Ecclesia
Aquensi.

Sex inter
rogatoria
ad Regem
inungendū.

I
II
III
III
V
VI

Quantum
Iuramentū
Regis Ro.

Iesu Christo mihi auxilium præstante, fortitudinem, & decorem.

Tertio obedientiam Romanæ Ecclesiæ & Summo Pontifici præstant, qui iudicium Ecclesiæ agnoscunt, & obedienter suscipiunt. De quo ita scribit Innocentius Papa ad Ruffum, & cæteros Episcopos per Thessaliam constitutos. Nemo unquã Apostolico culmini, de cuius iudicio non licet tractari, manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se uoluit iudicari. Et Gelasius Papa. Nec de iudicio Romanæ Ecclesiæ Canones unquam præceperunt iudicari, sententiamq; illius constituerunt, non oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt: & idem cuncta per mundum nouit Ecclesia, quod sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neq; cuiq; de eius liceat iudicare iudicio.

Atq; hæc de obedientia Romanæ Ecclesiæ & Summi Pontificis, ideo præfari uoluimus, ut intelligamus, qui ab ea decedunt, id est, qui Romanæ Ecclesiæ, & Summorum Pontificum, sacrorum Conciliorum, & sanctorum Patrum leges, regulas, præcepta, & traditiones non custodiunt, nec reuerentiã et honorem eis exhibent, nec eorum iudicia agnoscunt & subeunt: eos Romanæ Ecclesiæ, & Summo Pontifici inobedientes esse, & rebelles. In primo igitur genere rebelles sunt, qui Romanæ Ecclesiæ & Summi Pontificis autoritatẽ imminuunt, & quantum in ipsis est, prorsus tollere & subuertere conantur. Ad autoritatem autem Ro. Ecclesiæ inter alia hæc quoq;

pertinent, ut Primatũ Ecclesia retineat: ut Ro. Pontificem eligat, & sedem Apostolicam ordinet: ut Inuestiturã Episcopatuũ, altarumq; dignitatũ concedat: Canones condat: De maioribus causis cognoscat: & ut uno uerbo multa complectar, ut reliquis Ecclesijs in partem curarũ uocatis, ipsa plenitudine potestatis utatur. Quæ quidẽ autoritas Ro. Ecclesiæ, non ab hominibus data, sed ab ipso Christo diuinitus concessa est. Nam cum alias quidem Ecclesias omnes, siue Patriarchales, siue Metropolitanas, siue Cathedrales, Romana Ecclesia instituerit, illam solus ille fundauit, & supra petra mox nascentis fidei erexit, qui Beato Petro æternæ uitæ clauigero terreni simul & cœlestis regni iura commisit: non quidem terrena sententiã, sed illo uerbo, quo constructum est cœlum & terra, & per quod omnia condita sunt elementa. Hanc igitur Romanæ Ecclesiæ autoritatem

primum imminuunt, qui Primatum eidem auferre conantur. Propter quod non solum rebelles sunt, & contumaces inueniuntur esse ei, qui eam cunctis Ecclesijs prætulit: sed etiã hæretici, ut qui uerbum Christi uel negantes uel adulterantes, eam ipsam aĩs uel parem uel inferiore constituuĩt. Quomodo Cõstantinopolitana, Mediolanensis, & aliq; tã Orientis, quã Occidẽtis Ecclesiæ, earũq; Episcopi sæpe Ro. Ecclesiæ rebelles fuerunt. Maxime autem Cõstantinopolitana, quæ non solum Romanã, ut matrẽ, non agnouit: sed Primatũ etiam

ipsius Romanæ

De iudicio
Papæ iudicare non
licet.

c. patet et c.
cuncta 9. q. 1.

Rebelles
Ro. Ecclesiæ qui
sunt

Autoritas Ro. Ecclesiæ multa complectitur.

3. q. 6. c. multum.

c. omnes. 22.
di.

Rebelles
in Deum
sunt, qui
Primatum
Ro. Ecclesiæ
negant.
Ecclesia
Cõstantinopolitana
sæpe rebellauit

Rebelles
nunc quæ-
dam Eccle-
siæ Germa-
niæ.

Epistolarum
libro. 1. epis-
tola 3.

Rebelles
Ro. Pon-
tificibus
nonnulli
Imperato-
res & Re-
ges.

Naclerus in
secundo Chro-
nographia.
Platina in Pa-
schali II.

Naclerus lib.
2. generatione
4.

e. Adrianus.
e. in Synodo.
c. ego Ludo-
uicus. c. consti-
tutio. 63. dist.

ipsum per ambitionem sibi arrogauit, & adiuuantibus eam Constanti-
nopolitanis Imperatoribus multo tempore usurpauit: donec Romana
huiusmodi priuilegium, quo spoliata fuerat, tandem beneficio Pho-
cæ Imperatoris recuperauit. Ad eundem modum nostra quoque a-
te, aduersus Romanam Ecclesiam rebellant quædam Ecclesie in Ger-
mania, & qui eas occupant hæretici & schismatici, qui & ipsi multis
iam annis huius Ecclesie primatum, quam plurimis in eam rem
æditis scriptis, suppressere, & abrogare conantur: Non alia nimirum
ratione, quam ut hoc modo Romanæ Ecclesie conculcata autori-
tate, ipsi impune suos errores docere, & quam latissime diffundere
possint. Quippe qui, suggerente authore eorum Diabolo, probe
norunt, huius Ecclesie autoritate salua, haud facile hæreses & schis-
mata uel nasci posse, uel natas propagari. Quod & Cyprianus testa-
tur his uerbis. Nec enim (inquit) aliunde hæreses ortæ sunt, aut nata
schismata, quam inde, quod Romano Pontifici, tanquam Ro. Ecclesie
capiti; non obtemperatur: Nec unus ad tempus Sacerdos, et ad tem-
pus iudex, uice Christi cogitatur. Deinde Romanæ Ecclesie au-
thoritatē imminuunt Imperatores, Reges, Duces, Marchiones, Co-
mices, uel quælibet aliæ seculares personæ, quæ Inuestituram Episcopa-
tuum, uel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis, cuiquam dare attentauerunt.
Quales inter Imperatores fuerunt Henrici, Quartus, Quintus, &
Sextus: Quorum ille, defunctis in Imperio Ecclesiarum Prælatiis,
annulos & baculos eorum pastorales accipiens, familiares suos Ec-
clesiis uacantibus intrusit. At filius eius, Henricus Quintus, cum uen-
nisset Romam, à Paschali II. honorifice susceptus, post exosculatos
pedes eius, ipsum simul cum Cardinalibus cepit, & cœgit eum con-
firmare illos, quibus ille Episcopatus dederat. Sextus uero Henricus,
Friderici Primi filius, Leodiensem Episcopum, quod præter decre-
tum eius confirmatus esset, occidit. Quibus Fridericum Secundum
conmunerauerim, qui & ipse varijs modis ditionem Pontificiam
uexans, Pontifices & Episcopos in Ecclesijs posuit, & à Romano
Pontifice institutos expulit. In eadem causa sunt Imperatores, qui
sine consensu Romanæ Ecclesie, Romanum Pontificem eligere, &
Sedem Apostolicam ordinare præsumunt. Quales sunt, qui propria
autoritate ius ordinandi Apostolicam Sedem, sibi uendicarunt. At
qui permittente Romana Ecclesia, hoc iure usi sunt, minime inter re-
belles numerantur. Itaque ab hoc crimine immunes fuerunt, Carolus
magnus, Otto primus, & eius successores, usque ad Henricum primum,
qui consentiente, ac ius ordinandi sedem Apostolicam in ipsos trans-
ferente Romana Ecclesia, Romanos Pontifices elegerunt. Ceterum,
qui eodem iure denuo, à Ludouico, Ottone, & Henrico, Imperato-
ribus, Romanæ Ecclesie restituto, Pontifices elegerunt: à crimine
rebellionis minime excusantur. Tertio Romanæ Ecclesie au-
thoritatem

thoritatem imminuunt, qui dogmata, mandata, interdicta, sanctio-
 nes, uel decreta, quæ pro Catholica fide, uel Ecclesiastica disciplina,
 pro correctione imminentium uel futurorum malorum, à Sedis Apo-
 stolicæ Præsule salubriter promulgata sunt, contemunt: præsertim
 Reges, Episcopi, alijq; potentes, qui indignum potentia sua arbitran-
 tur, ut cuiusq; Imperio pareant. Quæadmodum Anastasium Impe-
 ratorem legimus, Legatis suis ad Hormisdam Papam missis, inter
 cetera illud quoq; in mandatis dedisse, ut sciret, Imperatoris proprium
 esse imperare, & non imperata Pontificis aut cuiusuis alterius accipe-
 re. Omnium autem maxime in hoc genere rebelles sunt, qui Ro. Ec-
 clesiam, & utilia Concilia, ius potestatemq; cõdendorum Canonum,
 habere negant. Quales nostra ætate sunt omnes ferè heretici & schis-
 matici, quibus illud in primis familiare est, ut dicant: Nullam esse neq;
 Pontifici, neq; Sedi Apostolicæ, neq; sacris Concilijs, quicquam dif-
 finendi aut statuendi facultatem: quin potius quæ ab eis hæctenus
 quocumq; tempore statuta sunt, ea uelut humana figmenta, non solum
 non esse seruanda, sed etiã qui custodiunt ea, hypocritas esse, de qui-
 bus Christus dicit. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas
 & mandata hominum. Quam sententiam quo magis probarent, &
 rebellionem confirmarent, ante multos annos, omnes Ecclesiastica-
 rum Cõstitutionum libros, quod nos corpus Canonum uocamus, in
 contemptum Apostolicæ authoritatis condemnauerunt, atq; igne
 combusserunt. In secundo genere, Ro. Ecclesiæ rebelles sunt, qui
 dignitatem, honorem, uitam, uel membra Pontificis lædunt, aut aliud
 quid faciunt, quo sancta Romana Ecclesia, uel qui illi præest Roma-
 nus Pontifex, iniuriam aut damnum in persona uel rebus accipiant.

Sic rebellis olim Ro. Ecclesiæ fuit Theodericus Rex Gothorum,
 qui Ioannem Pontificem, primum quidem ut legatione non admo-
 dum honesta ad Iustinum Imperatorem fungeretur, compulit: De-
 inde eadem legatione rite functum, ac Rauennæ ad se uenientem, &
 legationem renunciantem, hoc tantum nomine, quod à Iustino co-
 miter exceptus, & honorifice tractatus fuisset, in carcerem coniecit,
 ubi & pædore, situ, & inedia periit. Sic Theodora Augusta, Iu-
 stiniani Imperatoris coniunx, Ro. Ecclesiæ rebellis fuit, ut cuius
 impia & fraudulenta machinatione Syluerius Papa, homo sanctissi-
 mus, quia Anihenium, ob Eutichianam hæresim condemnatum, ac à
 Sede Constantinopolitana, cui præerat, depositum, reuocare detre-
 ctabat, Pontificatus dignitate destitutus, & in Pontiam insulam in
 exilium pulsus, mortuus est. Ad eundem modum Romani sæpe
 Romanis Pontificibus rebelles fuerunt, ut Leoni III. quem dum
 Letaniam maiorem, à Gregorio Papa institutam, cum populo & Cle-
 ro ageret, quorundam insidijs captum, ac Pontificali habitu priua-
 tum, multisq; uerberibus adeo cæsum, ut oculis & lingua captus pu-
 taretur,

c. fl. quib. 25. q.
 2. c. generali.
 25. q. 1.

Platina in Hor-
 mista.
 Anastasij
 Imp. cõtra
 Papam res
 bello.

Maxime re-
 belles sunt
 hoc tẽpore
 hæretici.

Matth. 15.
 Anno Do-
 mini 1520.
 Vuitten-
 bergæ.

Rebelles
 Ro. Pontif-
 ici in factis
 & uiolen-
 tijs.

Platina in Io-
 anne primo.
 Liberatus in
 Breuiario. c.
 22.

Platina in Syl-
 uerio.



taretur, in monasterio sancti Erasmi, in uincula coniecerunt, quem & occidissent, nisi à Vinigisio Duce Spolerano liberatus, clam Spoletam deductus fuisset. Sic & Ioanni decimo tertio rebellarunt, quem, in Ecclesiam Lateranensem irruentes, ceperunt. Captum primum in Adriani molem (quod Castrum S. Angeli uocant) perduxerunt, mox in exilium pepulerunt. Quanquam sunt, qui scribāt, hūc Pontificē, in Synodo ob immania et impiissima facinora sua, Pontificatu destitutum, ac Leonem illi Octauum fuisse suffectum. Sed & priuati quidam homines, Romanis Pontificibus in hoc genere rebelles fuerunt. Vt Cincius Romanus Ciuis, à quo Benedictus Papa Sextus captus, & in arcem Sancti Angeli ductus, & ibidem carceri mancipatus, & non multo post strangulatus: uel (ut alij scribunt) fame interemptus fuit. Et alius item Cincius, qui Gregorium Papam Septimum, in festiuitate natiuitatis Domini, Missam celebrantem, ac hostiam iam in sacrificio frangentem, raptum Altario deturbauit, attractumq; ad domum, quæ sibi eo loci erat, turri inclusit. In eadem conditione sunt, quorum fraudibus & dolo, Romanis Pontificibus à Sede sua eiectis, alij Antipapæ surrogantur. Quomodo Henricus Imperator huius nominis Quartus, Gregorio Papæ Septimo, Gibertum Rauennatem Archiepiscopum, quem Clementem appellarunt. Fridericus primus, Alexandro Papæ tertio, primum Octauianum in seditione electum, quem seditiosi Victorem appellarunt: Deinde eo defuncto, Guidonem Cremensem, quem Paschalem uocarunt. Et illo similiter mortuo, Ioannem Sarmiensis, Abbatem Cardinalem, ex Pannonia, hominem malum, & furto infamem, à seditiosis quibusdam electum, surrogarunt: eosq; tanquam legitimos Pontifices ueneratus est. Et huiusmodi non ipse solum, sed multi etiam Germaniæ Principes, tam Ecclesiastici quam sæculares, obedientiam fecerunt. Postremo in hoc genere Romanæ Ecclesiæ rebellarunt, qui eiusdem terras hostiliter inuasērunt, & occuparunt. In qua re alios crudelitate superauit Otto Imperator, huius nominis Quartus, qui Innocentio Papa tertio Ecclesiam gubernante, totam pene Romandiolam, & Regni Neapolitani prouincias, suo subiugauit Imperio. Quin & Apuliam intrans, multas ad regnum Siciliæ pertinentes ciuitates, Principatumq; Capuæ cum palatio ciuitatis, accepit. Multaq; alia ad ius, dominiumq; Ro. Ecclesiæ, & Patrimonij Petri pertinentia, in suam potestatem redegit, propter quod & rebellis, & inobediens, Ecclesiæ Romanæ declaratus, primum anathemate percussus, deinde etiam Imperiali dignitate priuatus fuit. In tertio genere rebelles sunt, qui personas, & fici in iuris causas, ad Iurisdictionem Romanæ Ecclesiæ pertinentes, uel ipsi iudicant, uel quo minus ab Apostolica Sede de his cognoscatur atq; iudicetur,

Naclerus lib.
2. generatione.
33.

Platina in Io-
anne. 13.

Luitprandus
lib. 6. c. 9.

Naucle. lib. 2.
generatione
33.

Otto Imp.
III. rebel-
lis Innocen-
tio III.

Naclerus lib.
2. generatione.
41.

Rebelles
Ro. Pontif-
fici in iuris-
dictione.

iud
fin
exa
fia
inf
cis
ufu
fue
den
Ro
Ma
dic
his
Ca
ma
fun
dit
util
que
cue
eos
to,
que
ma



qui
Ro
ea
ste
om
&

iudicetur, impediunt. Quales sunt nostræ ætatis schismatici, qui sine illius Sedis autoritate, scripturas interpretantur, doctrinas examinant, & fidei religionisq; causas decidunt: Sacramenta Ecclesiæ & diuinorum ministeriorum ritus abolent, ministros Ecclesiæ instituunt, atq; destituunt: de Matrimonijs, alijsq; mere Ecclesiasticis causis cognoscunt: Iurisdictionem in Episcopos, aliosq; Clericos usurpant. Deniq; ne quid harum causarum, siue per appellationem, siue alijs legitimis modis, secundum regulas Ecclesiasticas, ad Sedem Apostolicam referatur, impediunt. Nam hæc omnia ita Romanæ Ecclesiæ Iurisdictioni subiecta sunt, ut de his iudices, & Magistratus sæculares, non solum nullam cognoscendi, diffinientijs potestatem habeant: sed etiam quæ à Sede Apostolica super his iudicata diffinitaq; fuerunt, firmiter custodire teneantur. Cæterum, quæ de mandatis, sanctionibus, decretis, & iudicijs Romanorum Pontificum custodiendis diximus, de iustis accipienda sunt. Siquidem iniusta præcipienti Pontifici, impune non obediunt. Veluti si tale aliquid decreuerit, aut mandauerit, quo status utilis Ecclesiæ turbetur, aut unde scandala & peccata enascantur: uel quod aduersetur ijs, quæ Dominus, Prophetæ, uel Apostoli docuerunt, atq; præceperunt. Nam quod Dominus, uel Apostoli, & eos sequentes sancti Patres, diffinierunt, nulla constitutione, decreto, uel mandato Romani Pontificis, mutari potest: quin potius quod ita prædicatum est, ipse usq; ad animam & sanguinem confirmare tenetur.

Causa me-
re Ecclesia
stica, usur-
pata à Lay-
cis friuole,

24. q. 1. c. quon-
tias. 3. q. 6. c. ad
cusatus. & c.
seq. 17. q. 4. c.
nemini. 21. dist.
c. quod autem.
9. q. 3. c. ipsi
sunt cū simili.

Iniusta præ-
cipienti
Ro. Pontifi-
ci non est
obediens-
dum.
25. q. 1. c. sunt
quidam.

*De Ditione Romani Imperij, & subditis
eius, Caput VI.*



Venio iam ad alteram speciem rebellionis, eius uide-
licet, quæ aduersus Romanum Imperium, & illius
Monarcham, Romanum Principem & Imperato-
rem, committitur: Quam & ipsam ex obedientia
eorum, qui Romano Imperio subditi sunt, meti-
mur. Neq; enim commode cognosci potest,
qui sint Romano Imperio rebelles, nisi prius cognoscatur, qui sint
Romani Imperij potestati & obedientiæ subiecti: Quibusq; modis
ea obedientia Romanorum Imperatori, à subditis Imperij, uel præ-
stetur, uel subtrahatur. Quod ut certius intelligamus, primum
omnium discutiendum erit, qui sint Romani Imperij Iurisdictioni
& potestati subiecti. Deinde, in quibus rebus consistat ea, quam
C ij subditi

Monar-
chia Ro.
Imperij.

Altercatio
de subie-
ctis Ro.
Imperio.

6. quid culpa
jur. 23. q. 1. c.
audacter. 8. q.
1.

Rom. 13.
Epistola. 4. 8.
50.
ar. 2. q. 7. c. 1. et
23. q. 5. hinc
notandum.
Omnis po-
testas à
Deo.

Rom. 13.

osee. 8.
e. audacter. 8.
q. 1.

osee 8.

1. Reg. 10.

Quare
Deus ma-
los regnare
permittit.

subditi Romano Imperio debent, obedientia: et postremo, quibus modis ab obedientia & potestate Romani Imperij, per rebellionem discedatur. Primum igitur, quod ad Iurisdictionem Romani Imperij attinet, magna semper apud Iureconsultos altercatio fuit, qui Romano Imperio subiecti sint, & qui ab eius potestate & Iurisdictione exempti: Alijs dicentibus, Imperatorem totius orbis tenere Principatum, nec quenquam ab eodem esse exemptum. Alijs contra affirmantibus, multos Reges, Principes, Nationes, & populos, à Iurisdictione Imperij Romani esse exemptos. Ego rescissis disputationum ambagibus, de hac re sententiam meam in breues aliquot conclusiones conferam. Prima conclusio. Duplex est potestas, Legitima, & Tyrannica; & utraq; à Deo, illa quidem iubente, hæc uero permittente: ac de utraq; dicitur. Non est potestas nisi à Deo, ut docet ac testatur Augustinus. Itaq; omnis potestas à Deo est, uel operante, ut potestas bonorum Principum, quam legitime accipiunt: uel permittente, cuiusmodi est potestas malorum, ui aut dolo sibi potestatem usurpantium. Secunda conclusio. Potestates ita à Deo ordinatæ sunt, ut per Legitimam boni à malis defendantur: per Tyrannicam bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. De bonis dicitur. Principes non sunt timori boni operis, sed mali: uis autem non timere potestatem, bonum fac, & laudem habebis ex illa. Dei enim minister est, tibi in bonum. Si aut male feceris, time: non enim sine causa gladium portat. De malis dicit Dominus per Prophetam. Ipsi regnauerunt, & non ex me. Quod explicans Hieronymus. Audacter (inquit) fortassis aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus: Non semper Princeps populo, & iudex Ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei: datur nobis Princeps secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis sanctis probabo. Audi namq; quid Dominus dicat: Fecerunt sibi Regem, & non per me; Principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum uidetur de Saule illo, quem utiq; ipse Dominus elegerat, & regem sibi fieri iusserat: Sed quoniam non secundum Dei uoluntatem, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua uoluntate uel consilio constitutum. Mali igitur Principes, non ex Deo regnant: quia non ipso cooperante regnant, sed permittente. Ideo aut Deus iniustam potestatem permittit, ut ex ea bonum aliquod eliciat. Nam etsi malum non efficit Deus, ut qui bonas uoluntates ad uuat, malas iudicat, omnes ordinat, ut inquit Augustinus: Tamen malorum potestatem permittit. Primum, ut per eam qui probati sunt, manifestiores fiant: malorum uero peccata potentius uindicerentur. Sic Diabolo,

Diabolo, in iustum uirum Iob, potestas permiffa est, non aliam ob causam, quam ut ipsius iustitia & patientia probaretur: In Iudam uero, ut damnandus se suspenderet. Neq; uero per malos tantum, sed etiam per bonos, peccata populorum punit Deus. In utrorumq; siquidem manibus gladij ancipites, ad faciendam uindictam in nationibus, & increpationes in populis: Illorum quidem nescientium, horum uero scientium. Per nescientes peccata punit, sicut Sennacherib, & per Nabuchodonosor Regem, & per Antiochum, & per Principes Romanorum, & per nonnullos Reges gentilium, populum Israëliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per Prophetam. Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit. Assur erat uirga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit, ipse uero non cognouit: quia in superbiam elatus. Victoriã, quam assecutus fuerat, non diuinæ potentia, sed suis uiribus attribuit. Vnde contra eius superbiam Dominus loquitur, dicens. Nunquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea: aut nunquid exaltabitur securis contra eum, qui cedit in ea: Quibus similitudinibus satis perspicue ostenditur, quia sicut serra & securis, nec secare, nec cedere ligna possunt, nisi ab alio regantur, ac ideo contra regentem se, superbire non debent: sic illi, per quos Deus punit, absq; nutu diuinæ dispositionis nihil agere ualent: ac ideo contra regentem se, superbire eis non licet. Tales in eo, quod puniunt, Deo seruire dicuntur: In eo autem quod ignorantes, se esse ministros iræ Dei, impia uanitate superbiunt, nec mercedem suæ seruitutis à Deo non (nisi temporalem) inueniunt: pœnam uerò suæ superbix non effugiunt. Vnde cum Dominus diceret ad Prophetam de Nabuchodonosor. Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrum: statim subiunxit. Da (hoc est datam sibi pronuncia) Ægyptum & Æthiopiam, Cum autem in corde suo superbiens postea diceret. Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei: &c. Statim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, ut ab hominibus fugiens, cum bestijs uiueret. Per Antiochum quam cum Idolatriam Iudaicæ plebis Dominus punire decreuisset: & pacem, quam ex lege Dei abiecta, & ex sacris nationum assumptis quærebant, illis in perniciem uerteret. Quia Dei dispositionem ignorans, suæ facultati deuastationem illius plebis attribuit, imprecatur in eum Propheta, dicens. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ non nouerunt nomen tuum: ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum. Similiter, cum per Romanos peccatum mor-

Deus di-
uerfimo de
punit pec-
cata popu-
lorum.
Psal. 149.
c. remittuntur.
23. 9. 5.

Esa. 10.

Regum su-
perbiam re-
prehendit;
Deus.

Reges pu-
niendo pec-
cata, serui-
unt Deo.

Nabuchod-
onosor.

Hiere. 27.

Ezech. 26.

Daniel. 4.

Antiochus

Psal. 78.

Romani,

tis Christi Deus punire decreuisset, urbis excidium, & Iudaicæ
 plebis miseram captiuitatem, suis uiribus ascribere ceperunt: Vnde
 contra eos Propheta imprecatur, dicens. Leua manus tuas in
 Psal. 73. superbias eorum, qui te oderunt: & qui multa maligna operati
 sunt, monumenta suæ uictoriæ posuerunt in medio atrio tuo.
 Per scientes peccata puniuntur, sicut Deus per filios Israël uoluit
 Gentes à Deo puni- peccata punire Amorrhæorum & Chananaeorum, & aliarum
 te per filios gentium, quarum terram Israëlitis possidendam dedit: Quibus
 Israel. Deut. 7. etiam præcepit, ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti tra-
 derent. Quod propter peccata eorum illis contigisset, ex uerbis
 Genes. 25. Domini apparet, qui cum diceret ad Abraham: Semini tuo da-
 bo terram hanc, ueluti quæreret, Quare non modo das mihi: audi-
 uit. Nondū enim sunt peccata Amorrhæorū cōsummata: Quæ tunc
 intelliguntur fuisse consummata, cum populus ille de Aegyptiaca
 seruitute liberatus, terrā eorum (sicut Abraham promissum fuerat) in
 hæreditatem accepit. Cum ergo sic diuino iussu ad puniendum
 Quando peccata populi excitantur (Sicut populus ille Iudaicus est excitatus
 puniuntur peccata sine culpa: quando cū culpa eorū qui puniunt. ad occupandam terram promissionis, & ad delendas gentes pec-
 catrices) sine culpa noxius sanguis effunditur: & quæ ab eis male
 possidentur, in ius & dominium ritè transeunt bonorum. Cum
 uero occulto instinctu aliqui monentur ad persequendum malos
 (sicut Sennacharib, & ceteri, qui populum delinquentem per-
 secuti sunt) licet occulto instinctu operante, illorum meritis inci-
 tentur ad persequendum: tamen quia praua intentione, non pec-
 cata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, uel suæ ditio-
 ni subijcere quærent, non sunt immunes à crimine. De quibus
 etiam notandum est, quod aliquando excitatur ad puniendum
 peccata bonorum, ut tandem per bonos correctos ipsi quoque
 puniantur: Sicut in libro Iudicum legitur, De Iabin Rege Chanana-
 In d. 3. & 6. eorum, & de Madianitis, quod propter Idolatriam populi susci-
 tauit eos Deus, ut Israël affligerent, & terram eorum occuparent.
 Cum autem populus Dei, sub manibus eorum diutius afflicti-
 us, peccatum suum recognosceret, & per Poenitentiam sibi Deum
 placaret, Dei præcepto & Barach comitatus Delboram Prophetis-
 sam uxorem Lapidoth, Iabin regem Chananaeorum, & Zizaram
 In d. 5. & 7. Ducem exercitus sui contriuit, & Gedeon Zebee & Salmana Re-
 ges Madianitarum, & Oreb, & Zeb Duces eorum morti tradi-
 dit. Apparet ergo, quod aliquando per legitimam potestatem ge-
 rentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro pec-
 catis suis non solum flagellantur, sed etiam ritè perduntur.
 Vtrancū igitur potestatem, tam bonam quam malam, Deus or-
 dinat: Bonam quidem propitius, malam uero iratus, Reges enim
 quando boni sunt, muneris est diuini: Quando uero mali sunt,
 sceleris

sceleris est populi. Nam secundum meritum plebium, rectorum quoque uita disponitur, ut non immerito dictum sit. Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peccata populi. Irascente enim Deo, talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccato meruerunt. Tertia conclusio. Omnis potestas in Ecclesia est: Vel ea quæ dicitur malignantium, uel ea quæ uocatur sanctorum. Nam omne Imperium, siue iustum siue iniustum, de congregatione aliqua hominum constituitur. Quæ quidem congregatio, si sancta fuerit, sanctorum: si uero maligna, malignantium Ecclesia uocatur. Qui in priore Ecclesia sunt, filij Dei: Qui in posteriore, filij hominum in sancta scriptura appellantur. De priore dicitur in Psalmo. Laus eius in Ecclesia sanctorum. De altera idem Psaltes: Odiui Ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. In Ecclesia igitur sanctorum, legitima: in ea uero quæ dicitur malignantium, Tyrannica regna constituuntur. Quarta conclusio. Tyrannicum regnum à Cham descendit, filio Noë, illo uidelicet, qui pudenda patris fratribus detexit. Nam ex filio eius Chus, natus est Nemroth, qui primus cœpit potens esse in terra, & fuit robustus uenator coram Domino, id est, permitte Domimo. Huius regni principium fuit Babylon, ut scriptura testatur: A quo descenderant Reges gentium Amorrhæorum & Chananaeorum, iniusti & uolenti usurpatores & inualesores regnorum. Propter quod & regna eorum à Domino dantur Abrahamæ & semini eius. De quibus dicitur in Psalmo. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt. Et uox illa Domini: Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti, facienti iustitiam. Et illud Ecclesiastici. Regnum à gente in gentem transferetur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Item paulo post. Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Quinta conclusio. Potestas legitima, quæ Deo cooperante ordinata est, à Noë cœpit. Nam cū ante tempora Noë, Deus mundū per se ipsum gubernasset, ut qui et præcepta hominibus dedit, & delinquentibus pœnas imposuit: à tempore Noë creaturas suas per ministros regere cœpit. Quorum ipse Noë, qui & arcam iubente Domino gubernauit, per quam Ecclesia designata est: & leges dedit subditis, inter quas prima fuit, per quam Chanâan filium Cham propter delictum patris, quod in Noë patrem pudenda eius fratribus ostendendo perpetrauerat, maledixit: Sem uero & Iaphet, quia uerenda patris operuerant, benedixit. Maledictus (inquit) puer Chanâan, seruus seruorū erit fratribus suis: Benedictus Dominus Deus Sē, sit Chanâan seruus eius: Dilatet Deus Iaphet, & habitet in Tabernaculis Sē, sitque Chanâan seruus eius. Post Noë Sem filius, &

Iob. 34.
2. q. 7. c. 1. d. c.
audacter 8.

q. 1.
Duplex Ec-
clesia: Vna
sanctorū,
altera malis
gnantium.

Genes. 6.

Psalms. 149.

Psalms. 35.

Regna,
quædam
legitima,
quædam
Tyrannica.

Genes. 10.
Nemroth
primus Ty-
rannus.

Genes. 12, 13, 15.

Psalms. 78.

Matth. 21.

Ecclesiast. 10.

Potestas
legitima à
Noë cœ-
pit.

21. q. 4. Quo-
niam.

Genes. 9

Iudices &
Reges filio-
rum Israël.

Genes. 17.

Matth. ult.

Zach. 9.

Psal. 71.

Sacerdoti
& regnum
in una &
eadem
persona.

Samuel.

Psal. 98.

1. Regum. 7.

Melchise-
dech.

Genes. 14.

Heb. 7.

Moyfes.

Psal. 98.

Exodi. 7.

Exod. 18.

Christus.

Psal. 109.

Psal. 71.

Hiere. 23.

Heb. 1.

Psal. 44.

Vtraq; po-
testas in Vi-
cario Chri-
sti, Rom.
Pontifice.

post hunc posteri eius, usq; ad Abraham filium Thare, qui & ipse à Sem descendit, gladij potestatem habuerunt. Post Abraham regnarunt Iudices & Reges, qui ex semine eius descenderunt, sicut promiserat ei Dominus. Ponam (inquit) te in Gentibus, Regesq; ex te egredientur. Et iterum: Et benedicam uxori tuæ, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum: Eritq; in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. Porro Abraham & Regibus ab eo descendentibus successit Christus, Rex regum, & Dominus dominantium, cui omnis potestas data est (ut ipse de seipso testatur) in celo & in terra. De quo & Propheta ait. Potestas eius à mari usq; ad mare. Et in Psalmo: Et dominabitur à mari usq; ad mare. Sexta conclusio. Quemadmodum in ueteri Testamento idem erant Pontifices & Reges: Vt de Samuele testatur scriptura. Et Samuel (inquit Psalmus) inter eos, qui inuocant nomen Domini. Item Samuel inuocator nominis Domini, & idem tamen populum Israël cunctis diebus suis iudicauit, & rexit Israël. Sic tempore Abraham fuit Melchisedech, idem & Rex Salem, & Sacerdos Dei Altissimi, offerens panem & uinum, & benedicens ei. Hic primus Rex uerus & iustus fuit, qui in diuina scriptura memoratur. Qui secundum Apostolum Rex iustitiæ interpretatur. Sic Moyfes Sacerdos fuit, de quo dicitur. Moyfes & Aaron in Sacerdotibus eius. Et idem rexit populum Israël omnibus diebus uitæ suæ, ut de eo scriptura testatur. Sic enim in Exodo loquitur ad eum Dominus. Ecce, constitui te Deum Pharaonis. Item: Altera autem die sedit Moyfes, ut iudicaret populum. Ita & Christus in nouo Testamento, secundum carnem & Regiam potestatem habuit & Sacerdotalem, idem Rex & Dominus omnium, & summus Sacerdos. Ac de Sacerdotio eius, cuius Typum gessit Melchisedech, in Psalmo dicitur. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. De Regia autem potestate idem Psaltes. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis: iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Et alius Propheta, Et regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Et illud Apostoli. Thronus tuus Deus in sæculum sæculi: uirga equitatis, uirga regni tui. De utraq; autem potestate, æquè illud in Psalmo dicitur. Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ cõsortibus tuis. In regno siquidem Iudæorum, Reges & Sacerdotes ungebantur. Septima conclusio. Christus utraq; potestatem, Sacerdotalem & Regiam, in Petrum, & eius successores Romanos Pontifices, pleno iure contulit. Vt iam, quicumq; in Ecclesia Primatum tenet, generalis Christi Vicarius sit, & utraq; potestatem obtineat, & Spiritualem & Temporalem. Cum enim plenariam potestatem receperit Christus (ut antea dictum est) conueniens fuit,

fuit, ut & eiusdem plenitudinem Vicario suo in terris relinqueret. Si enim diligens paterfamilias ita familiam suam curat, ut etiam absente se nihil illi desit, quod ad profectum eius pertinere uideatur: Quanto magis Christum credendum est, plenam curam & auctoritatem Vicario suo in terris commisisse, ut se quoque absente nihil Ecclesie suae deesset, quod ad foelicem eius gubernationem, tam in spiritualibus quam in temporalibus, pertinere uideretur? Hanc igitur potestatem Christus Petro mandauit, quando eidem Ecclesie suae administrationem committens, dixit, *Pasce oues meas.* Quo loco & uniuersas oues, & curam uniuersam, quae ad profectum tam animarum quam corporum pertinet, id est, administrationem omnem, tam in spiritualibus quam in temporalibus, per quam & saluti animarum, & publicae hominum tranquillitati & paci consulitur: & quicquid a deo Christus ipse potuit, Petro, tanquam Vicario suo, mandasse intelligitur. Pascere siquidem oues, est credentes, ne deficient, confortare: terrena subsidia, quoties necesse est, subditis administrare: exempla uirtutum praebere, aduersarijs obistere, peccantes corrigere, &c. *Octaua conclusio.* Quemadmodum Ecclesia duas potestates a Christo accepit, alteram spiritualem, alteram temporalem: Ita & duplicem gladium habet, alterum quidem Spiritualem, ad puniendum spiritualiter: alterum uero Materialem, ad puniendum corporaliter. Quorum eisi par sit ius & potestas, tamen diuersum est exercitium. Siquidem Spiritualem habet secundum usum & meram executionem: Materialem uero, secundum nutum & imperium. Quod Bernardus, ad Eugenium scribens, his uerbis confirmat. Quid tu (inquit) denuo usurpare gladium tentas, quem semel iussus es reponere in uaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi uidetur attendere uerbum Domini, dicentis. *Conuerte gladium tuum in uaginam. Tuus ergo, & euaginandus ad tuum nutum; alioqui si nullo modo ad te pertineret et is, dicentibus Apostolis: Ecce gladij duo hic, non respondisset Dominus: Satis est, sed nimis est. Vterque ergo est Ecclesiae & Spirituales & Materialis: Sed is quidem pro Ecclesia, ille uero ab Ecclesia exercendus: Ille Sacerdotis, is militis manu. Sed sane ad nutum Sacerdotis, & iussum Imperatoris.* Nutum Sacerdotis intelligimus, signum illud uoluntatis, quo Sacerdos per praedicationem uerbi Dei, per exhortationem aut etiam per iusionem quandam demonstrat, uindictam de sceleratis hominibus esse sumendam. Hanc sublequitur iussum Principis saecularis, imperantis militi, ut quod Sacerdos admonuit, id ipse armata manu exequatur. In exercitio igitur temporalis gladij tria concurrunt: Nutus Sacer-

c. pro humani, de homicid. lib. 6.

Pa: or. in c. Venerabilem de elect.

Ioan. ult.

Pascere oues quid est?

Duplex gladius Ro. Pontificis.

Gladius Materialis est quidem Papae, sed non ab eo exercendus.

Ioan. 18.

Matth. 26.

Luc. 22.

Quid nutus Sacerdotis est?

Aluarus lib. 2. de planct. Eccl. ar. 59. uers. quid aut sit hoc gladium.

Christus
regnū ter-
renum res-
cusauit.

10411. 19.

Exempla
gladij in sa-
cerdotibus
& prophe-
tis.

Exod. 2.

Psal. 93.

Exod. 32.

Num. 25.

1. Reg. 15.
3. Reg. 18. &
19.

4. Reg. 1.

1. Machab. 2.

Ast. 5.

Ast. 13.

Cur Chris-
tus gladio
uti non uo-
luit.

Matth. ult.

Cur Apo-
stoli à gla-
dij usu ab-
stinuerunt.

Ast. 6.

2. Thess. 3.

dotis, tanquam primum mouens, sed remotum: Iussio & Imperium Principis, tanquam proximum mouens: Et exequutio ministri.

Nona conclusio. Etsi Christus in terris uiuens, regnum terre-
num temporaliter administrare noluerit, ipso id testante & dicente.

Regnum meum non est de hoc mundo. Item. Nunc autem regnum
meum non est hinc. Non dicit: Regnum meum non est hic. Hic est
enim regnum eius, usq; in finem sæculi: Sed tamen non est hinc, quia
peregrinatur in mūdo, ut inquit Augustinus. Sic etiā ab exercitio lu-

diciariæ potestatis abstinere se ostendens, dixit. Quis me constituit
iudicem aut diuisorem super uos: non quod iudicandi potestatem non
haberet, sed quia propter diuina descenderat, terrena declinare uo-
luit, ut inquit Ambrosius. Tamen nihil prohibet, quin Vicarius

Christi in terris, exigente necessitate, etiā regiam potestatem exercere
possit. Quod & in ueteri Testamento sacerdotes fecisse legimus, qui
& ipsi necessitate suadente, materiali gladio usi sunt. Sic Moyses
Ægyptium interfecit, qui tamen sacerdos fuit. Iuxta illud Psalmi.

Moyses & Aaron in sacerdotibus eius. Idem mandauit Leuitis, ut
interficerēt fratres suos Idolatras. Sic Phynees, filius Eleazari sacer-
dotis, & ipse sacerdos, accepto pugione, scortum perforauit, & Iu-
dæum coeuntem cum Madianitide. Propter quod meruit pactum

sacerdotij sempiterni. Sic & Samuel, minister Dei, Agag regē pin-
guissimum in frustra concidit. Et Helias Prophetarum eximius, pro-
phetas Baal, & duos quinquagenarios Ochozię occidit. Sic & Ma-
tathias, filius Ioannis sacerdotis Domini, Zelator legis, Iudeū super

Aram sacrificantem interfecit. Sic Petrus Ananiam & Zaphiram
trucidauit. Paulus Elimam Magum, uis domini resistentē, æterna
seueritate damnauit. Nec uero Christus ab usu gladij tēporalis ideo
abstinuit, quod eius potestatem non habuerit. Quomodo enim gla-

dij potestatem non habuit, cui data est omnis potestas in celo & in
terra: Sed ut exemplo suo doceret, ut qui spiritualibus intenti esse de-
bent, eos sæcularibus negocijs minime implicari debere. Sic & Apo-
stoli à multis rebus abstinerunt, quorum tamen plenam potesta-

tem habuisse dinoscuntur: partim quia potioribus intenti, indignum
esse iudicarunt, ut circa minutiora uersarentur: partim quia potestate
sua ita uti noluerunt, ne quod impedimentum darent Euangelio
Christi, sed omnia ad ædificationem fierent. Ideo indignum esse pu-
tabant, ut uerbū Dei relinquerent, & mensis ministrarent. Et Apo-

stolus Paulus. Denunciamus (inquit) uobis fratres in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre, inquiete
ambulante, & non secundum traditionem, quam acceperunt à no-
bis. Ipsi enim scitis, quomodo uos oporteat imitari nos, quia non

sumus inquieti inter uos, nec panem ab aliquo gratis manducamus:
Sed in labore & fatigatione die ac nocte laborātes, ne quem uestro-
rum

rum grauaremus. Non quia non habuerimus potestatem: sed ut nosmetipsos formam daremus uobis, qua nos imitaremur &c. Et idem Apostolus. Nescitis (inquit) quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt edunt. Et. Qui altario deseruiunt, cum altario participant: Sic & Dominus ordinauit ijs, qui Euangelium annunciant, de Euangelio uiuere. Ego autem nullo horum usus sum &c. Quibus utiq; locis Apostolus demonstrat, non ex altario se uiuere, sed manibus uictum quærere: non quod potestatem non habeat, sed ne quod impedimentum det Euangelio Christi. Et ad hunc modum idem Apostolus scribit. Nemo militans Deo, implicat se negocijs sæcularibus. Non quod Pontifices & Sacerdotes, maxime uero Romanus Pontifex, de temporalibus iudicandi potestatem non habeat: sed quia indignum est, ut de minimis iudicet, cui maxima iudicandi potestas data est. Quod idem Apostolus, ad Corinthios scribens, his uerbis significat. An nescitis (inquit) quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt: Et si in uobis iudicabitur mundus: indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus: quanto magis sæcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in Ecclesia, illos constituite ad iudicandum. Quem locum Apostoli exponens Bernardus, ita ad Eugenium scribit. Itaq; secundum Apostolum, inquit, indigne tibi usurpas tu Apostolice, officium uile graduum contemptibilem. Vnde & dicebat Episcopus, Episcopum instruens: Nemo militans Deo, implicet se negocijs sæcularibus. Ego autem parco tibi: non enim fortia loquor, sed possibilis. Putas ne hæc tempora sustinerent, si hominibus litigantibus pro terrena hæreditate, & flagitantibus abs te iudicium, uoce Domini responderes. O homines, quis me constituit iudicem super uos? in quale tu iudicium mox uenires. Quid dicit homo rusticanus & imperitus, ignorans primatum suum, inhonorans summam & præexcellens sedem, detrahens Apostolicæ dignitatis: Et tamen non monstrabunt puto, qui hoc dicerent, ubi aliquando quispiam Apostolorum iudex sederit hominum, ac diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse denique lego Apostolos iudicandos: sed iudicantes non lego. Erit illud: non fuit ita, **†** ne imminutor est dignitatis seruus, si non uult esse maior domino suo: aut discipulus, si non uult esse maior eo, qui se misit: aut filius, si non transgreditur terminos, quos posuerunt patres sui. Quis me constituit iudicem, ait Dominus & Magister: & erit iniuria seruo discipuloq; nisi iudicet uniuersos? Mihi tamē non uidetur bonus existimator rerum, qui indignum putat Apostolis seu Apostolicis uiris, non iudicare de talibus: quibus datum est iudicium in maiora. Quid ni contemnant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in cœlestibus & angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas uestra, quoniam

propter

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

Non est dignum, de Temporalibus iudicare Rom. Pontificem.

1. Cor. 6.

Bernard. lib. 2. de consyd. ad Eugenium.

2. Tim. 2.

Spiritalia potius, quam sæcularia, debet curare & iudicare Rom. Pontifex.

Luc. 12.

† Nec.

Prouerb. 22.

Luc. 12.

Ad quid accepit clauas Petrus.

propter illa, & non propter has, accepistis clauēs Regni cœlorum:
Luc. 5. Præuaricatores utiq; exclusuri, non possessores. Vt sciatis, ait, quia fi-
 lius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, &c. Que-
 nam tibi maior uideatur & dignitas & potestas dimittēdi peccata, an
 prædīa diuidēdi: Sed non est comparatio, habent hæc infima & ter-
 rena iudices suos, Reges & Principes terræ. Quid fines alienos inua-
 ditis: quid falcem uestrā in alienam messem extenditis: non quia in-
 digni uos, sed quia indignum uobis talibus insistere, quippe potiori-
 bus occupatis. Deniq; nisi necessitas exigit: audi quid censeat, non
 ego, sed Apostolus. Si enim iudicabitur in uobis mundus, huic in-
 digni estis, qui de minimis iudicetis. Sed aliud est incidenter excur-
 rere in ista, causa quidem urgente: aliud ultro incūbere istis tanquam
 magnis, dignisq; tali taliūq; intentione rebus. Decima conclusio.
 Et si utraq; potestas ab uno principio descendat, nempe Deo, & ab
 eodem in Ecclesiā deriuata sit: tamen ita inter se ordinatæ sunt, ut alte-
 ra dependeat ab altera. Oportet enim gladiū esse sub gladio, & tem-
 poralem authoritatē spirituali subijci potestati. Nam cū dicat Apo-
 stolus. Non est potestas nisi à Deo: quæ autem à Deo sunt, ordinata
 sunt. Quomodo ordinatæ esse possent, nisi gladius esset sub gladio,
 & tanq; inferior rediret per aliud in suprema: Spirituales autem
 tanto & dignitate & nobilitate tēporalem præcellit, quāto spiritualia
 tēporalia antecellunt. Sicigitur utraq; potestas à Deo est. Spiritua-
 lis quidem immediate & principaliter, ut quæ immediate à Christo
 in Ecclesiā collata est: Temporalis uero mediate, quia per Ecclesiam
 in Imperatorem transfertur. Quo fit, ut hodie legitimus Imperator
 esse non possit, nisi qui à Romano Pontifice tanquā Ecclesię præside
 & Vicario Christi, approbatus fuerit & confirmatus: A quo & in-
 ungitur, consecratur, & coronatur. Ad Ecclesiam enim pertinet, ele-
 ctum Imperatorē examinare: & eundem, si iustus & Catholicus fue-
 rit, approbare. Sin uero infidelis uel hæreticus, uel Ecclesię rebellis
 fuerit, reprobare. Vndecima conclusio. Imperium Romanū, etsi
 iustissimis legibus fundatum, & latissime propagatum fuerit: tamen
 ex eo tempore, quo conditum fuit, usq; ad Constantinū Magnum
 Imperatorem (qui inter Romanos Principes primus ad Christi
 fidem conuersus est) Tyrannicum fuit: non à sanctorum, sed à ma-
 lignantium Ecclesia propagatum: & à Deo, non quidem iubente,
 sed permittente, ordinatū. Duodecima conclusio. Imperio in Ec-
 clesiam per Christū trās lato, simul & Romanę Monarchiæ qualitas
 & conditio mutata est. Nam quod antea in Gentilibus Tyrannicum
 fuit, tum demū in Constantino, alijsq; Christianis Principibus suc-
 cessoribus eius, legitimū esse cepit: Quippe ab Ecclesia malignantiū,
 in Ecclesiā sanctorū translātū. Quo fit, ut longe diuersissimo iure Im-
 perium Romanū tenuerint Principes, qui Constantinū præcesserūt: &
 qui

1. Cor. 6.
 Breuis res-
 solutio hu-
 ius Nonæ
 conclusio-
 nis.

Tempora-
 lis potestas
 subest spiri-
 tuali.

In aut. quomo-
 do oper. Epif.
 in princip. 96.
 dist. c. quis
 dubitet. & c.

Duo sunt.
 Spiritualis
 potestas
 immediate,

Tempora-
 lis mediate
 à Deo est.

Cle. Roman.
 de iureiur. &
 Cle. Pastoralis
 de re iud. c. ad
 apostolicæ. de
 re iud. lib. 6.

Panor. in c.
 Venerabilem.
 de elect. Bald.

in L. Cunctos
 populos im. 1.
 C. de Sum. tri.
 & fid. Cath.

Sub Chri-
 stianis legi-
 tima est

Ro. Impe-
 rij potestas
 sub Genū-
 libus Tyrā-
 nica fuit.

qui
 nem
 &
 Ro
 tum
 cuer
 reg
 & p
 Oct
 stule
 rium
 ipsu
 nar
 per
 cipe
 tris
 beat
 non
 occu
 Dor
 cien
 & A
 stan
 mul
 Apo
 app
 fuit,
 uerit
 quoc
 batu
 Mar
 mor
 mitte
 Reg
 decr
 Mis
 illius
 tieba
 Reg
 pro
 runt
 & P
 sus C

qui eidem in administratione Imperij successerunt. Nā si quis originem Romani Imperij spectet, facile comperiet, uiolentam eam fuisse & Tyrannicam. Nam etsi Romulus & Remus primū urbem ipsam Romam condiderunt, & regnum instituerunt: Quod eis iure gentium permissum fuisse uidetur. Tamen hoc ipso Tyrannidem exercuerunt, quod Romulus occiso fratre, per uiolentiam aliorū quoque regna inuasit, ac terminos Imperij Romani, occupatis alienis regnis & possessionibus, dilatauit. Vnde, etsi populus Romanus in Octauium Cæsarem Augustum, omnem potestatem Imperij transtulerit: tamen quemadmodum populus per Tyrannidem Imperium occupauit, sic non aliam quàm Tyrannicam potestatem in ipsum, ut Principem transferre potuit. At Christo iam nato, Monarchia Romana, quæ antea Tyrannica fuit, in ipsum Christum, & per Christū in Ecclesiam, ac per Ecclesiam in ipsos Romanos Principes legitimo iure translata est: Vt iam Imperium, quod in Idolatris antea Tyrannicum fuit, in Christianis legitimum & sit & habeatur. Regna siquidem Idolatrarū & Paganorum, Deum uerum non colentium, ad Ecclesiam (cuius tamen antea erant, licet per eos occupata) redierunt. Ad omnes enim impios & infideles illa uox Domini ualet: Auferetur à uobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iustitiam. Etsi autem Christo adhuc in carne nobiscū uersante, & Apostolis Ecclesiam Christi gubernantibus, Idolatrag usque ad Constantinum Magnum Romani Imperij gubernacula tenuerint, quin multis etiam modis Ecclesiam persequuti fuerint, idque Christo & Apostolis non solum permittentibus, sed eorum etiam potestatem approbantibus: Tamen nihilominus eorū Imperium Tyrannicum fuit, ut quod Christo permittente magis quàm iubente, administrauerint. Et utrunque sane tempus, & quod sub Apostolis habuit, & quod nunc habet Ecclesia, in Rege illo, qui Nabuchodonosor uocabatur, præfiguratum est. Temporibus siquidem Apostolorum & Martyrum, illud implebatur, quod figuratum est, quando Rex memoratus pius & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes mittebat in ignem: Nunc illud impletur, quod paulo post in eodem Rege figuratum est, cum conuersus ad adorandum Deum uerum, decreuit in regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, poenis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius Regis, significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur Christiani pro impijs. Posterius uero tempus eiusdem Regis, significabat tempora Regum fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Ac de infidelibus dicitur in Psalmo. Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ, & Principes conuenerunt in unum, aduersus Dominum & aduersus Christū eius. De fidelibus uero accipitur, quod in eodem Psalmo

ff. de orig. iur.
l. ex hoc iure
ff. de iust. et
iure.

L. si. ff. de reo-
rum diuis.
Octauius
Augustus.
Inst. de iure
nat. gen. et
cui. §. sed
quod princip.
c. de uet. iure.
Enucl. l. i. §.
cum eum. ff. de
orig. iur. l. 2. §.
igitur.

c. si de rebus.

23. q. 7.

Matth. 23.

Nabuchodonosor
præfigurauit
utrunque
Imperium.
Dan. 3.
Vide Aug.
epistola 48.

Psal. 2.

D dicitur.

Monar-
chia Ro.
Imperij.

Luc. 2.

ff. ad leg.
Rhod. de iact.
l. deprecatio.

ff. de diuers.
& temp. pre-
scrip. l. cum
heres. ff. l. 2.
C. de fruct. &
lit. expens.

Ioan. 22.
L. cunctos po-
pulos. C. de
sum. tri. et fid.
Cath. in extra-
uag. ad repri-
medum. Quo-
modo in cri.
les. ma. pced.
c. cum non li-
ceat. de pre-
scrip. ubi Pan.
Panor. in d. c.
cum non liceat
de prescript.
prepos.
Alexandrinus
in Tit. de pace
iura fir. in
princip.
Bar. in l. hostes
ff. de capt. &
post. Reuers.
Bald. in c. scut
de iure iurau.
Iason in l. cun-
ctos populos
C. de sum. tri.
& fid. Cath.

dicitur. Et nunc Reges intelligite: Erudimini, qui iudicatis terram: Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Decima-
tertia conclusio. Etsi Imperium Romanum primum sub Regibus, deinde sub Consulibus, ac postremo sub Idolatris Imperatoribus latissimè propagatum fuerit, ut Augusti temporibus uniuersus orbis Ro. Imperio subiectus fuerit, ut Lucas Euangelista testatur: & Antoninus Imperator suis quoque temporibus non dubitauerit, Domi-
num se mundi appellare. Ego quidem, inquit, mundi Dominus, lex autem maris. Tamen non fuit, quod tunc obtinuerunt, legitimum, sed Tyrannicum potius Imperium: utpote ab his, qui de Ecclesia malignantium fuerunt, occupatum. Vnde nec Reges, nec Consules, nec Imperatores eius temporis legitimi orbis Domini, sed uolenti potius inuasores & occupatores, fuerunt. Siue enim eorum ante-
cessores spectemus, siue successores: filij hominum fuerunt, neque à Sem, neque ab Isaac, stirpe uidelicet legitimorum Regum, sed à Cham & Ismael, linea Tyrannorum, descenderunt: Vnde & successores uitiorum & culpæ, Tyranni non legitimi Domini orbis uel Imperij fuerunt. Decimaquarta conclusio. Quemadmodum Christus totius orbis Rex & Dominus, Imperium & totius mundi domi-
nium ab iniustis possessoribus uendicauit, & in Ecclesiam suam tran-
stulit: Ita qui autoritate Ecclesiæ ad Imperialis dignitatis culmen euehantur, simul etiam orbis dominium acquirunt, omniumque gen-
tium, regnorum & populorum monarchæ, tam diuino quàm hu-
mano iure constituuntur: Diuino, quia quod Ecclesiæ autoritate fit, diuina iussione fieri intelligitur, iuxta uerbum Christi, Pasce oues meas: Humano, quia & humanæ leges Romanos Imperatores to-
tius orbis dominos esse pronunciant. Decimaquinta conclusio. Etsi Romano Imperio subditi, contra ipsius obedientiam præscri-
bere non possint: tamen nihil prohibet, quin iura Imperij uel priui-
legio Principis acquirere, uel temporis diuturnitate præscribere possint, ita, ut à Iurisdictione Imperij exempti, plenitudine potesta-
tis, quam Imperator in uniuerso Imperio habet, ipsi in suis regnis utantur. Quo casu non obedientia abiecta, sed libertas potius data uel præscripta esse censetur. Atque ad hunc modum Venetorum dominium, à Iurisdictione Romani Imperij, priuilegio Principis exemptum esse fertur. Quod priuilegium Alber. de Ros. uidisse se testatur: Vt alibi tradit Iason. Quanquam sunt, qui Venetos ipso etiam iure à Romano Imperio exemptos esse contendunt: Hac ratione moti, quod ciuitas Venetiarum non in solo, sed in mari ædifi-
cata, iure gentium eorum sit, qui eam ædificauerunt. At Galliarum & Hispaniarum, & quidam alij Reges, ab Imperio exempti sunt, non quidem ipso iure, uel priuilegio aliquo principali, sed tanti tem-
poris, cuius initij non est memoria hominum, præscriptione. Quo-
sane

fane tempore, cum Imperator nullum in eos Imperium aut Iurisdictionem exercuerit, uidetur usui Iurisdictionis, quam in ipsos habuit, renunciaſſe, & ueluti per obliuionem amiſiſſe, & libertatem & exemptionem eis ab Imperio per tacitum conſenſum permiſiſſe. Nec tamen qui ad hunc modum libertatem & exemptionem contra Imperium præſcribunt, acephali eſſe dicentur. Nam etſi ab Imperij Iurisdictione exempti ſint, tamen obedientiam Eccleſiæ etiam in temporalibus minime abſcere poſſunt. Decima ſexta concluſio, Etſi Romanum Imperium certis ſemper limitibus concluſum fuerit, nec unquam tam late proceſſerit, quin quædam regna, nationes, & populi, ab ipſius poteſtate & Iurisdictione fuerint exempta: Tamen nihilominus & ipſum totius orbis Monarchia, & Romani Imperatores, tam Idolatræ quàm Chriſtiani, eiſdem monarchæ & domini: Illi quidem iniuſti & Tyranni, hi j uero legitimi fuerunt, & appellari potuerunt. Etſi enim quidam populi aliorum regum Imperio ſubiecti ſint, nihilominus ius uniuerſalitatis totius orbis apud Imperatorem remanet, ut ipſe Dominus uniuerſalis orbis appellatur, etiamſi certa quædam regna particulares dominos habeant. Propter quod & totum orbem à poſſeſſore uendicare poteſt: Quem admodum gregem uendicare poteſt, cuius eſt grex, etiamſi quædam capita ipſius eſſe negentur. Decima ſeptima concluſio, Etſi Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quædam etiam ciuitates Imperiales, uel ex priuilegio Principum Romanorum, uel tanti temporis præſcriptione, cuius initij memoria hominum non exiſtit, in ditionibus ſuis etiam ea, quæ ad poteſtatē Romani Imperatoris pertinent, pleno iure exercere poſſunt, ut qui locum Imperatoris in terris ſuis tenent. Tamen nihilominus Iurisdictioni & obedientiæ Romani Imperij, & Principum Romanorum, ſubiecti ſunt: Non ſolum ut Vaſalli, qui regalia ſua in feudum ab Imperio tenent, ſed etiam ut ſubditi, qui iure ſubiectiōnis & parendi neceſſitate, uelint nolint, Romanorum Imperatorum obedientiæ obnoxij aſtringuntur.

Quemadmodum enim membra in corpore naturali à capite dependent, à quo influxum uirtutum naturalium recipiunt, tum inter ſe alia alijs & dignitate & operationibus antecellunt: ita & in Republica, qui præeſt & dominatur, uice capitis fungitur. Subditi uero inſtar membrorum habent, quorum alij alijs & dignitate & officijs ſunt præcellentiores. Sed omnes tamen, quantalibet dignitate præfulgeant, quicquid honoris & muneris obtinent, totum hoc à capite, à quo omnes dignitates & officia in Rempublicam deriuantur, recipiunt. Ad quem ſane modum Imperij quoque honores & munera ab Imperatore, tanquam à capite, in officiales Imperij, tanquam membra, diſtribuuntur: ſiquidem fons eſt Imperator, à quo Magiſtratus tanquam riuuli descendunt.

Vnde Imperio Romano, à populo

L. de precatio
ff. ad leg.
Rhod. de iact.
d. l. cum ſtos po
pulos. C. de
ſum tri. & ſid.
Cath.

Bar. in extra
uag. ad repri
mendum in
uerbo totius.

L. i. in ſi. & l.
2. & 3. ff. de rei
uend.

Vaſalli
Ro. Imp.

Ioan. And. in
add. ſpec. in tit.
de iuſt. ed. J.
porro. Alex. de
imol. in conſ. 1.
Quinti uolu.

Paul. de caſtr.
in conſ. 34. in
ſecunda parte.

c. ſingula. 89.
diſt.

D ij pulc

L. 1. ff. de cōst. princip.

Bar. in l. 1. ma- perium in 3. col. ff. de iur. vtd. om. iud.

Gl. in c. quid translationem, de off. leg.

Bald. in l. res scripta. C. de precib. imp. off.

Ias. in l. quea- cūq. ff. de off. eius, cui man- data est iurisd.

Bar. in l. om- nes populi. ff. de iust. & iur.

& in l. 1. in princip. ff. quod cuiusq. uni. no.

pulo Romano in Imperatorem translato, Imperator uniuersale quidem Imperium obtinet. Verum, cum uniuersa Imperij negocia & causas ipse unus & solus per se expedire non possit, Magistratus constituit, & inter hos gradus quosdam fecit, ut alij alijs sint dignitate & officio præstantiores, quos in partem curarum & sollicitudinum uocans, maioribus quidem maiores, inferioribus uero inferiores causas expediendas committit: quasdam etiam in signum summæ potestatis sibi expediendas reseruauit. Porro maiores Magistratus olim erant Senatores, Consules, Patricij, Dictatores, Præfecti prætorio, Præfecti urbis, Præsides, Proconsules, Prætores, Quæstores: Quorum alij Superillustres, alij Illustres, alij Spectabiles, alij Clarissimi appellabantur. Et his causæ maiores, quales sunt meri & mixti imperij, demandabantur. Infimi autem Magistratus erant municipales, quibus causæ ciuiles committebantur. Ac maioribus quidem Magistratibus hodie succedunt Reges, Cardinales, Patriarchæ, qui æquiparantur Præfectis prætorio, & uocantur Illustres. Similiter Duces, Marchiones, Comites, & Episcopi: qui Spectabilium locum obtinent, qui & ijdem Illustres appellari possunt, aut similes Illustribus. Sic Abbates, & reliqui, qui merum & mixtum imperium ab Imperio habent, loco Clarissimorum sunt.

Nihilominus tamen Imperatori, tanquam præcellenti, non solum ut Vasalli, sed etiam ut missi & subditi, iure subiectionis & ea fidelitate obnoxij sunt: à qua, nisi uolente & consentiente Imperatore, nulla ratione absolui possunt. Hñ igitur omnes, quantalibet in Imperio potestate & Iurisdictione præditi sint, tamen Romano Imperatori, tanquam membra capiti, subiecti sunt. Propter quod &

1. Pet. 2:

Præsides, & à Rege tanquam præcellenti missi ab Apostolo dicuntur: Qui Regalia dignitatesq; & officia sua ab Imperio in feudum tenent. Hæc habui, quæ de potestate & Iurisdictione Romani Imperij, quantum quidem ad institutum nostrum pertinet, dicere uolui: quæ ideo in breues has conclusiones contraxi, ut quæ ab alijs prolixè & confusè referuntur (quæ res plerunq; magnam

obscuritatem parere solet) ea commoda à me breuitate, & certo expeditoq; ordine, explicarentur.

De obedientia

De obedientia subditorum Ro. Imperij,
 & in quibus rebus consistat,
 Caput VII.



Is ad hunc modum de Ditione Ro. Imperij & subditis eius breuiter explicatis, superest, ut de obedientia subditorum Romani Imperij, et in quibus rebus consistat, dicamus. Ad obedientiam igitur Romani Imperij astringuntur omnes Reges, nationes, & populi: Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quicumque eidem feudi subiectionis, uel quocumque alio iure obligati sunt. Rursus uero ab eadem obedientia eximuntur, quicumque libertatem, uel ex priuilegio Principis acceperunt, uel diuturnitate temporis præscripserunt. Porro obedientia Romanis Imperatoribus à subditis tum demum recte præstatur, cum & eorum legibus & mandatis obtemperant: Et debitum eis honorem uenerationemque exhibent, & iudicialibus eorum sententijs & præceptis parent. Etenim in his tribus obedientia Romani Imperij consistit. Primum igitur leges Romanæ ab omnibus Ro. Imperij subditis obseruari debent, ut Imperatores, Valentinianus & Martianus, constituerunt. Leges (inquiunt) sacratissimæ, quæ constringunt hominum uitas, intelligi ab omnibus debent, ut uniuersi præscripto earum manifestius cognito, uel inhibita declinent: uel permissa sectentur. Legem Iureconsulti diffiniunt regulam esse, iustorum & iniustorum: & eorum, quæ natura ciuilia sunt. Est enim præceptrix faciendorum, prohibitoria autem non faciendorum. Etsi autem Imperator ipse uia lex in terris sit, unde & penes ipsum unum, legum condendarum potestas est: Tamen certius est legis, quam Principis oraculum. Nam Principes quantumlibet sancti, tamen homines sunt, perturbationibus obnoxij: quibus affecti, non raro iniusta etiam decernunt. Lex autem mens est sine appetitu: Vnde qui legem præesse iubet, uidetur Deum iubere præesse & leges. Qui autem iubet hominem solum præesse, quantumlibet prudentem, adiungit & bestiam. Libido quippe talis est, atque ita obliquos agit, etiam uiros optimos, qui sunt in potestate. Qua saneratione Theodosius & Valentinianus, etsi Romani Principes, & legum conditores, uocem maiestate regnantis dignam esse dicunt, legibus alligatum se Principem profiteri: & maius imperio esse fatentur submittere legibus principatum. Eiusdem fere uirtutis est mandatum Principis. Nam & ipsum legi æquiparatur, nec alio ab lege & constitutione differt, quam species a genere. Mandatum siquidem sub lege continetur, quod lege uniuersaliter sancitur, id particulariter mandato præcipitur: Immo, si uniuersale sit, ipsum quoque pro lege habetur.

Ad obediendum astricti Ro. imp.

Exempti.

Obedientia in tribus consistit.

L. leges sacratissimæ. C. de legibus.

Quid lex. L. 1. ff. de legibus et senatus consult.

Arist lib. 3. Poly.

c. 7. et c. 12.

Lex certior est, quia sine affectibus præest.

L. digna uox C. de legibus.

Mandatum & lex quomodo differunt.

Gl. in Ru. c. de mand. princip.

D in Siquidem

L. leges ut generales & l. fi. C. de legib. l. ff. de const. princip. Siquidem legem ex eo metimur, quod à Principe uniuersaliter constituitur: siue ad proceres missa oratione condatur: siue per modum mandati & edicti promulgetur: siue spontaneo motu Principis ædatur: siue relatio uel lis mota, eius occasionem postulauerit.

In Aut. de mand. princip. in princip. Est autem mandatū Principis, ut Accursius diffinit, constitutio quædam, continēs præcepta de laudabiliter prouincia gubernanda. Legibus igitur & mandatis Principum parent, qui quod his ipsis sancitur atq; præcipitur, fideliter exequentur. Deinde iudicia sunt. Romani Imperij in hoc constituta sunt, ut quæ à legibus iuste præcipiuntur, ea per Iudices iustos executioni demandentur. Parum est enim ius, in Republica esse, nisi sint, qui iura reddere possint.

L. 2. §. post originem. ff. de orig. iuris. Iudiciorum quædam ab Imperatore, quædam à Magistratibus ab eo creatis exercētur. Illa Imperialia appellantur: Hęc uero uel à Magistratibus ipsis, uel à prouincijs, territorijs & ciuitatibus, quibus præsumt, nomina sortiuntur. Rursus Imperialium iudiciorum quædam pro Tribunali Cæsaris, & ex ipsius persona & nomine redduntur. Quædam ab ipso Principe alijs tanquam delegatis, uel ad certas causas, uel ad uniuersitatem causarum, exercenda demandantur. Et eorum, quæ ex persona & nomine Cæsaris exercentur, quædam in omnes uniuersi Imperij subditos, & in uniuersis causis, tam civilibus quam criminalibus, redduntur. Cuiusmodi sunt, quæ in curia Cæsaris æduntur. Quædam in uniuersos quidem Imperij subditos dantur, sed ad certa tamen causarum genera restringuntur. Quale est iudicium Imperialis Camerae. Quod in omnes quidem Romani Imperij subditos competit, sed à cuius Iurisdictione primum causæ criminales exemptæ sunt: exceptis his, quæ sunt fractæ pacis. Deinde in civilibus causis. In prima quidem instantia personæ, & causæ Principum Imperij. In secunda uero Principes Electores, quibus ex constitutione Caroli Imperatoris, huius nominis Quartæ (quam auream Bullam uocant) concessum est, ne à sententijs, quas uel ipsi, uel eorum iudices tulerint, ad Tribunal Cæsareum appellari possit. Quo iure Dux Saxoniz, & Marchio Brandenburgensis utuntur. Qui uero circa Rhenum sunt Archiepiscopi, & Imperij Archicancellarij, & Comes Palatinus, etsi eodem Iure, quo cæteri muniti, tamen appellationem his, qui se grauatos eorum sententijs conqueruntur, permittunt. Postremo reuerentia quoq; & honor, Ro. Principi exhibendus est: Quod & scriptura præcipit. Estote (inquit Petrus Apostolus) subiecti omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, tanquam præcellenti: siue Ducibus ab eo missis. Et paulo post. Regem honorificate. Cæterum in deferendo honore Regibus, mores gentium populorumq; spectandos esse arbitror. Nam ut in cæteris, ita in hac re quælibet prouincia suo sensu abundat. Quibusdam in more fuit, Reges suos flexis genibus adorare.

fare: Quod de Æthiopibus tradunt. Alij statuam Regis sui adorant, Alij Regem quidem suum adorauerunt, sed non nisi purpura indutum: Quod a Romanis obseruatum esse legimus. Illud quoq; de Æthiopibus satis miratu dignum narratur. Quod illorum Regibus amici, præter adorationis honorem, illum quoq; cultum exhibuerunt. Vt si quando aliqua corporis parte Rex ex quauis causa debilitaretur: domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent. Turpe enim existimabant, Rege claudos, non etiam omnes amicos claudos esse. Et quidem absurdum uidebatur, cum ueræ sit amicitia, ex rebus aduersis amicorum dolere, lætari secundis, non & corporis quoq; doloris participes esse. Quin illud quoq; consuetudinis esse ferunt, amicos ultro in Regis morte uita defungi: existimantes eum interitum gloriosum, ueræq; amicitia testem. Simile aliquid de Erulorum moribus (qui populus fuit olim super Histrum flumen habitans) tradit Procopius. Nam Erulo uirō uel ob senium, uel aduersam ualitudinem ex humanis exemplo, pro eorū more necesse erat, ut uel uxor ipsa, quæ uirtutis existimationem aliquam fuisset ad id tempus adepta, uel sibi gloriam in posterum relinquere uellet, laqueo apud uiri sepulchrum non longe post uitam finiret. Et uero, quæ non ita se gessisset, relinquebatur de cætero ignominia nota, odijq; in uiri propinquos conuincebatur.

Sed redeamus iam ad Principes. Præcipuus honor, qui olim Romanis Principibus exhibebatur, erat adoratio, ut paulo ante dixi. Ea nihil aliud fuit, quàm salutatio Principis, quam & salutationem sæpe Romani etiam leges appellant. Quanquam non desint, qui scribant à Diocletiano adorandi Principis morem introductum fuisse, cum ante eum cuncti salutarerentur. Ego siue adoratio illa, siue salutatio appelletur, omnino religiosum quendam cultum fuisse censeo, quem Veteres Principibus, uelut terrestribus quibusdam numinibus, ac omnem potestatem à Deo habentibus, tribuerunt. Nec uero alijs adorandi Romanis Principibus purpuram facultas erat, quàm quibus hoc ex beneficio Principis concedebatur. Quales fuerunt Cornicularij Præfectorū prætorio, Veterani milites, Apparitores Præfecti urbis, domestici protectores Principis, Prunicerius Fabricensium, militantes in sacris scrinijs, honorati uehiculis, & legum Doctores. Quibus omnibus non solum Secretarium Principis ingrediendi, salutandiq; Principem ius erat: sed quietem simul, omniumq; personalium munerum uacationem eodem ipso beneficio consequerentur. Tandem eò res processit, ut salutatio Principibus non tam honori, quàm maximo oneri, ob nimiam salutantium assiduitatem, fuerit. Propter quod Adrianum ferunt, neminem salutantium, nisi ob rem necessariam, recepisse: Auctor Dion Casius in Adriano.

Iam & ritus salutandi uariis fuit.

D iij Maximine

Diod. sic. lib.
4. de fab.
antig. gest.
Philostr. lib. 2.
de uita Apoll.
L. 11. C. de Fab.
bricensib.

Mos Erulorum in morte Regis sui.
Procop. lib. 2.
de bello Goth.

Qualis fuit adoratio Principum Ro.
Glo. in l. pe.
C. de consulib.
Eutropius lib.
notio rerum Romanarum.

Adorare Purpuram Imp.
Gl. in l. 1. C. de uetera. Milita.

Salutatio Imp.

Ritus salu-
tandi ua-
rius, in
duobus
Maximinis

Honor iu-
xia con-
suetudinē
temporis
Principi
deferendus.

Mos ho-
diernus
Principum
erga Impe-
ratorem.
Insignia
Electōrū.

Aurea
Bulla Ca-
roli III.

Fidelitas
Iureiuran-
do prestan-
da Impera-

e. unico. Quā-
liter iurare
deb. Vasalli.

Vasallorū
Iuramentū.

De noua for-
fid. e. unico in
usib. feud.

Maximino iuniori Romano Principi uitio uertebatur, quòd in sa-
lutationibus manum porrigeret, & genua osculari sibi pateretur,
nonnunquam etiam pedes. Contra uero seniori Maximino laudi
dabatur, quod huiusmodi pedum oscula recusaret. Nam ad pedes
eius aduolui uolentibus, dixisse fertur. *Dij prohibeant, ut quisquam
ingenuorum pedibus meis osculum figat: Auctor Iulius Capitolinus*
in duobus Maximinis. Quod igitur tantopere à Veteribus ob-
seruatum est, ut in deferendo honore Principi, mores & consuetu-
dinem cuiusq; temporis spectandam esse censerent: Idem hodie
quoq; custodiri debet, ut eum honorem Romanorum Imperatori
exhibeamus, quem uel lex præcipit, uel Imperij consuetudo appro-
bat. Veluti, ut adituri Principem, in genua procumbamus, aut etiam
pedibus eius aduoluamur: quod quidem ad omnes pertinet. Simi-
liter, ut Electores, aliq; Principes, in deferendo Romanorum Im-
peratori honore, cum morem custodiant, qui à ueteribus inductus,
& ad hæc usq; tempora custoditus est. Veluti, quòd Cæsari cu-
riam celebranti, omnes Principes in Comitatu assunt, & uel sa-
crorum causa ad templum, uel propter publicas Imperij consultatio-
nes, ad Procerum cœtum proficiscentem, quisq; suo ordine comi-
tantur. Quod itē Electores Principes uel præeuntes, uel sequentes,
quisq; proprium officij sui Insigne, ut Comes Palatinus orbis figu-
ram, quam pomum uocāt, Gladium Dux Saxoniz, Marchio Bran-
denburgensis Sceptrum Imperiale: & in quibusdam Conuentibus
& actibus, tres Archiepiscopi, Imperij Archicancellarij, quisq; in sua
prouincia, Imperij Sigillum collo appensum gestāt. Sic & certi qui-
dam ritus sunt, quibus Electores Principes Cæsari ad mensam mini-
strant: Quæ omnia, quibus modis quoq; ordine peragenda sint, in
constitutione Caroli III (quam auream Bullam uocant) ordine
describuntur. Illud quoq; ad reuerentiam & honorem Romani
Imperatoris pertinet, ut fidelitas ei à subditis Imperij præstetur. Fa-
duplex est: Vna, qua Romano Imperatori subditi sunt. Altera, qua-
tenus Vasalli obligantur. Quæ & capita quædam communia ha-
bent, quæ ab utrisq; iurantur, quanquam diuersa iuramentorum for-
ma expressa, Subditi ei, sub cuius Iurisdictione sunt nominatim, ui-
tam, membrum, mentem, & eius rectum honorē, custodire iurant.
Vasalli uero sub hac fere uel simili forma dominis suis fidelitatem
iurant. Ego Titius iuro, quòd ab hac hora in antea, usq; ad ultimum
diem uitæ meæ, ero tibi. N. domino meo fidelis, contra omnem ho-
minem, excepto Imperatore uel Rege: Id est, nunquam scienter ero
in consilio uel auxilio uel in facto, quod tu amittas uitam, uel mem-
brum aliquod: uel quod tu recipias in persona aliquam læsionem,
uel iniuriam, uel contumeliam: uel quòd tu amittas aliquem hono-
rem, quem nūc habes, uel in antea habebis. Et si sciuerō uel audiuero
de

de aliquo, quod uelit aliquod istorum cōtra te facere, pro posse meo, ut non fiat, impedimētum præstabo: Et si impedimentum præstare nequiuero, quā cito potero tibi nunciabo, & contra eum, prout potero, auxilium meum tibi præstabo. Et si cōtigerit te rem aliquam, quam habes uel habebis, iniuste uel fortuito casu amittere: eam recuperare iuuabo, et recuperatam omni tempore retinere, et si sciuerō te uelle iuste aliquem offendere. Et inde ego generaliter uel specialiter fuero requisitus, meum tibi, sicut potero, præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaueris, illud sine tua licētia nemini pandam, uel per quod pandatur, faciam. Et si consilium à me super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium, quod mihi uidebitur magis expedire tibi. Et nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam uel tuorum iniuriam uel contumeliam. Sane hæc iuramenti forma multa habet capita, quæ his uerbis continentur. Incolume, tutum, honestum, utile, possibile.

Declaratio particulari huius iuramenti.
De forma fidelitatis. c. unico in usib. feud. Incolume.

Tutum. Siquidem incolume ualet, ne Vasallus iurans sit in damno Domino de corpore suo. Et hoc est quod iurant, se nunquam consilio, uel auxilio, uel facto interfuturum, quo dominus amittat uitam, uel membrum aliquod: uel quod in persona læsionem aliquam, iniuriam, uel contumeliam recipiat.

Honestum. Tutum, significat, ne Vasallus iurans domini secreta reuelet: aut munitiones suas, quo minus tutus esse possit, prodat. Et illud est, quod Vasallus iurat, secretum, quod ei manifestauerit dominus, sine licentia domini se nemini reuelaturum.

Utile. Honestum, ualet, ne Vasallus tale aliquid faciat, quo honorem aliaue amittat, quæ ad honestatem eius pertinere uidentur. Et hoc est, quod in præfata forma Vasallus iurat, se nihil tale facturum, quo dominus honorem aliquem amittat.

Facile. Utile, designat idem, quod in prædicta forma exprimitur, ut Vasallus iuret, si dominus rem aliquam iniuste, uel fortuito casu amiserit, se ut eandem recuperet, auxilio futurum.

Iuramentū subditorū. Facile idem significat, quod in prædicta forma Vasallus iurat, se impedimenta quoque, quæ domino, quo minus hæc omnia consequatur, obstare possunt, remoturum: aut ut remoueantur hæc ipsa, domino renunciaturum. Sane in his capitibus ea quoque continentur, quæ subditi dominis suis, sub quorum Iurisdictione sunt, iurant. Nam quid aliud est uita, membrum, mens, & rectus honor, quā quod in iuramento Vasalli, incolume, tutum & honestum? Tantum enim hæc ualent, ac si subditus iuret, non se consilio, auxilio, uel facto interfuturum, quo dominus amittat, uel uitam, uel membrum, uel honorem: nec arcanum aliquod in perniciem domini reuelaturum.

Iacobinus de S. Georgio in tract. de homagijs, Col. 72 uers. 8. homo et subditus.

Cæterum, inter subditum & Vasallum Imperij ea differentia est, Quod Vasallus regulariter dominio feudum suum domino renunciare: subditus uero ab obedientia domini eo inuito, se minime eximere potest. Iam igitur quicumque

Romano

Romano Imperio subiecti sunt, siue Vasalli siue subditi, ea fidelitate astringuntur Romanorū Imperatori, ut ipsius tum incolumitatem & securitatem, tum honorem etiam conseruare, & arcana custodire. Et in his, quæ ad utilitatem Imperij pertinent, consilio & auxilio iuuare: Quæ uero Imperio noxia esse cognouerint, impedire te- neantur.

*Obedientiam Romanis Imperatoribus, alijsq; po-
testatibus, tam iustis quàm iniustis, exhi-
bendam esse, Caput VIII.*



Am uero quæ de obedientia Romanis Imperato-
ribus præstanda dicta sunt, non solum in bonis, sed
etiam in malis Principibus & Potestatibus locum
habent. Etenim de utrisq; dictum est, Omnis pote-
stas à Deo est: & qui potestati resistit, Dei ordina-
tioni resistit. Nam & mali Principes à Deo per-
mittuntur, ut per eos peccata populorum puniantur, ut supra de-
monstratum est: Sed nec minus illis, quàm bonis & iustis, ex præ-
cepto diuino obediendum est. Sic in ueteri Testamento, tametsi
mala & Tyrannica fuit potestas Nabuchodonosoris, Cyri, & alio-
rum Idolatrarum: Tamen nihilominus Deus non solum monar-
chas eos esse permisit, atq; etiam præcepit, ut debita eis à subditis
obedientia præstaretur. Nam & Christos eos & seruos suos appellat,

Obedien-
tia sub Ido-
latris Re-
gibus in
uet. test.

Dan. 3.

Esa. 45.

Hiere. 28.

Seruire est
obedire.

Gen. 25.

Gen. 27.

Obediētia
in nouo test.

Matth. 22.

1. Pet. 2.

Rom. 13.

In hoc uidelicet ordinatos, ut iniquitas populorum per eos compe-
scatur. Simul atq; præcipit, ut omnes gentes eis seruiant, quod utiq;
Seruire est obedientiam eis præstandam esse significat. Seruire siquidem,
iuxta loquendi morem scripturæ, obedire est. In quo sensu accipien-
dum est illud, quod Dominus ad Rebeccam dicit, Duæ gentes sunt
in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur. Populusq;
populum superabit, & maior seruiet minori. Item illud Isaac ad Ia-
cob filium: Seruiant tibi populi, & adorent te tribus. Similiter
in nouo Testamento, Christus & Apostoli & uerbo & exemplo
docuerunt, Regibus tam iustis, quàm iniustis: tam Idolatris quàm
Catholicis, esse obediendum. De utrisq; enim, tam Idolatris, qui tum
fuerunt: quàm Christianis, qui post futuri erant, accipiendum est
illud, quod Dominus dicit, Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris: &
Deo, quæ sunt Dei. Et illud Apostoli Petri. Subiecti estote omni hu-
manæ creaturæ propter Deum: siue Regi, tanquam præcellenti: siue
Ducibus, tanquam ab eo missis, ad uindictam malefactorum, lau-
dem uero honorū. Et post pauca: Regem honorificate. Similiter
illud Apostoli Pauli. Omnis anima potestatibus sublimioribus sub-
dita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Et post aliqua, Vis non ti-
mere

mere potestatem: bonum fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim
 minister est, tibi in bonum. Si enim malefeceris, time: non enim
 sine causa portat gladium. Dei enim minister est, uindex in iram,
 ei qui male agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non solum propter
 iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis:
 ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Reddite ergo om-
 nibus debita: cui tributum, tributum: cui uectigal, uectigal: cui ti-
 morem, timorem: cui honorem, honorem. Et hæc quidem uerbo
 Christus & Apostoli docuerunt. Illa uero ad exempla pertinent,
 quibus & ipsis obedientiam & honorem Romanis Principibus
 non solum Christianis, sed etiam Idolatris, præstandum esse do-
 cemur. Ac primum quidem Christus, didrachmam Cæsari pro se &
 discipulis solui iussit: non quod ipse aut discipuli subditi essent Cæ-
 sari, sed ut hoc exemplo ostenderet, tributum eò magis soluendum
 esse Cæsari à subditis, cum idem ipse & discipuli soluerent, necessitati
 tributi soluendi minime obnoxij: Quod uerba Domini plane de-
 monstrant. Sic enim ad Petrum loquitur. Quid tibi uidetur Si-
 mon? Regesterræ à quibus tributum accipiunt uel censum: à fi-
 lijs suis, an ab alienis? Cuncq; Petrus respondisset, Ab alienis. Dixit
 illi Dominus. Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus
 eos, uade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus
 ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies staterem: illum sumens,
 da eis pro me & te. Sic Apostolus Paulus, ut obedientiam suam
 erga Cæsarem testaretur, accusatus à Iudæis coram Festo Præsidente,
 ac rationem reddens eorum, quæ in eum afferebantur. Neq; in
 templum (inquit) neq; in Cæsarem quicquam peccaui. Cuncq; Fe-
 stus in gratiam Iudæorum Paulo dixisset, Vis Hierosolymam ascen-
 dere, & ibi de his iudicari apud me? Respondit Paulus. Ad tribunal
 Cæsaris sto, ibi me oportet iudicari: Iudæis non nocui, sicut tu me-
 lius nosti. Si enim nocui, aut dignum aliquod morte feci: non re-
 cuso mori. Si uero nihil est eorum, quæ illi accusant me: nemo po-
 test me illis donare. Cæsarem appello. Quam Apostoli appellatio-
 nem angelus quoq; Domini eidem nocte assistens, approbauit.
 Ne timeas (inquit) Paule, Cæsari oportet te assistere. Cæterum,
 quod de obedientia Imperatoribus Romanorum etiam malis præ-
 standi, dictum est: Idem etiam in cæteris potestatibus inferioribus
 locum sibi uendicat, ut & ipsis, etiamsi iniquis, obediendum sit. Ac
 prima quidem & quotidiana potestas, à qua cæterarum quoq; gra-
 dus conijcere licet, est domini in seruum: at serui dominis suis obe-
 dire tenentur. Iuxta quod Paulus præcipit. Obedite, inquit, dominis
 uestris secundum carnem, cum timore & tremore, & in simplicitate
 cordis: non ad oculum seruietes, quasi hominibus placentes, sed
 quasi serui Christi facientes bonam uoluntatem Dei, ex animo cum
 bona

Exemplū
Christi.c. magnum 13a
q. 1.

Matth. 17.

Exemplū
Pauli.

Act. 25.

Act. 27.

August. 388

Psal. 124.

Coloss. 3.

bona uoluntate. Hic serui dominis suis obedire iubentur, non bonis tantum, sed etiam malis. Neque enim qui dominos nominat, malos
 2. Pet. 2. excludit, quos expresse etiam nominat Petrus Apostolus. Serui
 (inquit) subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. Idem quoque Christi exemplo confirmatur, qui omnium Dominus multa in passione mala à seruis iniquis sustinuit. Nisi enim iniqui fuissent, Dominum suum honorassent, non contumelijs affecissent. Si igitur Dominus cœli & terræ, per quem facta sunt omnia, seruiuit indignis, immo pro sæuiantibus & furentibus etiam rogauit. Ait enim: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Quanto magis non debet dedignari homo ex toto animo, & ex tota uoluntate bona, cum tota dilectione seruire domino etiam malo? Quod autem de domino & seruo dictum est, hoc de omnibus etiam Potestatibus & Regibus, & de omnibus culminibus sæculi intelligendum est. Aliquando enim Potestates bonæ sunt, & timent Deum: Aliquando non timent Deum. Et utrisque obediendum est: Sed in his tamen quæ sunt licita, nec diuino uerbo contraria. In his enim, quæ Dei mandatis repugnant, oportet Deo magis obedire, quam hominibus.

Act. 5. **Milites Iuliani Imp. Apostata.** Iulianus nonne infidelis Imperator fuit? nonne Apostata fuit iniquus & Idolatra? Milites Christiani seruiuerunt Imperatori infidelis: ubi ueniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum qui in cœlo erat. Quando uolebat, ut Idola colerent, ut thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, Producite aciem, Ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum à domino temporali: & tamen subditi erant propter Dominum æternum, etiam domino temporali. Neque uero blandiantur sibi Potestates, Reges, & domini iniqui, quod in bonos eis potestas à Deo permittitur: non enim sic erit semper. Quoniam non derelinquet Dominus uirgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatē manus suas, ut inquit Psalmus. Sentitur ad tempus uirga peccatorum super sortem iustorum: sed non ibi relinquitur, non erit in æternum. Veniet tempus, quando unus agnoscat Deus: ueniet tempus, quando unus Christus in claritate sua apparens, congregabit ante se omnes gentes, & diuidet eos, sicut diuidit pastor hædos ab ouibus: oues ponet ad dexteram, hædos ad sinistram: & uidebis ibi multos seruos inter oues, & multos dominos inter hædos. Et rursus, multos dominos inter oues, & multos seruos inter hædos.

De his,

De his, qui Romano Imperio rebelles
sunt, Caput IX.

Is itaq; de Ditione Romani Imperij, & obedientia subditorum & Vasallorum eius, breuiter examinatis atq; discussis: Consequens est, ut ad alteram iam rebellionis speciem ueniamus, quam eorum esse diximus, qui Romano Imperio debitam obedientiam subtrahunt: cuius & ipsius multa genera consideranda sunt. Primum eorum, qui Principis auctoritatem diminuunt, dum uel Monarcham ipsi orbis esse negant, uel de auctoritate eius aliquid derogant, uel ipsi sibi Imperialem potestatem arrogant. In quo genere rebelles sunt, quidam nostri temporis seditiosi. Qui famosis aduersus Imperatorem editis libellis, plenam illum in Imperio potestatem habere negant: Tum que illi propria est, eam sibi in Ditionibus suis uendicant, & quam in Imperatore certis limitibus, ita contractam esse dicunt, ut nihil illi permissum sit soli, uel tractare, uel constituere, uel decernere, quod non Procerum Imperij consensu prius confirmatum fuerit, atq; roboratum: eam se liberam, & nullis terminis coartatam habere contendunt. Ac merito quidem rebelles & infideles Imperio uocabimus istos, ut qui quod Imperatoris proprium est, id Maiestati eius illi adimunt, & sibi attribuunt: & qui subditi sunt, domini sui non solum potestatem, sed etiam nomen usurpant. Talem quidem in Imperio Imperatorem fingentes, qualem olim Galli Regem sibi constituebant. Solebant enim Franci antiqua Regum stirpe Reges habere, sed qui nihil clarum in se præter inane Regis uocabulum habebant. Nam & opes & potentia Regni penes palatij Præfectos, qui maiores domus appellabantur, & ad quos summa Imperij pertinebat, tenebantur: nec aliud quicquam Regi permittebatur, quàm ut Regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, in solio resideret, ac speciem dominandi effingeret. Legatos undecumq; uenientes audiret, eisq; abeuntibus responsa, quæ doctus erat aut iussus, ex sua uelut potestate redderet: cum præter inutile Regis nomen, & precarium uitæ stipendium, quod ei Præfectus Aulæ pro ut uidebatur, exhibebat, nihil aliud possideret.

Actalem quidem nostri etiam seditiosi Imperatorem & esse & habere cupiunt, nempe truncum, & mutam potius Principis Imaginem, quàm Principem, auctoritate aliqua fungentem. Non me fugit, multa esse, de quibus Imperator in Imperio sine consensu Procerum nihil tractare, statuere, aut decernere potest: maxime quæ eiusmodi sunt, ut formam aliquam generalem constitutionis exposcant. Siquidem ita longa consuetudine ac pactis introductum est, ut ea ipsa primum ab uniuersis Imperij Ordinibus tractentur, & quod

Rebelles
Ro. Imp
perio.Famosi li
belli cōtra
potestatem
Imp.Regum
Franciæ
olim imp
minuta po
testas.Seditiosi
derogant
potestati
Imp. Ro.

E maiori

L. humanum
C. de legibus.

Plenitudinis potestatis quæ sunt.

Bald. in l. rea
scripta. C. de
precib. Imper.
offer.

Regalia
nō plenam
continent
potestati.

Rebelles
sunt, qui
leges non
uolunt aut
abrogant.

L. 2. §. exactis
ff. de orig. iur.
Lex Agraria
seditiosa
fuit.

Calumniæ
in leges &
Canones.

maiori parti Procerum placuerit, id deinde Imperiali authoritate confirmetur. Quod & ueteribus, Imperio necdum in Germanos translato, in usu fuit, ut Theodosij & Valentiniani constitutione comprobatur: ac ueteres quidem, quæ a hunc modum constituebantur, pragmaticas sanctiones: nostri ordinationes Imperij appellant. At rursus negari non potest, multa præterea esse, quorum omnis tractatus & dispositio non ad ordines Imperij, sed ad solum Imperatorem pertinet, Cuiusmodi sunt, quæ plenitudini potestatis eius reseruata esse dicuntur. Nam comitatum, remeatumque Exulibus dat solus Imperator. Rem iudicatam solus rescindit sine appellatione: causas Iudicibus delegat, appellatione remota: ordinem Iudiciorum peruertit, ius aliorum tollit: de propria causa cognoscit: defectus contractuum supplet atque resarcit. Tabelliones & Comites Palatinos creat: spurios natalibus restituit: minoribus ueniam ætatis concedit, Emancipationem infantis permittit: iuri communi derogat, aliisque multa solus agit Imperator de plenitudine potestatis suæ. Cuius qui participes esse uolunt, non uideo, quomodo non auctoritatem eius diminuunt, & subditi domino suo rebellent? Iam & Imperialem potestatem quomodo sumere sibi possunt, Imperij subditi & Vasalli? Qui tamen si Regalia ab Imperio teneant, & quedam etiam quæ supremæ potestatis sunt, exerceant: tamen ea non proprio, sed uicario quodam iure obtinent, quibus & submoueri, si quis non legitime utantur, Imperatoris Decreto & Auctoritate possunt. Simili modo Imperio rebelles sunt, qui publicas Imperij leges & constitutiones, uel temere transgrediuntur, uel propria auctoritate nouare aut abrogare conantur. Est enim hoc uelut proprium omni rebellionem, ut per eam uel exolegant leges, ut sine legibus uiuatur. Quod exactis Regibus Romæ accidit, ex quo ipse uiginti prope annis pop. Romanus incerto magis iure et consuetudine aliqua uti, quam lata lege cœpit, ut Pomponius Iureconsultus scribit: uel noue ferantur. Quemadmodum lex Agraria à Tiberio non solum per rebellionem lata fuit, sed etiam quatuor cruentas seditiones peperit: Quarum primam ipse excitauit, alteram C. Gracchus, illius quem dixi Tiberij frater: Tertiam Apuleius Saturninus, Quartam Lilius Drusus: nec aliam sanè ob causam, quam quòd legem Agrariam à Tiberio Graccho latam defenderent. Et nostris quoque temporibus uidemus, quam perfidiose rebelles quidam leges, tam Canonicas quam Ciuiles, calumniantur. Quarum alias quidem impias & iniustas, alias per adulationes Episcoporum à Principibus extortas, alias fictis titulis sub nomine Imperatorum, alicubi legum codicibus insertas esse mentiuntur, ut alias à nobis enarratum est. Alterum genus rebellium Ro. Imperij eorum est, qui iudicia Romani Imperij, uel in alios ordines transferre, uel in totum abolere conantur tum

Iudicia

Iudices etiam ipsos uarijs calumniarum generibus persequuntur. Cuiusmodi olim fuit C. Gracchi rebellio, qui lege lata iudicia à Senatoribus ad Equites transtulit: Et Equites, uelut Principes, super Senatores extulit. Senatores uero quasi noxios illis subdidit: sed quæ res nec ipsa diu durauit. Posterioribus enim temporibus iudicandi munus, quod Gracchus ereptum Senatui ad Equites, Sylla ab illis ad Senatum transtulerat, Cotta equaliter inter utrunq; ordinem partitus est. Quanta uero à rebellibus nostri temporis, tū iudiciorum, tum iudicum, Imperij commutatio facta sit, res ipsa demonstrat, quæ ob omnium iam oculos uersatur, supremo illo Imperialis Camere iudicio suspenso. Et ex his etiam facile cognosci potest, quæ alias à nobis de uarijs calumnijs in iudicem & assessores eiusdem iudicij concinnatis, ac de iniusta etiam iudicis & assessorum exauthoratione à nobis relata sunt. Sed quæ omnia tam miserrimæ antea seruituti obnoxia, suppressa seditiosorum audacia, ab Inuictissimo Imperatore Carolo, huius nominis Quinto, uelut postliminio, in pristinum statum restituta sunt. In tertio genere rebellionis numerantur, qui non in ea, qua Romanorum Imperatori astricti sunt fide & obedientia, permanent: Id est, quorum consilio, auxilio, & dolo malo fit, ut Imperator uitam uel membrum aliquod amittat: uel ut personæ ipsius damnus aliquod, iniuria, uel contumelia inferatur: uel ut ipsius honor & existimatio lædatur: uel qui hæc ipsa eidem non renunciauerit, aut quo minus perpetrarentur, impediuerit. Similiter, qui arcana sibi à Principe concredita, non diligenter custodiuerit. Deniq; qui quæ utilia esse puta uerit, ut quæ ad fidem, honorē, & debita Principis obsequia pertinet, ea prætermiserit: ea uero, quæ non utilia, id est, quæ uitæ incolumitati, securitati, honori, potentiaue Principis aduersantur, ea admiserit. Atq; hæc sane, quæ de tribus illis generibus rebellionum & infidelium diximus, Henricus Imperator, huius nominis Septimus, Constitutione illa, quam de rebellibus sanciuit, breuibus his uerbis expressit. Tenore (inquit) præsentium decernimus & pronunciamus, quòd illi omnes & singuli sunt rebelles & infideles nostri Imperij, qui quomodocūq; publice uel occulte cōtra nostrum honorem & fidelitatem rebellionis opera faciunt, & nostri Imperij prosperitatē aliquid machinantur, contra nos seu Officiales nostros in his, quæ ad cōmissum eis officium pertinent, rebellando. Nam quod in hac Cōstitutione declaratur, eos rebelles & infideles Imperij esse, qui contra honorem & fidelitatem Principis opera rebellionis faciunt: idem est, quod nos enumeratis trium generū rebellibus, eos rebelles Imperio esse diffiniuimus, qui autoritatē Principis diminuunt, Romani Imperij leges, iudicia, & Iudices contemnunt, abijciunt, atq; perfide persequuntur: nec in ea, qua Romanorū Imperatori astricti sunt, fide permanent, sed ipsius tum uitæ & incolumitati,

Appianus de
bell. ciuilib.
Ro. li. 1.
Velleius P^{da}
terculus l. 2.
Ro. historia.

Attentat^o
tiones res
bellium
contra Iu
dicium Ca
meræ Imp.

Tertium
genus res
bellium.

Cōstitutio
Henrici
VII. de res
bellibus.

mitati, tum honori & existimationi insidiantur &c. ac Imperij Imperatorisq; prosperitati, consilio, auxilio, & facto aduersantur: siquidem hec qui perpetrāt, recte rebellionis opera contra honorē & fidelitatem Principis facere, & contra prosperitatem Imperij machinari intelliguntur. Porro non solum priuati, sed etiam Duces, Comites, prouinciæ, ciuitates, & communitates, & quicunq; alij Imperij subditi & Vasalli, rebelles esse possunt: neq; enim à reatu huius criminis eximunt, genus, dignitas, potentia uel diuitiæ. Siquidem par est in hoc genere omnium conditio, ut qui rebellionis opera perpetrant, cuiuscunq; conditionis sint, rebelles esse dicantur: non tantum singulares, sed etiam multorum hominum coniuncte communitates & societates, id quod uerba quoq; constitutionis Imperialis præ se ferunt. Quod enim Omnes et Singuli dicitur, nemo excluditur: quin potius omnes Imperij subditi & Vasalli, cuiuscunq; conditionis sunt, accipiuntur. Deinde uerbum Omnes, ciuitates & communitates: Singuli uero, singulas personas designat. Hac igitur ratione, Fridericus & Conradus fratres, Duces Sueuig, Lothario: Gualfagus, Dux Mediolanensis, & Henricus Dux Saxonix, Friderico Primo: Rudolphus, Dux Alemanix & Burgundix, & Bertholdus Dux Corinthiorum, id est, de Ieringen, & Guelpho, Dux Bauariæ, Henrico Quarto: Eberhardus, Comes de Vuirtenberg, Henrico Septimo, Mediolanum, & aliæ Longobardorum ciuitates, eidem Friderico Primo, & Friderico secundo: Guelpho, Bauariæ Dux, Henrici Superbi frater, Conrado Imperatori. Padua, Bononia, Florentia, Cremona, Parma, & aliæ quædam ciuitates Italiæ, Henrico Septimo: Ulma Germaniæ ciuitas, Lothario: Moguntia Henrico Quinto, & omnes Saxonix Principes, Henrico Quarto. Et nostris temporibus Ioannes Fridericus, Dux Saxonix, & Philippus Landgrauius Hasiæ, cum multis alijs Principibus, Comitibus, Baronibus, & Imperij ciuitatibus, Carolo Imperatori, huius nominis Quinto, rebellarunt. Sed nec ulla sanguinis necessitudo, à crimine rebellionis excusationem præstat. Nam & filius patri, frater fratri Imperatori rebellis fuisse inuenitur. Quomodo Ludouico Pio filij eius, à quibus & captus fuit. Et eidem Ludouico Bernardus Rex Italiæ, eius ex fratre nepos. Similiter Lintholdus filijs, & Henricus frater Ottoni Magno: Henricus patruo suo, Ottoni Secundo, & alij alijs sibi sanguine iunctis Imperatoribus rebelles fuerunt.

A crimine rebellionis non excusant opes aut dignitates.

Omnes & Singuli.

vide Nacl. uolu. 2. generatione 36. 38. et 44.

Nacl. uolu. 2. generatio. 38.

De rebellionē,

De rebellione, quæ aduersus inferiores Potestates,
sacerdotio & Imperio subiectas, com-
mittitur, Cap. X.



Equitur iam, ut de tertia specie rebellions dicamus, quam eorum esse diximus, qui inferioribus Potestatibus, sacerdotio & Imperio subiectis, debitam obedientiam non præbent; Cuius & ipsius tria genera sunt. Primum eorum, qui Magistratus, quorum Imperio subiecti sunt, administratione submouent, eorumue officia usurpant, statuta & ordinationes abrogant, aut per contemptum transgrediuntur. Alterum eorum, qui iudicia eorum legitima uel commutant, uel prorsus abolent, uel contumaces refugiunt: quicquid iudices, eorumque sententias aspernantur, contemnunt atque reiiciunt, & eosdem contumelijs ac conuictijs proscindunt. Tertium eorum, qui in fide dominorum suorum non permanent, nec debitum eis honorem reddunt: sed ea facere curant, quibus eorum uel uita uel fama lædatur, uel prosperitati officiat, uel quæ honesta & utilia sunt, quæque expediunt, remoueantur: quæ turpia & inutilia ingerantur. Sed audiamus iam de rebellibus huius tertie speciei, pauca quædam exempla: non externa quidem illa, quorum multa sane in hoc genere in Italicis, Gallicis, Anglicis, & quarundam aliarum nationum historijs reperiuntur. Sed nostratia, & quædam etiam non ita procul à memoria nostra remota: ut uel ipsa experientia docente intelligamus, non minus hos ipsos, quam superiores illos Ro. Ecclesiæ & Imperio rebelles, dominorum suorum obedientiam detrectare. Ac primum quidem atrocissima fuit rebellio, quam sacerdotes & Clerus Henrico Quarto Ro. Imperij gubernacula tenente, aduersus Archiepiscopum Moguntinum concitarunt, Anno salutis 1074. Quippe mandanti Episcopo, ut concubinas suas, quas contra Apostolica præcepta uxoribus loco habebant, dimitterent, & cælibem uitam ducerent: non solum non paruerunt, sed etiam in id conspirarunt, ut si quid durius eo nomine in eos pronuntiaret Episcopus, eum Episcopali sede deturbarent, & occiderent. Sed nec minus atrociter sæpe etiam Laici aduersos dominos suos rebellarunt. Cuius rei innumera prope exempla referre possem: sed satis fuerit, pauca aliqua & eadem insigniora commemorare, ut his ipsis cognitis, facilius quæ ad idem genus pertinent, ex historijs cognosci possint. Primum igitur notissima sunt, quæ in Annalibus nostris de rebellionibus ciuitatum quarundam Imperij leguntur. Cuiusmodi est, quam Nurenbergæ plebs aduersus Senatum concitauit, Anno 1359. In qua collegia artificum, uulgo dicta Zunft, extincta fuerint. Et alia, quam

Triâ rursus genera rebellium, 95. dist. c. Presbyteros. 7. q. 1. Quid. 93. dist. 9. quia & c. seq. 2. q. 7. Sacerdotes.

Rebellio presbyterorum contra Episcopum Moguntinum sub Henrico III. Imp.

Rebellio Laicorum,

Seditiones in ciuitatibus Imp.

I

II

E iij

quam

- quam ciues, & præcipue piscatores, aduersus Senatum Constantien-
 sis ciuitatis, cum Suitensibus se coniungere & confœderare uolen-
 tem, mouerunt, Anno 1511. Et alia item, quæ propter nimiam
 pecuniarum exactiõnem, Spiræ aduersus Senatum commota fuit,
 Anno 1512. Et alia à ciuibus Colonienfibus, ex eadem ferè causa
 aduersus Senatum excitata, Anno 1513. Heluetiorum item aduer-
 sus Archiduces Austriæ, circa Annum 1356. & post. Sed &
 multis sæpe Principibus in eodem genere subditi rebellarunt, ac talis
 quidem fuit rebellio rusticorum, aduersus Vdalricum Ducem Vwr-
 tenbergensem, propter diminutum pondus librę concitata, Anno
 1513. Quam pauperem Conradum uocarunt. Eiusdem generis
 est, sed aliquanto crudelior & truculentior rebellio, de qua rustici
 quidam Diocesis Spirensis in agro Pruchsellano, aduersus Episco-
 pum Spirensẽ & Canonicos, concitanda conspirarunt, quam ipsi
 Buntschuch uulgariter appellarunt: cuius authores fuerunt duo
 rustici, qui per callidas persuasiones paulatim in eandem coniuratio-
 nem plurimos alios pertraxerunt. Atq; huius coniurationis ar-
 cana, Quatuordecim articulis complexi sunt. Quos Nicolaus Bafel-
 lius in additione ad Chronographiam Io. Naucleri, hoc fere ordine
 refert. Primus, Vt aucti numero, iugum omne seruitutis abijce-
 rent, & omnimodam sibi libertatem more Heluetiorum armis uen-
 dicarent. Secundus, Vt quisquis in hanc scotulariam ligam assump-
 tus fuisset, singulis diebus quinq; Dominicam orationem, cum
 Angelica salutatione, in memoriam quinq; uulnerum Christi prin-
 cipalium, flexis genibus oraret, pro obtinenda uictoria. Tertius,
 Symbolum sibi constituerunt Deiparam Virginem Mariam, & Di-
 uum Ioannem Euangelistam, Signum uero mutux inter se cognicio-
 nis erat, dum aliquis ex coniuratione interrogatus fuisset, alteri in-
 terroganti respondere potuisset, in hunc modum. Was ist nun sife
 ein wesens? Respondit interrogatus, si fuit de coniuratis. Wir mē-
 gen vor den psaffen nit genesen. Quartus, Conabantur omnem
 Principatum & Dominium extinguere, atq; cõtra omnes turmatim
 cum uexillo in bellum procedere, omnesq; sibi resistentes miserabili-
 tate trucidare. Quintus, Vt primũ oppidum Bruchsal inuaderent,
 quod & facile futurum sperabant: quia dimidiam uirorum in eodem
 oppido partem sibi coniuratam habere gloriabantur. Quo facile (ut
 præsumebant) obtento, ulterius contra Marchionatum Badensem,
 armati procederent. Sextus, Constituerunt inter se bona Mona-
 steriorum, Ecclesiarũ, & Clericorũ, in circuitu direpta, diuidere: atq;
 ministros Ecclesię humiliare, ac quantum possent, eorundem nume-
 rum imminuere. Septimus, Vt ad sufficientẽ numerũ congregati,
 amplius 24. horis in uno loco haudquaquam moras traherent, sed ad
 ulteriora semper procederēt, donec omnia suę cõiurationi subijcerēt,
 Octauus,

Id est. Quid
 nunc rei est?
 Id est, á sacer-
 dotibus pre-
 nimur.

Octauus, Tantum sibi præstabant, ut dum semel conglobatim ad bellum procederent apertū, omnes sibi adherere ciues, & rusticos libertatis amore, etiam non compulsos inducerent. Nonus, Intendebant extinctis Monasterijs & Ecclesijs, atq; in nihilum Ecclesiastica libertate redacta, neq; decimas, neq; census dare uelle, neq; Monachis, neq; Clericis, neq; Principib; neq; nobilibus. Decimus, Cōiurarunt ad diem S. Georgij eiusdem anni conuenire, & armata manu (ut diximus) oppidum Bruchsal mane diluculo inuadere. Undecimus, Libertatē sibi armis uendicare inuicē coniurarūt omnimodam, nec deinceps alicuius pati Dominiū uelle, nec census dare, nec decimas, nec precarias Principibus, non uectigal, aut quippiam tale: sed ab omni tributorum genere, se liberos esse, & penitus exemptos. Duodecimus, Proposuerant uenationes, piscationes, pascua, nemora, & omnia, quæ Principum consueuerunt usibus deseruire priuatis, in cōmunitatem reuocare, ut cuiq; liceret uenari atq; piscari, quando, ubi, & quomodo uellet, sine cuiuscūq; prohibitione & impedimento. Tertius decimus, Decreuerūt manu ualida suorū procedere: Primo contra Marchionē Badensem, deinde contra Episcopum Spitemf. & demum contra Monachos & Clericos: & quicumq; contra dixisset, sine misericordia interficeretur, tanquam iustitiæ Dei contrarius, inobediens, & rebellis. Hæc autem in perniciem Reipub. contra Episcopos, Principes, religiosos, & Clerum omnem, excogitauerat rusticorum temeritas in Vnderngunpach, Golingn, & in oppido Bruchsal, alijsq; uillis & locis in circuitu. Quorū tamen præsumpta temeritas, à Deo fuit denudata, receperūtq; iustam suorum male gestorū pœnam, publicis expositi cruciatibus: quam quidem Maximilianus Romanorū Rex suis in literis propterea emanatis, eis inflixit. Hos articulos ideo hic inserere libuit, ut intelligamus, quæ rebelles alij aduersus dominos suos per inobedientiam, singuli quidem multa, sed singula tamen, & particulatim admiserunt: ea per conspiratores illos perpetrata fuisse uniuersa, ut iam in uno hoc exemplo huius generis rebellionis, singula inobedientiæ capita liquido perspicere possimus. Huic haud dissimilis fuit rebellio, quam rustici, quorundam hæreticorū & schismaticorū impijs persuasionibus instigati, concitarunt, Anno 1525. Nam & ipsi aduersus Principes et Dominos suos, in hoc conspirarunt, ut omne obedientiæ iugum excuterent, solius Cesaris Imperium se agnoscere simulantes: lura & leges abolerent, iudices exterminarent, propria tribunalia erigerent: bona Ecclesiarum & Monasteriorū diriperent, & sibi uendicarent, Monasteria autē ipsa diruerent. Sed nec decimas, nec census, nec uectigalia, nec tributa aliqua soluerēt. Quin nemora etiam, piscationes, uenationes, in priuatos Principū & nobilium usus deputata, omnibus cōmunia facerēt, ac dominos suos seditiosis istis conatibus resistentes,

Seditio rusticorum sub specie Euangelij, anno 1525



Damna in
hac sedi-
tione data.

stantes, occiderent. Hoc tamen supradictis rebellibus nocentiores: quia quod alij fraudibus eorum detectis preuenti non potuerint, isti quod deliberarunt, opere etiam ipso compleuerunt. Nam & mandatis dominorum suorum parere detrectarunt, iura & leges abrogarunt: iudices de Tribunalibus deiecerunt: bona Ecclesiarum & Monasteriorum depredantes, in usus suos conuerterunt, ac Monasteria ipsa deuastarunt, & incendio consumpserunt. Decimas, census, tributa, & alia seruitia dominis suis soluere & prestare recusarunt. Venationes, syluas, & flumina omnia, omnibus comunia fecerunt, ac sibi resistentes misere trucidarunt.

De crimine læsæ Maiestatis, Caput XI.

L. quoniam C.
ad leg. Iul. de
ui publ.



Rebellio-
nis diuersa
crimina.

L. ff. ad leg.
Iul. Maiest.
Aut. Gazaros
c. de heret.
L. non dubito
ff. de captiuis.
Et post li.
Cic. philipp. 3.
L. pe. et l. ff.
familia de iur.
risd. om. Iud.

Iust. in proe-
mio in prin-
cip.

Socci. cons. 22.
prime partis.

Bald. cons. 59.
prime partis.

Cic. de inuent.

L. quos nos ff.
de uerb. sig.

Cic. l. 2. offic.

Vemadmodum aliàs sæpe unum idemq; crimen, propter uarias ipsius qualitates & circumstantias, in uarias species scinditur, & ob id uaria etiam & diuersa nomina sortitur: Ita & uno nomine rebellionis multa facinora continentur, quæ & ipsa uarias habent appellationes. Cuiusmodi sunt: Crimen læsæ Maiestatis, crimen proditæ & oppugnatae patriæ, crimen desertionis, et ab Imperio ad hostes defectio, & si qua sunt similia. De quibus & ipsis, quantum quidem ad institutum nostrum attinet, dicendum est.

Primum igitur sciendum est, duplicem esse Maiestatem: Diuinam & Humanam: ac de Diuina quidem, quam omnium maxime lædunt hæretici, in libris, quos de hæreticis & schismaticis scripsimus, dictum est. Humana olim populi tantum Romani esse dicebatur, sicut auctoritas Senatus. Populus enim sciscere solebat & iubere, Senatus censere & author esse: sed & Magistratum quorundam Maiestas erat, ut Prætoris. In sequenti autem tempore, Imperio per legem Rheniam à populo in Principem delato, simul etiam Maiestas in Imperatorem translata est, quæ & ob id Imperatoria dicitur. Sunt autem duo crimina, quæ propter uiolatam Maiestatem contrahuntur: Alterum imminutæ, alterum læsæ Maiestatis appellatur, Maiestatem imminuunt, qui de dignitate, amplitudine, aut potestate Principis, aliquid derogant: aut qui aliquid de Repub. cum potestatem non habeant, administrant. Læsæ autem Maiestatis crimen est illud, quod aduersus Imperium Romanum, uel aduersus securitatem eius committitur. Idem crimen ueteres Perduellionem, & qui id admisissent, Perduelles, id est, hostes Imperij uocarunt. Quos enim nos hostes appellamus, ueteres Perduelles appellabāt: per eandem adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset. Et crimen ipsum Perduellionis est, cum quis hostili animo aduersus Rempub. uel Principem animatus fuit. Nec tamen crimen omne, quod læsæ Maiestatis dicitur,

dicitur,

dicatur, idem & Perduellionis est: Illud enim se habet ut genus, hoc uero ut species. Vnde non quisquis Maiestatis reus est, qui in ea conditione est, ut etiam post mortem condemnari possit: sed is tantum, qui Perduellionis reus est. Si quis enim ex alia causa Maiestatis reus sit, morte crimine liberatur. Porro crimine læsæ Maiestatis subditi tantum tenentur. Qui enim à Iurisdictione Imperij exempti sunt, in ea conditione non sunt, ut ledere Maiestatem eius possint, etiam si Imperij Vasalli sint. Nam Vasallus, non subditus, etiam si domino rebellis esse possit, tamen si subditus non sit, crimen læsæ Maiestatis committere non potest. Primum igitur crimen læsæ Maiestatis contrahunt, quorum opera, dolo, malo consilio, initum aut factum erit, ut armati homines aduersus Rempub. Imperij Romani aut Principis conueniant, aut ad seditionem conuocentur. Deinde qui Principem Consiliariosuè Principis, Senatores, uel quoslibet alios, qui Principi militant, aut Imperio uel potestate aliqua apud Principem funguntur, factionem aliquam scelestam quacūq; ratione inierint, aut in mortem ipsorum quicquam machinati fuerint, aut arma aduersus eos sumpserint, exercitum Principis deseruerint, aut ad hostes perfugerint, literas eis miserint, signum uè dederint. Similiter, cuius dolo malo, exercitus Imperij aut Principis Romani, in insidias deductus, hostibusuè proditus fuerit, aut armis, telis, equis, pecunia, alijsuè ad bellum necessarijs rebus destitutus, aut ipsi hostes adiuti fuerint. Item, quorum dolo malo, opera, factum fuerit, ut ex amicis hostes Imperij Romani fiant, aut subditi ab Imperio deficiant, aut nationes Imperio minus obtemperent. Item, quorum ope, consilio, dolo malo, prouincia uel ciuitas ab hostibus prodita fuerit. Eadem lege tenentur, qui iniussu Principis bellum gesserint, delectum uehabuerint, aut exercitum compacauerint. Item, qui damnatum uel confessum in iudicio reum, & propter hoc in uincula coniectum, emiserit. Idem si probationibus conuictus fuerit reus: nam qui tales emittunt, crimine læsæ Maiestatis tenentur. Si tamen eo animo id fecerint, ut Imperium publicum diminuunt, aut sibi uendicent. Nam id generaliter obtinet, ut qui non diminuendæ aut lædendæ Maiestatis causa, sed iuris fortasse privati persequendi gratia, Imperatori eiusuè officialibus repugnant, ab hoc crimine immunes sint. Qua ratione crimine læsæ Maiestatis minime obnoxij fuissent, filij & nepotes Ludouici Pij Imperatoris, qui nimiam libertatem, quam instigante uxore Iudith, in unum Carolum filium exclusis fratribus contulerat, etiam per uim oppugnarunt, si non eundem patrē suum omnem Imperialem dignitatē deponere coëgissent. Sic & qui Consiliarium Principis occidit, non eo animo, ut Principem aut Rempub. eius opera destituat, sed ut iniuriam sibi priuatim illatam ulciscatur: hac lege minime tenetur. Qui aut accusatum tantum,

L. si. ff. ad leg. iul. maiesta.

Card. Zabozzella cl. 2. G. rursus de re iud. Bald. in l. 2. C. de falsa mo. Bar. in extrauag. qui sint rebelles in uerb. rebellad.

ff. ad leg. iul. maiesta. l. 1. 2. 38
C. 4.

ff. de iniurijs l. cum qui G. cō aliquis ff. de edili. edict. l. quis sit fugiuius in prima cip. G. 1. ff. ad leg. iul. maiesta l. 3. in fi.

Andr. de Iser. in usib. feud. in tit. que sunt regal. in uerb. bona committentium crimē læsæ maiesta

non

L. lege lul. ff. de ui publ. l. de legis Iulia ff. de ui priuata. non etiam condemnatum, confessum aut conuictum emiseric, si id armis factum sit, lege Iulia de ui publica: si uero sine armis, de ui priuata tenetur. Quod tamen eo tantum casu locum habet, si qui emissus est auctoritate iudicis per eos, quibus id ex officio publico incumbit: aut quibus specialiter à iudice demandatum fuerit, iuste captus ac detentus fuerit. Ex officio & potestate publica capere possunt Irenarchæ, Stationarij milites, cohortales, defensores ciuitatum, & alij, ad quos cura tuendæ popularium quietis pertinet. Semper autem iuste captus præsumitur reus, nisi iniuste eum captum esse argumentis euidentibus probetur: quia in dubio pro his præsumendum est, quæ ab eo, qui publica potestate fungitur, aguntur. Ideoq; in dubio retinendi magis sunt ac custodiendi à iudicibus capti, quam emittendi: nec subditorum est, de sententia iudicis, iusta ne sit an iniusta, inquirere: Quin potius quod iusserit Magistratus, id fideliter debent executioni mandare. Alioqui enim à priuato et sine iudicis auctoritate captum eripiens, commendandus magis, quam arguendus est. Non enim in ferenda, sed in depellenda iniuria, lex uirtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam si potest, tam est in uitio, quam ille qui facit, ut M. Ciceronem sequutus, inquit Ambrosius. Immo & auctoritate iudicis, sed iniuste tamen captus & detentus, impune emittitur. Postremo, lege Maiestatis tenentur, qui priuati scientes dolo malo pro potestate Magistratuue quid gesserint, qui innuere potestatem Principis dicuntur. Item qui quid eorum quæ supra scripta sunt, facere curauerint. Reliqua quæ ad hoc crimen spectant: cuiusmodi sunt, quæ de iudicibus, de iudiciario ordine & processu: de pœnis item aduersus reos Maiestatis constituta sunt, infra libro quarto prosequemur.

Crimen læsæ

Crimen læsæ Maiestatis, an aduersus eos, qui Romanorum Imperatori subiecti sunt, committatur, Caput XII.



Vetus admodum quæstio est, An in eos, qui Principe sunt inferiores, crimen læsæ Maiestatis committatur: quam & grauissimis argumentis in utranque partem à Iureperitis disputatam & arbitratam esse, animaduerti. Sed ego uitatis ambagibus, communem opinionem sequar, quam optimis alibi rationibus confirmat Mariatus Socceinus. Ea nimirum, est crimine læsæ Maiestatis eos tantum teneri, qui hostili animo aduersus Rempublicam Imperij, uel Principem animati sunt: Non eos, qui eorundem autoritatē uel minuunt uel lædunt, qui Principe sunt inferiores, siue ipsius Imperium recognoscāt, siue non recognoscant. Ac primū quidem de recognoscentibus Imperium Principis, certū est, eos non habere Maiestatē, propter quam læsam huiusmodi crimen cōtrahi potest: à quo enim remouetur nomen Maiestatis, ab eodem remouetur & res ipsa et effectus. Ideoque nec contra Principes, nec cōtra ciuitates, aut quoscumque alios Imperio subiectos, crimen læsæ Maiestatis committitur, nisi quis eo animo in Principem, ciuitatem, uel alium Imperij subditum, sœuiret, ut eos ipsos à Iurisdictione & Imperio Principis eximeret: quia tunc non subditus ipse, sed Princeps in subdito læsus esse intelligitur. Nam hoc modo, ut totum corpus lædere uideretur, qui partem eius minimam, & ut Baldus dicit, auriculam etiam lædit: sic Rempublicam Romanorum, & ipsius caput Romanorum Imperatorem lædit, qui non solum Ducem, Comitē, aut ciuitatem aliquam, sed quemlibet etiam minimum Imperij subditum eo animo lædit, ut eundem à potestate Principis & Imperij eximat. Ac per se considerati Magistratus & Potestates Imperio subiecti, & non ad Principem ipsum uel Rempublicam Romanam relati, loco priuatorum habentur. Sola enim ea publica sunt, quæ Reipub. Romanæ, & qui illi præest, Romanorum Imperatoris sunt. Vnde & crimen, quod in priuatos istos & Romano Imperio subiectos, Magistratus & Potestates committitur, seditionis aut rebellionis, non læsæ Maiestatis appellatur. Deinde, qui Imperium Principis non recognoscunt, aut id de facto faciunt, aut ex præscriptione tanti temporis, cuius in contrarium memoria hominum non existit: aut ex priuilegio Principis. At nullum ius Maiestatis aduersus Imperium uel subditos suos habere possunt, qui id ipsum de facto usurpare præsumunt: Alioqui unde puniri deberent, inde præmium & priuilegium consequerentur. Nec par ius est eorum, qui Iurisdictionem de facto exercent: & eorum, qui de iure. Sed nec temporis præscriptio,

Conf. 275. secunda pars.

c. de ferijs l. nullo. Gl. in l. 1. ff. ad leg. iul. maies. Baldus in consilio. 59. prima pars.

L. ob pecuniā ff. de furtis. l. eum qui uectia gal. ff. de uerb. sig. l. bona ciuitatis. ff. de uerb. sig. Tex. in l. 1. C. de seditionis.

l. relegatorum G. interdicere ff. de interd. & releg.

pro, ius Maiestatis inferioribus Potestatibus tribuit. Primum, quia suprema Potestas præscriptione temporis non acquiritur, quo minus Imperatorem recognoscere teneantur. Nam si contra supremam Potestatem Papæ præscribi non potest, quia à Deo est: nec contra Potestatem Imperatoris ipsius præscriptio locum habere potest, quæ & ipsa à Deo est. Deinde fingamus, supremam etiam Potestatem præscriptione temporis acquiri posse: tamen ob id in terris suis non sunt Imperatores, sed locum tantum Imperatoris habent. At diuersa sunt, Imperatorem esse, & loco Imperatoris esse. Vnde & Maiestas solius Imperatoris est, non eius, qui loco Imperatoris est, quantumlibet libertatem præscripserit: Igitur lex Maiestatis de Republica Romana & Imperatore lata, tanquam pœnalis & odiosa, ad inferiores Potestates & Magistratus, qui propriè Imperatores non sunt, extendi non debet. Præterea frustra etiam priuilegio Principis nituntur inferiores Potestates, quasi hoc ipso suffulti, non solum Principi subiecti non sint, sed etiam Imperialis Maiestatis iura in subditos suos exercere possint. Nam licet Potestas inferior donata libertate ab Imperatore, aliqua ratione sit redacta ad instar Imperatoris, & priuilegio libertatis gaudeat: tamen non est propterea Imperator, nec sibi sumere potest id, quod Maiestati Imperatoris proprium est. Nam quantumlibet potestate inferiores, in Ditionibus suis præditæ sint, tamen Maiestatem non habent, quæ solius est Principis: ut qui totius orbis Dominus est & Monarcha, Imperium habens super omnes nationes, etiamsi multi ab Imperio ipsius & Iurisdictione sunt exempti. Cuius item potestas tanta est, quæ nec per Papam supprimi aut extingui possit.

Inno. in c.
Bone. & 2. de
post. prelat.

In Aut. quomo-
do oportet. Ep.
& ibi gl. in
uerbo sancti-
mus c. solite de
maior. et obed.

In Aut. de Ec-
cles. tit. 9. 1. et
in Aut. ut Ec-
cles. Ro.

L. mercis ff. de
uerbor. sig.

Bar. in l. 1. in
princip. ff. de
suis & legit. et
in l. si is, qui
peremptore ff.
de usu cap.

Tex. in l. me-
minimus, &
ibi Bald. C. de
leg. hered.
Paul. de Castr.
in l. 1. 12. tabu-
larum ff. eo. &
in l. si. 9. in
computatione
c. de iure delib.



Nter crimen lesæ Maiestatis & proditionis hoc interest. Quod illud manifeste: hoc uero occulte, aduersus Principem & Rempublicam Romanam perpetratur. Generaliter siquidem proditores sunt omnes, qui aliud actibus manifeste ostendunt, aliud occulte in mente agitant. Quos recte scriptura nouacula comparat. Sicut (inquit Psaltes) nouacula acuta fecisti dolum: Nimirum nequitiae arguens proditorem, eo quod instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plæruncq; ulcerat. Proditoribus enim proprium est, ut occulte & sub prætextu honestatis offendant. Sed & quo tectior sit proditio, amicitiam quoq; simulant, proditores, blandi sunt sermone. Iuxta illud Psalmi. Melliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Qui & adulantur, applaudunt, rident, & quæuis magnifica pollicentur: Deum obtestantur, iurant. Nam ad iurandum omnium maxime faciles sunt, et quibus dictum uideri potest, quod est apud Sapientem. Omnis amicus dicet, et ego amicitiam copulaui, sed solo nomine amicus. Ac tales quidem sunt, qui ex utraq; immo ex diuersa parte, in iudicio consistunt: quos præuaricatores, id est, causarum proditores, appellamus. Similiter, qui pericula intentant ijs, quibus cum affinitas, societas, aut aliqua causæ necessitudinis, intercedunt. Propter quas, & ab omni aduersus eos doli mali suspitione abesse præsumuntur. Veluti, si socius socium in itinere comitem, nulla interueniente rixa, uerberet: aut amicus amicum à tergo nihil tale suspicantem, offendat: uel discipulus Magistrum: seruus Dominum: ciuis Magistratum, in periculum aliquod incautum adducat. Atq; ad hunc sane modum gratiam prætendens, & dolum nectens Doech, quem celare & protegere debebat, eum ad mortem prodidit: Quippe per funestæ proditionis indicium, Abimelech Sacerdoti necem detulit, eo quod Propheetam hospitio suscepisset, quæ rex inuidiæ stimulis accensus, persequabatur. Sic Symon quidam ad expugnandas turres, in quibus hostes Idumæi erant, à Machabæo deputatus: & qui cum eo erant, iniqui lucri cupiditate ducti, à quibusdam, qui in turribus erant, suasi pecunia, Septem millibus didrachmis acceptis, & hostes aufugere permiserunt, aduersarijsq; eorum dimissis, prodiderunt. Sic & Iudas discipulus, Christum magistrum Dominumq; suum pecunia uendens, morti tradidit. Omnium autem maxime proditores sunt, qui malo consilio & proditorio animo patriam relinquunt, aut hostili mente in eam aliquid machinantur. Vnde & recte constitutum est, ut hostium numero habeantur. Nec enim necessitudo & coniunctio maior est, quam qua ciuis patriæ obligatur.

Bald. in c. 1. col. 7. uers. quid de reb. quib. mod. feud. amitt. Alex. de Imol. conf. 13. Sexti uolu. Psalm. 51. Ambros. lib. 3. off. c. 11. Psalm. 54. Lucas de poena in L. C. de lata lib. 10. Ecclesiast. 17. L. 1. ff. de præuaricatoribus. Bar. in l. respiciendum. ff. de poenis. Doech. Ambros. lib. 3. off. cap. 11. 1. Reg. 22. 2. Machab. 10. Luc. 6. Mar. 14. Proditores Patriæ. L. Posthumia. § Transfuge. ff. de cap. et post li. reuers.

F Maiestati

Uocinus cons.
35. prime par-
tis.
Val. li. 5. c. 6.

L. 1. Get gene-
raliter ff. de
uentre in poss.
mittend. l. post
limi. § filius.
ff. de capti. &
postli reuers.
Cicero lib. 1.
off. Plato in e-
pistola ad Ar-
chitam Taren-
tinum.

Cic. in Cantili-
nam oratione.
22. lib. 1 de ora-
tore.
Cic. de finib.
lib. 3.
Lib. 1. officio.

Valerius Max.
lib. 5. c. 6.

† Fabijs

L. minime, ff.
de relig. &
sumpt. fin.
Bal. in l. qui ne-
cessitati. C. de
Aduoc. diuers.
Iud. Alex. in l.
ueluti ff. iust.
& iure.
L. milite C. de
procurator.
Alex. in dict. l.
ueluti.

Maieſtati ſiquidem patriæ etiam illa, quæ deorū numinibus æqua-
tur, authoritas parentum uires ſubiecit, ac fraternæ etiam charitas
æquo animo ac libenter cedit, ut inquit Valerius Maximus. Idc̄q̄
ſumma quidem cum ratione: quia euerſa domo, interdum Reipublicę
ſtatus manere poteſt. At patriæ ruina penates omnes ſecum trahat
neceſſe eſt. Ideoq̄ & patriæ naſci dicimur, & magis etiam quàm pa-
rentibus, quod & à Platone præclare ſcriptum, & à Cicerone rela-
tum eſt. Non ſolum, inquit, nobis nati ſumus: ortuſq̄ noſtri partem
patriæ, partem parentes, partem amici uendicant: ac propter talem
quidem coniunctionem unicuiq̄ dulciſſima eſt patria ſua, iuxta illud
Poetę

*Nescio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.*

Et Marcus Cicero. Commune patriæ ſolum omnibus charum
eſt, tum uero dulce atq̄ iucundum. Cuius & tanta uis eſt (ut idem
alibi dicit) ac tanta natura, ut lithacam illam, in aſperrimis ſaxulis tan-
quam nidulum affixam, ſapientiſſimus uir immortalitati antepone-
ret. Immo chariorem nobis decet eſſe patriam, quam nobis noſmeti-
pſos. Ac proinde unicuiq̄ (inquit) noſtrum chari ſunt parentes,
chari liberi, propinqui, familiares: ſed omnes omnium charitates pa-
tria una complexa eſt, pro qua quis dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit
profuturus: Cuius rei multa etiam ueterū extant exempla. Cuiusmodi
ſunt, quæ in hitorijs de Curtio Romano, de Genutio Cippo Præ-
tore, de Publio Decio & eius filio, de Scipione Africano ſuperiore,
de Camillis, de Halis, de Fabricijs, de Maximis, de Amilijs, de Co-
dro Rege Athenienſium, de Themiftocle, de Eriſthei Regis filiabus,
& plæriſq̄ alijs, à Cicerone, Valerio, alijsq̄ hitorijs referuntur.
Sed & Romanæ leges, pro patria etiam, contra parentes & ſangui-
nem pugnare, immo et filio patrē, & patri filiū occidere permittunt:
Adeoq̄ premio etiam afficiendum eſſe conſtituunt, ſi ad patriam de-
lendam, & parentes & liberos interficiendos uenerint. Sic &
filius in pari cauſa neceſſitatis patriæ, magis quàm parentibus ſubue-
nire, & aduocatus patrocinium patriæ, magis quam patri præſtare,
& mandatis patriæ, magis quam parentum obedire, debet. Quan-
to igitur magis commendandi ſunt, ac omnibus honoribus & præ-
mijs afficiendi, qui hiſce charitatis uinculis obſtricti patriæ, nihil
non periculorum pro ea defendenda ſubeunt: tanta deteſtabiliſſima
eſt eorum immanitas, qui omni ſcelere lacerant patriam, & in ea
delenda occupati ſunt: Quos recte proditores patriæ appellamus,
quia patriam perſequuntur, quam nec natura ab eis quicquam ſæui
criminis aduerſus ſe ſuſpicari permittit. Quales Pullus, Numitor
& Fregellanus, & alij plæriſq̄ fuiſſe narrantur,

Sed

Sed & ueritatem omnes summo studio colore, & super omnia amare debemus, quam qui lædunt, uel eam ipsam tacendo, uel falsum dicendo, ueritatis proditores appellantur. Vt alibi Beatus Ambrosius testatur. Non solum (inquit) qui transgrediens ueritatem, palam pro ueritate mendacium loquitur: Sed etiam qui non libere ueritatem ipsam pronunciat, quam libere pronunciare oportet: aut non libere ueritatem defendit, quam libere defendere conuenit, proditor est ueritatis. Nā sicut Sacerdos est debitor, ut ueritatem, quā audiuit à Deo, libere prædicet: Sic Laicus debitor est, ut ueritatē, quam audiuit à Sacerdotibus, probatam quidem in scripturis, defendat fiducialiter: quod si non fecerit, prodit ueritatem, per similes Iudæ, qui & ipse Christum, qui est ueritas, prodidit. Vnde, qui ueritatem produnt, Deum etiam prodere intelliguntur. Qui enim ueritatis & charitatis iussa spernunt, Deum utiq; qui charitas est & ueritas, produnt: maxime, cum non infirmitate uel ignorantia peccant, sed ad similitudinem Iudæ opportunitatem quærunt, qualiter remotis arbitris, mendacio ueritatem, & uirtutem crimine commutent. Quemadmodum igitur qui obsessam patriam ab hostibus, cum possit liberare eam, non defendit, patriæ proditor est. Sic qui uidet ueritatem ab impijs expugnari, cum eam potuisset defendere, si loqui uoluisset, tacens eam ipsam expugnare & prodere uidetur. Et hæc quidem generalis est prodicionis appellatio. At propriè proditores sunt rebelles & infideles Imperij, qui corpore quidem inter subditos Imperij, animo uero inter hostes uersantur. Apud illos quidem fidem & amicitiam simulantes, apud hos uero omnia perfidiosè & hostili animo aduersus Principem & Rempubicam Romanam agentes: Veluti qui hostibus Imperij nuncium literas uè miserint, signum uè dederint, fecerint uè dolo malo, quo hostes Principis & Imperij consilio aduersus Rempubicam Imperij, iuentur. Cuius item dolo malo exercitus in insidias deductus, hostibus uè proditus fuerit. Item transfuga, & qui secreta Principis reuelauerit. Item cuius opera, dolo malo, hostes Imperij pecunia, comeatu, armis, alia uè aliqua re adiuti fuerint. Quæ uero ad eundem modum aduersus inferiores potestates, uel etiam priuatos exercetur perfidia: crimen quidem ipsum, sui generis nomen retinet, sed per prodicionem tamen perpetratum esse dicitur. Veluti si priuato cuiusdam clanculum calumnia intentetur, uel mors per insidias inferatur: Crimen quidem ipsum calumnia uel homicidium uocabitur, sed cum ea tamen adiectione, ut per prodicionem commissum esse dicatur: nec tamen propter huiusmodi qualitatis adiectionem, crimen ipsum uel uariatur, uel multiplicatur. Siquidem unum Homicidium est, non plura, quod per prodicionem committitur. Quia qualitas adiecta delicto, non inducit pluralitatem delictorum.

Proditores ueritatis.

L. cum na, legatum. ff. de cond. et demonstra.

11. q. 3. c. nolite Ioa. Chrysof.

11. q. 3. abijt. Beda super Marcum.

Io. Chrysof. in expos. in Mattheum, Homelia 25.

Proditores qui sunt propriè.

ff. ad leg. iul. maieft. l. 1. 2. 3. 4.

Bal. conf. 361. in Quarta parte. ff. de Accusationib. l. Senatus censuit. ff. de noxalib. l. in delict. §. si dea tracta.

rū, sicut nec pluribus pœnis, qui huiusmodi crimen admisit, punitur.

De Factionibus, Caput XIII.

Factio Du-
plex, Bona
& Mala.



Quatuor
factiones
olim in spe-
ctaculis.

Factiones
philoso-
phorum.

Factiones
quædam
bonæ in
Repub.

Nor. in l. ut
uim. ff. de iust.
& iure.

Factio est diuisio multitudinis alicuius per emulatio-
nem, in diuersa studia, cum inter ipsos alij alijs
priors esse uolunt. Quod & honestis ex causis, &
ex inhonestis fieri potest. Vnde & factio in bonam
& in malam partē accipitur, ac initio quidem factio
honestum uocabulum erat. Vnde & factiones Hi-
strionum, & Quadrigariorum dicebantur. Nam horum studia
eò intendebantur, ut qua quisq; per æmulationē sectam instituisset,
eam cæteris eiusdem ordinis antecellere, & primariam esse con-
tenderet. Erant autem in Circensibus spectaculis quatuor Qua-
drigariorum factiones, à quatuor coloribus appellatæ: Veneta,
Prasina, Alba, & Rosea. Cassiodorus (ut alibi refert Philippus
Beroaldus) factiones quatuor totidem coloribus, propter qua-
tuor anni tempora notatas fuisse, commemorat. Siquidem Pra-
sinus, qui uiridis est, uirenti Veri dicatus erat. Roseus flammeæ
æstati. Venetus nubilæ hyemi. Albus pruinoso Autumno.
Suetonius scribit, Domitianum Imperatorem duas Circensibus
gregum factiones ad quatuor pristinas addidisse: nempe, alteram
aurati, & alteram purpurei panni. Hæ pernitate cursus inter se
decertabant, inter quas & una siue populari, siue Imperatorio fau-
re præualebat. Eiusdem fere conditionis fuerunt, Philosopho-
rum factiones, quæ & ipsæ uarijs contentionibus concertantes,
aliæ alias superare studebant. Quippe Academici Stoicis: Stoici
Peripateticis, utrisq; Peripatetici, & aliæ item alijs Philosophorum
sectis, antecedere uolebant. Sic & collegia artificum uidemus
similibus ferè studijs inter se digladiari, alijs alios artificij laude &
gloria superare contendentibus. Quin & in publicis admini-
strationibus factiones oriri uidemus, cum in diuersas partes diuiso
populo alij in illos, alij in alios, tanquam Principes & primarios
in Republica, studia sua fauoresq; conferunt.

Atq; huiusmodi sane factiones, tum sunt licitæ, cum pro defen-
sione Reipublicæ ineuntur: Veluti, si pars aliqua ciuium legitimos
Magistratus abrogare, & alios in eorum locum subrogare uelit,
nihil uetabit, quim altera pars coëat, & legitimos illos Magistra-
tus, quo minus amoueantur, tueatur. Nam ut prior illa factio sedi-
tiosa est, & illicita: ita posterior, non solum iusta est, sed etiam præ-
mio afficienda. Quod si enim ad defensionem rerum nostrarum
amicos congregare possumus, quanto magis pro defensione Rei-
publicæ, bonis inter se societatem inire, & aduersus improbos ciues
Rempublicam tueri licebit: Sicut & iusta est factio, quæ ob id inter
bonos

bonos ciues coalita est, ut Tyranni è Republica efficiantur, qui nulla alioqui ratione commode expelli possunt. Nam si unicuique licitum est, propria autoritate ius sibi dicere, si copia iudicis haberi non possit: Quanto magis id ipsum, si ad Reipublice à iugo Tyrannidis liberationem fiat, ubi auxilium superiorum deerit, permit-
tetur? Sed nec illicita factio est eorum, qui socios & amicos congregant, quorum auxilio freti, ad certa loca securi proficisci possint. Nam & coniurationes licitæ sunt, quæ ob defensionem fiunt.

Et hæc quidem bona est, & honesta factionis significatio, sed impropria tamen: propria enim significatione, factio semper in malam partem accipitur. Est enim factio malorum consensus & conspiratio, ut Salustius testatur. Inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio. Ad quem modum & apud Prophetam factio lasciuientium dicitur. Et de malorum factione Tertullianus. Cum enim, inquit, probi cum bonis coeunt, cum pii & casti congregantur, non est factio dicenda, sed Curia. At è contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirant. Vnde & conspiratio & proditio nonnunquam factiones appellantur. In hac igitur significatione factionem speciem seditio-
nis fecimus, qua scilicet ciuium animi, uel ob priuatum commodum, uel in odium aliorum, & Reipublice detrimentum, in diuersa studia scinduntur. Qua quidem nihil in Republica perniciosius esse potest, ut scribit Lilius. Certamina (inquit) factionum pluribus populis magis exitio sunt, quam bella externa, quam fames morbiue, quæque alia in Deum iras, uelut ultima publicorum malorum uertuntur. Et in hac significatione factio interdum etiam secta, interdum partes à scriptoribus, & à nostris partialitas uocatur. Quomodo Cicero Cæsaris Imperium sectam appellat, & eos qui Cæsari adhærent, è medijs partibus Cæsaris esse dicit. Et Antonium reprehendit, ad Hircium & Cæsarem scribentem, qui conuentum bonorum aduersus rebelles, partes potius quam defensores patriæ appellat. Quin eas partes esse diffinit, quibus cædes bonorum, non quibus Senatus autoritas, populi Romani libertas, & Reipublice salus proposita est.

Extant autem huius generis factionum innumera prope ueterum exempla, tam Græcorum, quam Romanorum, & multa etiam nostratia: Sed quæ non omnia hic enumerandi locus est, pauca tantum aliqua referemus, ut ex his alia quoque inuestigandi, his qui harum rerum studiosi sunt, occasio præbeatur. Ac primum quidem Historiarum peritis notum est, quibus factionum certaminibus Græcorum ciuitates olim agitatae fuerint. Nam sæpe quot discrimina regio habuit, tot in partes diuisa ciuitas fuit.

Erat apud illos (ut ex multis unam commemoremus) Solone

F iij

Athenis

L. nullus, C. de
Iudæ. l. ait præ
tor. §. si de
bitorem ff. de
his quæ in
fraud. cred.
Bal. conf. 425.
in 5. parte. l.
ingenua. ff. de
cap. & possli.

Factio in
malam par
tē proprie
sumitur.
In bello Iugur
tino.
Amos, 6.

Lilius lib. 4.
ab urb. cond.
L. quis. cap. ad
leg. Iul. maiest.
l. constitutio
nes de appel.
ff. in hac igit.
Cic. in episto.
Cic. Philip. 13.

Plutarchus in
Solone.

Tres fa-
ctiones
olim Athe-
nis.

Factiones
Romæ.

Guelphi et
Gibellini.

Nacl. uolum.
2. generatione.
38. & genera-
tione. 48.
Bar. in tra. de
Guelph. &
Gibell.

Platina in Gre-
go. Nono.

Athenis existente, Diacriorum genus maxime populare, Pedio-
rum autem paucorum administrationi uehementer studebat.
Tertio uero Paralij medium quendam ac mixtum regendi modum
complexi, & utrisq; impedimento erant, & ne altera pars in Re-
publica uinceret, prohibebat. Quæ factiones post discessum So-
lonis, in maximas etiam seditiones conuersæ sunt: ac Pediorum
factioni Lycurgus, Paralorum autem Megacles, Alemæonis filius,
præfuit. Diacriorum autem Pisistratus, in qua debitorum turba con-
tinebatur, quæ uehementer diuitibus iminica & infesta erat. Apud
Romanos item multæ factiones fuerunt, nunc plebis aduersus nobi-
les, nunc pauperum aduersus diuites, nunc Equitum aduersus Sena-
tum, nunc pluribus ad Principatum pari potentia aspirantibus, quæ
& ipsæ partes Duces suos & Patronos habuerunt. Nam alij diuiti-
bus, alij pauperibus, alij Senatui, alij Equitibus, patrocinebantur.
Sicalij Syllæ atq; Marij: alij Cæsaris, alij Pompei: alij Antonij, alij
Lepidi, alij Octauij partibus, & tanquam factionum Ducibus ad-
hæserunt. Inter nostratia numeramus factiones Guelphorum
& Gibellinorum, quorum illi à Romano Pontifice: hij uero ab
Imperatore, steterunt, à tali nimirum euentu. Quia com-
misso prælio inter Conradum Imperatorem, eius nominis Ter-
tium, & Guelphonem Ducem Bauariæ, qui ex instigatione Ro-
gerij Regis Siciliæ, fratris sui Henrici superbi, ope Italicorum,
Longobardorum, & Siculoꝝ, tum etiam Pontificis adiutus,
Imperatori rebellabat. Qui Guelphoni adhærebant, clamauerunt.
Hic Guelph. Vicissim uero Regij. Hic Gnaibelm. Quia scilicet
Conradus in pago Vvaiblingn enutritus fuerat, unde & multo
post tempore Cæsariani Gibellinorum, & qui Pontifici & Ecclesiæ
fauerunt, Guelphorum nomen retinuerunt. Bartholus hæc nomi-
na affectionum esse scribit, quæ tamen in initio eos, qui Pontifici &
Imperatori adhæserunt, significauerunt: sed alio tamen ab euentu,
& alia item per ipsum uocabulorum interpretatione facta. Ipse si-
quidem historiam, non in Conradum Tertium, sed in Fridericum
Primum illum, qui cognomento Barbarossa dictus est, confert, &
Gibellinos à Dominis de Gebello agnatione Friderici: & Guel-
phos quasi Zelatores fidei dictos esse existimat. Tamen subsequen-
tibus temporibus nomina quidem mansisse ait, ipsas uero affectio-
nes in diuersum mutatas fuisse. Nam & fuisse permultos Guelphos
& Gibellinos, qui retentis nominibus, nihilominus rebelles, Guel-
phi quidem Ecclesiæ: Gibellini Imperio fuerunt. Aliam originem
Guelphorum & Gibellinorum refert Platina. Quippe Frideris-
cum Secundum scribit Pisis existentem, cum non sciret, qui partes
suas, quiue Pontificis sequeretur, ciuitates Italiæ in duas factiones
diuisisse, & qui Pontifici fauebant, Guelphos: qui Imperatori, Gibel-
linos

linos appellatos fuisse. Sic & circa annum 1300. Guelphi & Gibellini albi & nigri dicti sunt, tempore uidelicet, quo in Pistorio Cancellarij gens ditissima numero aucta, in duas partes diuisa est. Nam altera quidem Guelphorum albi, altera uero Gibellinorum nigri uocati sunt: Quas quidem factiones Florentini quoque receperunt, sed nigri numero & potentia praeualentes, albos e Florentia eiecerunt. Similes quoque factiones circa annum 1310. Henrico Septimo Romanum Imperium gubernante, Mediolani fuerunt, quarum altera quae Guelphorum est, fuit Turrianorum: altera uero quae Gibellinorum, Vicecomitum dicebatur. Sunt & hodie factiones in Italia duae, quarum altera Romano Pontifici fauens, Vrsinorum: altera Imperatori adhaerens, Columnensium uocatur, quae & ipsae originem a Guelphis & Gibellinis ducunt. Columnenses siquidem Gibellinorum: Vrsini Guelphorum sectas sequuti sunt. Vnde & contentio illa inter Pontificem Romanum & Columnenses orta est, quos & mirum in modum persequuti sunt, ut refert Platina. Ac tales etiam factiones in Imperio fuerunt regnante Imperatore Henrico, huius nominis Quarto, alijs quidem Romano Pontifici fauentibus, Simoniacos & fornicarios usque adeo persequabatur, ut eorum Missas audire omnibus interdiceret. Quin idem etiam censuris Ecclesiasticis percellerat Reges ac Principes, qui ad Episcopatus inuestirent, & Clericos, qui inuestituras ab his reciperent. Alijs uero Imperatori adhaerentibus, qui dicebat sibi pro more praedecessorum suorum, & ex priuilegijs Apostolicis ius ordinandi Sedem Apostolicam, & inuestiendi Episcopos & Abbates, in Imperio competere: quas factiones utroque per totum fere Septennium fouente, totum Imperium, praeda, igne, & ferro vastatum fuit. Est & aliud factionum genus, earum uidelicet, quae ad priuata magis, quam publica negocia respiciunt. Quales fere sunt, quas ciues nonnunquam priuatorum affectuum causa, per lasciuiam excitant: Veluti, si duo iuuenes, unius uirginis nuptias ambientes, quisque amicorum suorum ope adamatae uirginis compos fieri contendat: aut duorum maritorum uxores, paribus honorum praerogatiuis gaudere uelint. Cuius rei quaedam apud Liuium extant exempla, sed quae a nobis postea referrentur, quando de seditionibus, quae ex certamine partium oriuntur, dicemus. Postremo ex diuersarum etiam religionum cultu, factiones oriuntur: Quales sunt, Iudaeorum, Paganorum &c. Omnium autem perniciosissimae sunt factiones, quae propter haereses contrahuntur. Cuiusmodi apud Iudaeos fuerunt factiones Saducaeorum, Phariseorum, & Essenorum, & eorum, qui Iudae & Sadocco adhaerebant: quanquam & haec ipsae ad Philosophorum sectas referri possunt, Quorum omnium profersionem, studia, moresque, elegantissime

Nauclemus generatione 4.4.

Platina in Clemente. 5.

Platina in Boanifatio 8.

Nauc. uolu. 2. generatione 37.

Tri. lib. 6. c. 8.
 & lib. 9. c. 27.
 Iosephus li. 13.
 Iud. antiq. c. 8.
 & lib. 18. c. 2.
 & lib. 2. de bello Iud. c. 7.

Scriptores
de hæresi-
bus.

sime à Iosepho describuntur. Post Christum autem natum, tot
factiones in Religione nostra Orthodoxa ortę fuerunt, quot hære-
ses. Quarum octuaginta Epiphanius enumerat, simul & confutat:
Quibus multas præterea addit Philastrius, Augustinus, Hierony-
mus, & plerique alij Ecclesiastici scriptores, & inter recentiores Al-
phonfus Minorita. Immo nulla ferè hæresis est, quæ non & ipsa,
si latius serpere permittatur, in plures factiones scindatur. Quod à
nobis de Arriana, & quibusdam alijs hæresibus in his libris, quos
de hæreticis scripsimus, satis comprobatum est. Sed, quid longe
ueterum exempla petimus, cum & his temporibus nostris alias
super alias hæresum factiones in Germania: non solum in uni-
uersa natione ipsa, sed in singulis prope familijs
& domibus, & exerceri, & quot-
tidie enasci uidemus.

DE SEDITIIONIBVS

DE SEDITIONIBVS

LIBER SECVNDVS: QVI EST DE CAVSIS SEDITIONVM.

De causa efficiente seditionum in genere,
Caput I.



DOSTQVAM ea á nobis superiori libro explicata sunt, quæ ad definitionem seditionis, & partium eius pertinere uidentur: sequitur iam recte, ut de causis quoque seditionum dicamus, quæ & ipsæ ad perfectam earum cognitionem pertinent. Tum enim perfectam rei scientiam habere intelligimur, cū causas eius cognoscimus, ut inquit Aristoteles. Sunt autem Arist. l. 1. Analyt. posteriorum. quatuor genera causarum, ex quibus Causa efficiens seditionū Duplex. seditiones oriūtur: Efficiens, Materialis, Formalis, & Finalis, de quibus ordine iam differemus. Ac primum quidem de causa Efficiente dicemus, quæ est duplex: Principalis, & Instrumentalis. Principalis duæ partes sunt: Propinqua, & Remota. Propinquam uocamus homines, quorum consilio, opera, uel ope, seditio ipsa excitatur, uel perficitur. Remotam res, propter quas homines ad commouendas seditiones prouocantur. Porro eorum, qui seditionibus operam dant, quidam earum ipsarum authores sunt: quidam socij, participes & sectatores: quos in unum collectos cœtū, turbam, multitudinem appellamus. Authores & Principes delictorum, à Iurisconsultis generaliter principales & capitales: Seditionum uero, specialiter dementiæ, & factionum duces, à scriptoribus appellantur. Quorum alij quidem Magistratum, & publica officia gerunt. Quales olim fuerunt, Sylla, Marius, Gracchus, Apuleius, Cæsar, Antonius, Lepidus, qui inter se contendentes, quis sibi prius urbem uendicaret, uerbo in aduersantes, re autem ipsa, bellum contra patriam gesserunt, & patria uelut prauio in medio constituto, contra patriam pugnarunt, ut inquit Appianus. Bal. in l. 1. c. de ser. fug. Alij initio quidem Imperium, ueluti Sylla, Marius &c. in patriam seditioni. possessionē propriam, inter se partiti, alius alium eiecit, donec unus App. l. 1. tantum uictor totum sibi Imperium uendicauerit. Quod Antonius, Lepidus, & Octavius fecerunt. Nam inter hos Octavius Lepidum, cui Lybia ex sorte obuenerat, dignitate spoliavit. Postremo Antonium circa Actium uicit, & totum Imperium primum quidem per Octavius Lepidum et Antonium uicit. seditionum

Salustius in
Coniuratione
Catiline.

L. Florus lib.

3. c. 16.

Serui quidam, seditionum auctores.

L. Florus lib.

3. c. 19.

Bellū Spartaci Gladiatoris.

L. Florus lib.

3. c. 20.

Mulieres quædam seditionum auctores.

Liuius de bello Maced. & Asiatic. lib. 4.

seditionem in se transtulit: deinde autem, à populo Romano per legem Rhemiam legitimo iure acquisiuit. Alij nullo Magistratu fungentes, sed priuati, seditiones excitant, & inter hos quidam nobiles, ut Catilina, & Manlius. Alij Plebei, ut Marius, nobilitati maxime inimicus, & alij complures. Sed & serui sæpe seditionum auctores fuerunt, ut Herdonius Sabinus, qui inter initia urbis Seruile bellum tentauit: & Syrus quidam nomine Eunus, qui in Sicilia Quadraginta amplius Millium seruorum exercitum contraxit, Regijsq; decoratus insignibus, castella, oppida, uicos, miserabili direptione uastauit. Nec minorem exercitum in eadem insula conflauit Cilix quidam, qui ueste purpurea, argenteoq; baculo, et regio more, fronte redimita, acrius aliquanto, quàm prior ille fanaticus, quasi & illum uindicaret, uicos, castella, oppida, diripiens, in seruos infestius, quàm in transfugas sæuiuit. De alio tumultu seruili scribit Liuius lib. 2. de bell. Maced. & Asiat. ac de alio item, lib. 4. ab urbe cond. Fuerunt & ab alijs infimæ sortis hominibus, sæpe seditiones & bella ciuilia concitata. Quale fuit, quod gladiatore quodam Spartaco duce commotum fuit, qui iusto contracto exercitu, Thoram, totamq; Campaniam peruagati sunt: nec uillarum atq; uicorum uastatione contenti, Nolam, atq; Nuceriam, atq; Metapontum, terribili strage populati sunt: tandem etiam Consulares aggressus, in Appennino Lentuli exercitū cecidit. Apud Mutinā Cani Crassi castra deleuit, sed tandem à Licinio Crasso uictus est. Sed & mulieres seditiones quasdam commouisse legimus, qualis est siue uera illa, siue ficta, qua uirorum omne genus in aliqua insula à stirpe sublatum fuisse fertur: Et illa itē apud Romanos, qua mulieres in publicū se effundentes, pristinum sibi ornatum, lege Oppia abrogata, reddendum esse contendebant. Et quædam aliæ, quæ & ipsæ procul dubio neq; ceptæ sine ducibus foeminis, neq; peractæ fuerunt. Remotæ causæ seditionum ab Aristotele numerantur, lucrum, honor, contumelia, metus, præpotentia, contemptus, incrementum excessuum, dissimilitudo, negligentia: De quibus omnibus iam ordine dicemus.

De

De Seditiōe, quæ propter contumeliā, auaritiā,
 & iniqua lucra eorum, qui Respublicas
 administrant, concitatur,
 Caput II.



Marcus Cicero in ijs libris, quos de Officijs scripsit, ob eam maxime causam Respublicas ciuitatesq; constitutas esse affirmat, ut his præsidijs sub bonis Magistratibus homines res suas tuto custodire possint. Quamobrem opera danda est, his qui rebus publicis præsumunt, ut non solum publica bona, pro necessitate & utilitate Reipublicæ recte dispensentur, sed etiam ne subditi rebus suis contra ius & fas spolientur. Est enim in omni procuratione, negocij & muneris publici, caput, ut auaritiæ expellatur etiam minima suspitio. Est autem auaritia iniuriosa appetitio alienorum, ut idem Cicero diffinit. Ea quâdoq; ex rebus publicis fit, quâdoq; ex priuatis. Publica bona sunt, tributa, uictigalia, annonæ, et alia, quæ in fiscū publicū inferuntur, ut pœnæ fiscales, debita fiscalia, usuræ fiscales, bona uacantia, & quæ sunt generis eiusdem: id crimen ueteres peculatum appellarunt. Est autem fiscus Camera, in qua pecunia publica reponitur, siue Principis & Reipublicæ Romani: siue aliorum Principum, potestatum, & rerum publicarum. Nam & ipsi ius fisci habent. Sed & munera realia ad ius fisci pertinent, ut quæ pro publicis necessitatibus imponuntur, uel personis tantum, nullo respectu habito ad res ipsas seu patrimonialia, quod Iureconsulti Capitationem appellant: uel personis pro rebus, quod imponitur pro modo patrimoniorum, per æs & libram. Ad quod genus referuntur, Collectæ, quæ & ipse munus reale sunt. Sed certam tamen, & limitatam formam non habent, sed cuiuslibet secundum imminentes & occurrentes necessitates, imponuntur. Veluti, si Principis uel Reipublicæ fiscus exhaustus fuerit: quo tamen casu ad impositionem Collectæ perueniri non poterit, nisi aliunde necessitatibus occurrentibus de bonis Principis, uel Reipublicæ consuli non possit. Item, si dominus captiuus, pecunia redimendus: si filia dotanda: si domino filioe eius insignia militaria conferenda: si terra aliqua domino emenda sit. Nam ob has & similes causas haud iniuste Collecta, subditis à Domino imponitur. Sed eorum tamen interueniente cōsilio, & accedente uolūate. Nā ab inuitis & renitentibus nihil exigipotest. In publicis igitur bonis tum auaritia exercetur, cum in priuatos magis, quam publicos usus conuertuntur: Quod crimen ueteres peculatum appellarunt. Vel cum profusis publicis bonis, ad immoderatas & insolitas exactiones subditorū peruenitur.

Cicero lib. 2.
 Officiorum.

Auaritia,
 causa est se
 ditionum.

Cicero lib. 4.

ad Herēnium.

c. de poenis fisca-

lib. cred. pra-

fer. c. de usur.

fiscal. c. de bo-

uacant. lib. 10.

per tot. tit.

l. 1. ff. ad leg.

lul. peculatus.

10. de plat. in

Rub. c. de iure

fisci. lib. 10.

l. sed Cels. in

princip. ff. de

contrab. emp.

Bar. in l. 1. c.

de mulierib. et

in quo loco. l.

10.

Iason. in l. Plae-

cet. c. de s. s.

Eccles.

gl. in l. reseria-

pio. ff. de

mu. & honor.

Bar. in l. 1. ff.

quidā. cuiusq;

uni. no.

Bald. & Cy. in

le. neminem.

c. de s. s. Ec.

Prepos. Alex-

xander in pra-

lud. feud. col.

uenitur, 22.

uenitur. In priuatis uero bonis fit auaritia, cum qui sunt tenuioris fortunæ, à potentioribus, uel pares etiam à paribus, patrimonijs suis spoliantur. Quo uitio omnium maxime carere debent, qui officia Magistratufq; publicos gerunt. Nullum enim uitium est tetrius, quam auaritia, præsertim in Principibus, & Rempub. gubernantibus. Habere enim quæstui Rempublicâ, non modo turpe est, sed sceleratum etiam & nefarium. Quemadmodum igitur continentia & abstinẽtia eos, qui rebus publicis præfunt, omnibus commendabiles facit: ita rursus auaritia omnibus eos odiosos reddit & detestabiles. Propter continentiam & abstinẽtiam laudatur Scipio Aphricanus. Laudatur & Paulus, qui omni Macedonum Gaza (quæ fuit maxima) potitus, tantum in ærarium pecuniæ inuexit, ut unius Imperatoris præda finem imposuerit tributorum. Laudatur & Aphricani superioris filius, & eius collega L. Mumius, nihilo locupletiores domum reuersi, Carthagine euerfa. Laudantur & Principes quidam, qui ne fisco quidem & patrimonio suo pepercerunt, ut subditis res suas & iura illega conseruarent. Sic L. Annius Antoninus Imperator, confecto bello Marcomannico, cum ærario exhausto largitiones nullas haberet, neq; in animũ induceret, ut extra ordinẽ Prouincialibus aliquid imperaret: in foro diui Traiani auctiõnem ornamentorum Imperialium fecit, uendiditq; aurea pocula, Chrystallina et Murrhina, uasa etiã regia, & uestem uxoriam, ac suam sericam & auratam, & ornamenta gemmarum, quæ multa in repositoio sanctiore Adriani repererat: ac per duos quidem continuos menses uenditio celebrata est, tantumq; auri redactum, ut reliquias belli Marcomannici ex sententia persequutus, post uictoriã emptoribus potestatem dederit, ut si quis uellet, empta redderet, ac precium reciperet: Nec molestus ulli fuit, qui maluit semel empta retinere, ut Iulius Capitolinus & Eutropius testantur. Et Antonini Pij hoc fertur, cum ab uxore argueretur, quasi parum nescio quid suis largiens, dixerit. Stulta, postquam ad Imperiũ transiimus, & illud quod habuimus ante, perdidimus. Idem patrimonium priuatum in filiam contulit, sed fructus Reipub. donauit. Species Imperatorias superfluas & prædia uendidit, & in suis fundis proprijs uixit, nec ulla expeditiones obiit, nisi quod ad agros suos profectus est, ad Campaniam dicens: Grauem esse Prouincialibus, comitatum Principis etiam nimis parci. Alij ob id etiam laudantur, quia lucra quæ à Prouincialibus accipere poterunt, uel remisertunt, uel accepta reddiderunt. Quemadmodum idem Antoninus Pius, procuratores suos modeste suscipere tributa iussit: excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: nec unquam lætatus est lucro, quo Prouincialis oppressus est. Idem hæreditates eorum, qui filios habebant, repudiauit: Sed & publicatio bonorum eò Imperante rara fuit. Et Antoninus Philosophus

Cicero lib. 2.
Officiorum.

Cicero eodem
libro.

Laus Scipionis &
Pauli Aemilij.

Auctio rerum
proprietarum per
Antoninũ
Imp. Philosophum.

Iul. Cap. in M.
Antonino Phi-
losofo.

Lib. 5. in l.

Annio Antonino.

Antoninus
Pius Reipub.
publice
amator.

Iulius Capito-
linus in Anto-
nino Pio.

Philosophus, curatoribus regionum acuiarum potestatem dedit, ut uel punirent, uel ad Præfectum urbi puniendos remitterent eos, qui ultra uestigalia quicquam ab aliquo exegissent. Idem si quos repetundarum damnauerat, eorum liberis bona paterna restituit: ea tamen lege, ut illi Prouincialibus redderent, quod parentes acceperant. Fisco in causis Compendij nunquam iudicans fauit, & delationes, quibus fiscus augetur, contempsit. Quin & Procuratores suos semper monuit, ne quid arrogantius facerent, & hæreditates delatas reddens proximis, aliquando respuit. Sic Octavius Augustus, legata uel partes hæreditatum, etiam à quibuscunq; parentibus relicta, sibi aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari ætate essent, die uirilil togæ, uel nuptiarum, cum incremento restituere consueuit. Et Pertinax legem tulit, ut testamenta priora non prius essent irrita, quàm alia perfecta essent, neuè ob hoc fiscus aliquando succederet. Quin ipse etiam professus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, ut legitimi hæredes & necessarij priuarentur: addiditq; Senatusconsulto hæc uerba. Sanctius est, P. C. inopem Rempublicam obtinere, quàm ad diuitiarum cumulum per discriminum atq; dedecorum uestigia peruenire. Simile quid de Domitiano fertur, qui fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit: Cuius & illa uox fuit. Princeps, qui delatores non castigat, irritat.

Vespasianus Saluium liberalem causidicum in defensione Hipparchi diuitis rei, dicere ausum. Quid ad Cæsarem, si Hipparchus sestertium millies habet: ne inhiare diuitijs diuitis rei uideretur, ipse quoq; laudauit. Hadrianus Imperator infinitam pecuniam, que fisco debebatur, priuatis debitoribus in urbe atq; Italia, in prouincijs uero etiam ex reliquijs ingentes summas remisit: Syngraphis in foro Diui Hadriani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis, qui & in concione, & in Senatu sæpe dixit. Ita se Rempublicam gesturum, ut sciret populi rem esse, non propriam. Hæc & multa alia his similia olim Principibus laudi data sunt: quia his ipsis se publicæ, & priuatorum magis, quàm suæ utilitati, operam dare declararunt. Contra uero propter auaritiam uituperantur, qui propria cupiditate ducti, uel ærarium depeculantur, uel iniustis exactionibus subditorum bona deprædantur. Quod uitium maxime propter luxuriam contrahitur. Auaritiam si tollere uultis (inquit Cicero) mater eius est tollenda luxuries. Item, In urbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia existat necesse est: ex auaritia erumpit audacia. Sic C. Cæsar Caligula, ex luxuria in auaritiam prolapsus est. Cum enim immensas opes prodegisset, quippe qui uitias ac seipies millies II. S. non toto uertente anno absumpsit, ad rapinas conuertit animum, uario & exquisitissimo calumniarum, & auctiorum,

Antonius
Philosophus.

Suetonius in
Octauio Augusto.

Iul. Capitolinus in
Pertinace.

Suetonius in
Domitiano.

Suetonius in
Vespasiano.

Æl. Spartianus in
Hadriano.

Cic. de Oratore.

In oratione
pro S. Roscio.

Suetonius in
C. Caligula.

Veſtigalia & ueſtigalium genere. Ac primum quidem ueſtigalia noua atq̄
 noua per inaudita, primum per Publicanos: deinde, quia lucrum exuberaba-
 C. Caligula. bat, per Centuriones, Tribunosq̄ Prætorianos exercuit, nullo re-
 rum aut hominum genere omiſſo, cui non tributi aliquid impo-
 neret pro edulijs, quæ tota urbe uenirent. Certum ſtatimq̄ exige-
 batur pro litibus atq̄ ludicibus ubicunq̄ conceptis Quadrageſimæ
 ſummæ, de qua litigaretur, nec ſine pœna, ſi quis compoſuiſſe uel
 donaſſe negotium conuinceretur. Ex Gerulorum diurnis quaſti-
 bus pars octaua: ex capturis proſtitutarum, quantum quæq̄ uno
 Lupanar concubitu mereret. Lupanar in Pallatio conſtituit, deſtructisq̄ &
 in Pallatio. inſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus Matronæ
 ingenuæq̄ ſtarent. Miſit circum fora & Baſilicas nomenclatores,
 ad inuitandos in libidinem iuuenes ſeneſq̄, præbita aduenientibus
 pecunia ſcœbris: appoſitiq̄ qui palam nomina ſubnotarent,
 Conſiſca- quali adiuuantium Cæſaris redditus. Idem Galliarum, Hispania-
 tionis ini- rum, Syriaq̄ & Græciæ Principes conſiſcauit, ob tam leue & im-
 quiſimæ. pudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud ſit obiectum,
 quàm quod partem rei familiaris in pecunia haberent. Idem Cn.
 Lentulum Angorem, cui cenſus maximus fuit, metu & angore ad
 ſaſtidium uitæ eo egit, ut ne quo niſi ipſo hærede moreretur.
 Suetonius in Nero. Nero Claudius Cæſar, tantum in prodigendis pecunijs luxum exer-
 cuit, ut diuitiarum & pecuniæ non alium fructum eſſe putaret, quàm
 Nero pro- profuſionem. Vnde ſordidos & parcos eſſe dicebat, quibus ratio
 digus, ſicut impenſarum conſtaret: contra uero magnificos, qui abuterentur
 C. Caligula. ac perderēt: ac propterea laudabat mirabaturq̄ auunculum Caium
 nullo magis nomine, quam quod ingentes à Tiberio relictas opes
 in breui ſpacio prodegiffet. Quare nec largiendi nec abſumendi
 Calumniæ modum tenuit. Hoc luxu exhaustus, & egens, calumnijs rapiniſq̄
 & rapinæ intendit animum. Itaq̄ inſtituit, ut ingratorum in Principem teſta-
 Neronis. menta, ad ſicum pertinerent: Et, ut qui ſcripſiſſent uel dictaſſent
 ea, punirentur. Nulli item delegauit officium, ut non adijceret: Scis
 quid mihi opus ſit: & hoc agamus, ne quid quiſquam habeat. Sed
 & templis compluribus bona detraxit, ſimulachraq̄ ex auro uel ar-
 gento fabricata, conſlauit. Veſpaſianus item, tametiſi optimus
 Suetonius in alioqui Princeps, tamen ob auaritiã repræhenditur, quod non
 Veſpaſiano. contentus omiſſa ſub Galba ueſtigalia reuocaſſe, noua & grauiã
 Veſpaſia- addidiſſe, & auxiſſe tributa prouincijs, nonnullis & duplicaſſe: Ipſe
 nus auarus quoq̄ præter hæc, negociationes pudendas palam exercuerit, co-
 mendo quædam tantum, ut pluris poſtea diſtraheret: ſed nec Can-
 didatis quidem honores, rei ſuæ tam noxijs, quàm innocentibus ab-
 ſolutiones uenditare cunctatus eſt. Traditur etiam Procurato-
 rum rapaciſſimum quenq̄ ad ampliora officia ex induſtria ſolitum
 promouere, quo locupletiores mox condemneret. Quibus quidem,
 uulgo

uulgo pro spongijs dicebatur uti, quod quasi & siccos madefaceret, & exprimeret tumentes. Quamquam sunt, qui opinentur ad rapinas necessitate compulsam summa ærarij fisciꝝ inopia, de qua testificatus sit initio Principatus: professus, quadringentes millies opus esse, ut Respublica stare posset. Cæterum hæc & similia, tum luxuriæ tum auaritiæ portenta, non solum turpia sunt Principibus, alijsq; Rempublicam gubernantibus: sed omnium maxime etiam Respublicæ perniciofa. Quippe ex quibus subditi non raro ad discordias & seditiones, tum inter se, tum aduersus Principes & Magistratus concitantur. Itaq; quod Apollo Pythius oraculum ædedit, Spartam nulla re alia nisi auaritia, esse perituram: Cicero interpretatur, nō solum Lacedæmonijs, sed etiam omnibus opulentis populis prædixisse. Sic potestas iudiciorum à Senatu in Equites translata, uestigalia, id est, Imperij patrimonium, per seditionem suppressit. Sic potentiorum auaritia, qua plebs depulsa agris suis fuit, seditioni Gracchanæ occasionem præbuit, per quam lex Agraria lata est, ut nemini liceret ultra 50. telluris iugera possidere: Quæ multorum deinde causa malorum & seditionum fuit. Iam & ob auaritiam & impotentiam fœneratorum, quibus in terga quoq; seruiliter sæuientibus, in Sacrum montem plebs armata secessit, seditio orta est. Fremebant enim primum se foris pro libertate & Imperio dimicantes, domi à ciuibus captos & oppressos esse, alijs uincula, alijs fœda recentibus uerberum uestigijs terga, aliasq; deformitates, ostentantibus: Et ne id mirum quidem. Est enim fœnus deterrimum auaritiæ genus, à quo omnium gentium honesti homines omnium maxime semper abhorruerunt: propter quod & subditi facile ad seditiones prouocantur, quod & ueterum testimonio & exemplo confirmat Appianus. Per idem tempus (inquit) Optimates in urbe contendere cœpere, cum quidam debita cum usuris emerent, lege quadam ueteri iubente, supra fœnus fœnerari minime licere: qui id fecisset, eandem mulctam ab illo subeundam esse. Abhoruisse mihi quidem uidentur ueteres Romani fœnoris consuetudinem: Quemadmodum & Græci, nec secus ac cauponandi quæstum quendam existimasse, grauem intolerabilemꝝ pauperibus, & inimicitias ultro procreantem. Qua ratione commoti Persæ, commodari deceptibile quoddam, mendacijsq; refertum esse existimant. Consuetudine deinde temporis fœnus approbante, hi quidem secundum morem exigebant: illi uero ueluti ex bello & seditionibus redditiones exhibebant. Erant & qui fœneratores pœna mulctandos esse prædicarent. Quippe Asellius Prætor, ad quem ista ferebantur, cum fœnus dissoluere nullo modo posset, iudicia illis uicissim attribuerat, quæ difficultatem ex moribus legeq; proidentem, diffinirent. Legem itaq; ueterem innouari moleste ferentes,

G ij qui

Lib. 2. offic.

L. Florus lib. 3. cap. 12.

L. Florus lib. 3. c. 14.

L. Florus lib. 3. c. 23.

Fœnus causa seditionum.

Appi. lib. 1. de ciuilibus Ro. bellis.

Tit. Linius
lib. 7. ab urbe
cond.

De bello
Maced. &
Asiat. lib. 5.
Seditiones
ex Auaris
tiz radici
bus.

qui foenus exercebant, seditione mota, Afellium interemere. Quæ cædes ac dissensiones, longo post tempore intestinæ civilesq; per partes exitere. Sed & multa sæpe tristia iudicia Romæ in foeneratores facta sunt, nimirum, ut horum ipsorum avaritia suppressa, seditiones uel ortæ comprimerentur, uel futuræ euitarentur.

Postremo multas quoq; eiusdem generis seditiones, ex nostratibus Historijs commemorare possem, ex hisdem ferè avaritiæ radicibus ortas: Quippe quarum aliæ propter mutationem monetæ, aliæ propter diminutionem libræ, aliæ propter nouas pensiones & uectigalia, aliæ propter salis, aliæq; noua & insolita tributa, aliæ propter subsidium rebus uenundandis impositum, aliæ propter iniustas exactiões, aliæ uel similes causas, in Germania, Gallia, Anglia, alijsq; nationibus excitatæ traduntur. Sed quarum exempla notiora uulgatioraq; sunt, his qui Historias norunt, quàm quæ debeant: & numerosiora, quàm quæ possint hoc loco omnia à nobis enumerari.

De seditionibus, quæ propter honores inæqualiter distributos, oriuntur,
Cap. III.

lib. 5. Eth. c. 2.
& 3.
lib. 6. de legib.



Non distribuendis honoribus æqualitas seruari debet, quæ ut amicitia author est, ut est apud Platonem: ita inæqualitas discordiarum & seditionum causa. Nequero æqualitatem ita accipimus, ut æqualia omnibus omnia, id est, iuuenibus ac senibus, doctis & indoctis, stultis ac sapientibus, robustis ac debilibus, reddenda sint: sed ut cuiq; pro dignitate sua distribuatur. Quod quidem iustitiæ munus est, quam Aristoteles communium honorum distributiã uocat. Ea est, qua honores, præmia, & pœnæ, secundum æqualitatem proportionum honoris, præmiorum, dignitatis & meritorum, pœnæ item & delictorum, distribuuntur: alioqui inæquabilibus æqualia erunt inæ-

L. honor G. de
honorib. & l.
ut gradatim ff.
de munerib. &
honorib. l.
eum qui C. de
Decurionib.
lib. 10.
l. contra C. de
re milita. li. 11.

qualia, ut idem Plato ait. Et ut summum ius in summam iniuriam uertitur: ita summa æqualitas, summa fit inæqualitas. Atq; ex hoc iustitiæ fonte emanant leges, quibus sancitur. In deferendis honoribus ordinem adhibendum esse, & rationem dignitatis personarum habendam, ut scilicet non alijs quàm dignis conferantur, & inter plures his, qui sunt digniores. Sed & à minoribus ad maiores perueniendum, nec ad honores assumendos esse, nisi idoneos: nisi idonei non erunt, qui honoribus fungantur: ac propterea spurios, facinorosos, ludæos, hæreticos & infames, ab honoribus

noribus & publicis muneribus esse repellendos. Similiter honoris augmentum non ambitione, sed labore ad unumquemque deuenire debere. Item celsiorem gradum honorum eos obtinere debere, quibus laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur. Item ad honores euehendos esse, quibus meritorum astipulantur insignia, & si quæ sunt similes. Fit autem sæpe, ut hac regula distributiue iustitiæ ab his, qui rebus publicis præsumunt, neglecta, indigni ad honores uocentur: aut qui sunt minus idonei, his qui sunt digniores præferantur, & qui de Republica optime meriti sunt, honoribus arceantur: Contra uero facinorosis & infamibus hominibus publica munera, honoresque demandentur. Quæ quidem summa inæqualitas est, propter quam boni iniuria se affici & neglectui haberi existimantes, ad iram concitantur: Et irati subinde uindictam meditantur. Est enim ira apparentis ultionis appetitus cum dolore, propter apparentem immerito uel in se, uel in suos contemptum, ut inquit Aristoteles: & cum uindicare se propter impotentiam non possunt, tum ad seditiones conuertuntur. Vnde recte dictum est, inæqualitatem in distribuendis honoribus seditionum causam esse: ipsi enim inhonorati, alios honoratos cernentes, seditionem aggrediuntur. Cuius rei unum tantum exemplum proferre libet. Fabius Ambustus ex duabus filiabus alteram & minorem Licinio Stoloni illustri uiro, sed tamen Plebeio: alteram maiorem S. Sulpitio Patricio, coniugem dedit. Quarum Plebeia, cum sororẽ salutaret, cuius uir Tribunus militum consulari potestate erat, fascis lictorios foribus appositos, cum indecenter expauisset, ob id satis insolenter risui sorori fuit, miranti id ignorare sororem: Id ægre ferens se honore anteiri, à sorore patri causam doloris sciscitanti, confessã simul & quæstã est, impari se iunctam esse, & in domo nuptam, quam nec honos, nec gratia intrare posset. Hæc patre cum genero communicante, gener animum ad Tribunatum conuertit, sperans in eo Magistratu ad alios etiam honores uiam sibi aperturum. Hinc seditio non parua inter Patricios & Plebeios orta. Siquidem C. Licinius, & L. Sextius Tribuni creati, promulgant leges: Vnam de ære alieno, ut deducto eò de capite quod usuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio æquis portionibus persolueretur. Alteram de modo agrorum, ne quis plus quàm quingenta iugera agri possideret. Tertiam, ne Tribunorum militum comitia fierent, Consulumque: utque alter ex plebe crearetur. Hæc igitur leges, utcumque Appio Claudio resistente, tamen latæ sunt. Et primus Licinius Stolon Consul creatus est, ut Plinius scribit: alij tamen L. Sextium eiusdem ordinis factum esse existimant. Iam & ambitio eorum, qui ad honores etiam indigni aspirant, sæpe seditionum causa fuit: res quidem in

L. decurionato
ff. de uaca. mu.
l. generat. G.
spurijs. ff. de
decurionib. l.
neq; famosiss.
C. de dignitate
tib. lib. 12.
l. si. C. de Tri
ronib. lib. 12.
l. si quando. C.
de diuers. off.

Lib. 2. Rhetor
icorum ad
Theodect.

Exemplũ
de Fabio
Ambusto.

Plin. de uir.
illust. c. 20.
Tit. Linius li.
6. ab urb. cond.

Cic. lib. 1.
officiorum.

Tit. Livius
lib. 4. ab urb.
cond.

Republica omnino miserrima, de qua præclare est apud Platonem. Similiter eos facere, qui inter se contenderent, uter Rempublicam potius administraret, ut si nautæ inter se certarent, quis eorum potissimum gubernaret. Actalis quidem seditio fuit, quam Sp. Melius, uir Equestris ordinis, ob honorum tantum cupiditatem concitare conatus est. Is fame laborante populo Romano, frumento priuata pecunia ex Hetruria empto, largitiones frumenti facere instituit, plebemq; hoc munere delinitam, non solum de Consulatu, sed etiam de Regno agitare cœpit. Cui cum Consulatus non contigisset, allatis in domum suam armis, conciones priuatas habere, & de Regno consultare cœpit, emptis ad hoc mercede Tribunis. Ac seditio certe atrox orta fuisset, nisi creatus Dictator, eam suborientem iam compressisset. Nam Dictator per Magistrum suum Equitem, Melium cum caterua sua in foro discursantem, ut ad se ueniret, uocauit. Hinc orto maximo tumultu, tergiuersantem iam Apparitor iussu Magistri Equitum eum duceret, creptum à circumstantibus ac fugientem, & fidem plebis Romanæ implorantem, multaq; alia uociferantem, assequutus Magister Equitum obruncauit.

Sic subito orta seditio, seditionis capite extincto,
subito etiam extincta fuit.

De seditiombus,

De seditionibus, quæ propter contemptum
oriuntur, Cap. IIII.

Dropter contemptum fiunt seditiones, cum subditi dominos suos despiciunt: uel partium, quæ in una Republica uersantur, contra se inuicem contendunt, altera spernit alteram. Ac primi quidem generis seditiones ex inobedientia oriuntur. Nam ut Principum, & eorum qui Respublicas administrant, honor & dignitas, & subditorum erga eos obedientia tum maxime conseruatur, cum & à multitudine diliguntur, & fides eis habetur, & cum admiratione quadam honore digni putantur: Ita rursus ad contemptum eorum & in obedientiam prouocantur subditi, si nec diliguntur à subditis, nec fides eis habetur, nec digni honore existimantur. Cæterum amor tum singulorum, tum multitudinis, omnium maxime commouetur fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ, iustitiæ, fidei, omniumq; eorum uirtutum, quæ ad mansuetudinem & morum facilitatem pertinent. Nam qui his uirtutibus præditi sunt, eos à natura ipsa diligere cogimur.

Cicero lib. 2.
officiorum.

Quomodo
acquiratur
amor
multitudinis.

Fides autem duabus rebus comparatur: Iustitia & Prudentia. Iustis autem & fidis hominibus, id est, bonis uiris, ita fides habetur, si nulla in his sit fraudis iniuriæq; suspitio. Prudentibus autem fidem habemus: quia plus eos intelligere quam nos arbitramur, tum futura eos prospicere credimus. Dignos autem cum admiratione honore putamus, in quibus magna quædam & præter opinionem animaduertimus, & in quibus excellentes quasdam singularesq; uirtutes perspiciamus. Contra uero odio habemus eos, quos feris & truculentis moribus, & immites, parcos, & iniustos esse uidemus.

Odium &
cōtemptus
ex uitijs
eorum, qui
præsunt.

Fidem derogamus eis, quia fraudulentos & improbos, & ad faciendam iniuriam instructos esse perspiciamus. Contemnimus uero & despiciamus: quia in his nihil uirtutis, nihil animi, nihil neruorum esse putamus, & qui nec sibi, nec alijs prodesse dicuntur: in quibus nullus labor, nulla industria, nulla cura est. Ad hunc igitur modum qui odio & contemptui habentur, quomodo eos, qui potestati & Imperio eorum subiecti sunt, in obedientia & fide retinebunt? Vbi contemptus est, obedientia esse non potest. Sic filius patris præcepta negligit, quem contemnit. Discipulus præceptoris doctrinam & disciplinam negligit, quia pro nihilo eum putat. Quin irrationalia quoq; animalia uidemus, uel obedientia esse uel cōtumacia pro moribus eorū, quorū famulatuui destinata sunt. Quo-

Plutarch. in
Alex. Magno.
Iust. lib. 12.
Breuiarij.

Suet. in Iulio
Caesare.

1. obseruandum
ff. de off. pref.

Faber fer-
rarius fa-
ctus Imp.

Concio
eius ad mi-
lites.

conditam Bucephaliam uocauerit: cuius mortem quoque acerrime tulit, amicum quendam & familiarem amisisse se existimans. Simile quiddam de equo Iulij Caesaris tradit Suetonius, quem pedibus prope humanis, & in modum digitorum, unguis scissis, apud se natum magna cura aluit, nec patientem sessoris alterius, primus ascendit.

Quanto magis inter homines, opinio iustitiae, prudentiae, aliarumque uirtutum obedientiam, eorum autem, quae his contraria sunt, inobedientiam efficiunt, & subditos ad rebellionem aduersus dominos suos prouocant? Iam & ex eò inobedientia subditorum nascitur, quia à dominis suis in nimiam familiaritatem admittuntur. Nam ex conuersatione aequali, contemptio dignitatis nascitur. Proinde ueteres id praesidiis prouinciarum obseruandum esse putarunt, ut in adeundo quidem se faciles praebent, sed contemni tamen se minime sustinerent: ac propterea à nimia eorum familiaritate abstinere, & ita in administrationibus publicis uersarentur, ut auctoritatem dignitatis suae non solum non minuerent, sed etiam ingenio suo auerent. Sed & humilitas loci, generis, uel conditionis, multis saepe causa fuit, ut contemptui haberentur, & obedientia eis subtraheretur: Veluti si priuatus nullo antea publico functus munere, publicae administrationi praeficiatur, aut Plebeius dignitate nobilium decoretur, aut infimae sortis homo regno administrando praeficiatur. Quemadmodum Marius, triginta Tyrannorum unus, qui Gallienus tempore ad Imperij gubernacula euecti sunt: ex fabro ferrario in Imperatorem à militibus electus, cum triduo regnasset, à quodam milite, qui eius quondam in officina fabrili operarius fuerat, contemptus, & ab eodem etiam occisus est: his etiam interemptoris uerbis additis, Hic est gladius, quem ipse fecisti. Quauquam is generis sui & conditionis uilitatem adeo non ueritus est, ut de suo quoque artificio non nihil gloriatus sit. Siquidem eius Concio prima talis fuisse dicitur. Scio commilitones, posse mihi obijci artem pristinam, cuius mihi omnes estis testes. Sed dicat quisque quod uult, utinam semper ferrum exerceam: non uino, non floribus, non mulierculis, non popinis, ut facit Gallienus, indignus patre suo, & sui generis nobilitate, depeream. Ars mihi obijciatur ferraria, dum me & exterarum gentes ferrum attrectasse suis cladibus recognoscant in Italia. Denique, ut omnis Alemania, omnisque Germania, cum caeteris quae adiacent gentibus, Romanum populum ferratam putant gentem, ut specialiter in nobis ferrum timeant. Vos tamen cogitetis uelim, fecisse uos Principem, qui nunquam quicquam scierit tractare, nisi ferrum. Quod idcirco dico, quia scio mihi à luxuriosissima illa peste nihil opponi posse, nisi hoc, quod gladiatorum armorumque artifex fuerim. Contra uero Maximinum Imperatorem, siue superbia siue metu contemptus,

contemptus, ita generis sui puduit, ut ignobilitatis tegendæ causa, omnes conscios generis sui interemerit. Fuit autem utroq; parente, patre & matre, barbaro natus, & in prima pueritia pastor, nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur, & suos ab incursionibus vindicaret. Author Iulius Capitolinus. Quemadmodum igitur florere Respublicas uidemus, si qui illis præsumt, prudentes sunt, iusti, atq; alijs uirtutibus præditi, & ut Plato dicit, si aut Philosophi imperent, aut Imperatores philosophentur: Quod uerbum Antonino Philosopho Imperatori frequens in ore erat. Ita tumultibus & seditionibus estuent necesse est, in quibus dominantur, qui uel propter improbitatē, uel imprudentiam, uel propter nimiam familiaritatē, uel propter generis conditionem, aut fortunæ tenuitatem, à subditis contemptui habentur. Quales sane fuerūt uarię militum in diuersis Romani orbis partibus seditiones, Gallieno Imperij gubernacula tenente, nimirum ob id concitata, quod is Princeps, tum propter uitam, quam egit turpissimam: tum propter res minus à se prudenter gestas, ac lubricam eius fallacemq; fidem, non solum à uiris, sed etiam à mulieribus contemptui habebatur. Vnde annos, quibus Gallienus & Valerianus Imperium tenuerunt, triginta Tyranni extiterunt: Quorum unusquisq; per rebellionem Imperatoris Romanorum titulum & nomen usurpauit. Inter quos & Zenobia & Victorina mulieres imperarunt, interim Gallieno uino & popinis uacante, ac Lenonibus se nimis & meretricibus dedente, ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperdente: Et cum inter hæc tempora uarias mundi partes, Romano Imperio subditas, amitteret, quasi detrimentis uilium ministeriorum uideretur affici, iocabatur. Nam inter cætera cum nunciatum esset, Ægyptum desciuisse, dixisse fertur. Quid, sine lino Ægyptio esse non possumus? Cum autem uastatam Asiam & Elementorum concursionibus, & Scytharum incursionibus comperisset. Quid, inquit, sine Aphronitris esse non possumus? Perdita Gallia, arrisisse ac dixisse perhibetur. Non sine Trabeatis Sagis tuta Respublica est? Illud ad humilitatem generis & conditionis pertinet, quod de Gratidio, C. Marij Proconsulis Asiæ legato refertur. Nam hunc à Proconsule ad L. Syllam Consulem accipiendarum Legionum causa missum, milites trucidarunt, id indignati, quod à summo Imperio ad eum, qui nullo in honore uersaretur, transire cogerentur. Iam uero & propter contemptū partium, inuicē sese spernentium, ad seditiones peruenitur. Veluti in paucorū potētia (libet enim exemplis Aristotelis uti) quando plures sunt illi, qui à Repub. excluduntur. Potentiores enim se putant: Et in populari statu opulenti, contemnentes inordinationē & malam administrationē eorum, qui Rempub. gubernāt. Ceu apud Thebanos post pugnam in Oenophitis commissam, mala gubernatione

Iul. Capitol. in
Maximinis
duobus.

Trebellius
Polio de 30.
Tyrannis.

Contem-
pabilis
Imp. Gal-
lienus.

Valerius Max.
lib. 9. cap. 7.

Arist. lib. 8.
pol. c. 3.

bernatione popularis status interiit. Et in Megarensibus, cum per inordinationē & Magistratum negligentiam superati sunt. Et Syraculis ante Gelonis Tyrannidem: & Rhodij populus, antequam contra insurgeretur. Et ad hoc genus refertur seditio, quam Romæ Canuleius, Tribunus plebis, aduersus Patres cōcitauit, qua in id contendit, quod & tandem à Patribus etiam exegit, ut promiscua essent plebis Patrumq; connubia, & ut alter Consulum ex plebe crearetur.

Titus Lilius
lib. 4. ab urbe
condita.

Causa cō-
temptus
Laicorum
contra
Clerum.

v. nemo. 89.
dist.

Illud quoq; uidemus, in magnum sæpe Laicorum contemptum uenire Episcopos, Prælatos, omnemq; adeo Clerum: quia uel indoctos eos, minusq; ad dispensanda ministeria diuina idoneos, uel morum leuitate atq; turpitudine corruptos esse uident. Quæ res & ipsa multarum sæpe seditio, hæresum, & schismatum, causa fuit. Nec id mirum quidem. Nam cum alioqui Laici Clericis oppidò sint infesti, tum in eos maxime eorum acerbantur odia, cum eos ipsos tum doctrina deficientes, tum uita & moribus scandalum alijs præbentes, uiderint. Ut uerissime à Beato Augustino dictum sit, Neminem in Ecclesia Dei nocere amplius, quàm qui peruerse agens, nomen uel ordinem sanctitatis & Sacerdotis habet. Delinquentem namq; hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa uehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Nam hinc occasionē nacti Laici, non solum culpabiles ipsos, sed totum etiam ordinem Clericorū contemptui habēt. Quod & in maximum non modo ipsorum, sed etiam ipsius Ecclesiæ damnum redundat. Ac propter talem contemptum aduersus eos, ad grauissimas tandem seditio, hæreses, & schismata conuertuntur. Ac ex eadem causa hæreses & schismata nostri temporis, partim orta, partim etiam deinde propagata, noscuntur. Etenim propter ignorantiam Episcoporum & sacerdotum, instigatoribus Apostatis quibusdam Monachis, eò processerūt, ut iam non uereantur eos ipsos, tanquam sacrarum scripturarū rudes & indoctos, docendi & prædicandi munere indignos esse, pronūciare, & procul etiam arcere, sed etiam hæc eadem ipsi (quod nullo, neq; diuino neq; humano, iure eis permīssū est) usurpare, omnēq; adeo tam docendi, quàm sacra administrandi potestatem, Laicis, etiam nullo sexus discrimine habito, & uiris & mulieribus permittere. Quæ res tandem eò etiam creuit, ut iam non uereantur Laici (quod & olim in Gallia factū, sed autoritate Romanæ Pontificis denuo restinctū fuisse, narrant historiæ) sacerdotum sermones, quos pro officio pastoralis ad populum habent, utriusq; Testamenti testimonijs ut autoritatibus, siue in prauum sensum detortis scripturis ueros: siue secundum uerum diuinarū scripturarum sensum falsos, in os prædicantium resistentes, quin ipsis etiam Bibliorum locis in medium productis, reprobare.

Laicorum
insultatio-
nes contra
Catholico-
rum con-
suetudines.

De seditioibus,

De seditionibus, quæ propter metum
sunt, Cap. V.

Enio iam ad metum, quem & ipsum seditionū causam esse diximus. Est autem Metus, instantis periculi uel futuri causa, mentis trepidatio. Sed & quod per uim fit, id metu quoq; fieri uidetur. Est autem uis maioris rei impetus, qui repelli non potest. Propter metum igitur ad seditiones deueniunt, qui instantium uel futurorum periculorum terrore percussi, ea ipsa priusquam afferantur, declinare aggrediuntur. Veluti, si scelerati homines ludiciorum metu aduersus Magistratus insurgant: aut subditi Tyrannorum uim & crudelitatem formidantes, ne tale quid patiantur, eorum Imperium auersentur. Ac in primo quidem genere conscientia scelerum, ac metu ludiciorum exagitatus Catilina, seditionem in patriam omnium, nisi industria M. Ciceronis sopita fuisset, cruentissimam futuram excitauit. Huic enim ab adolescentia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilibus, grata fuere, qui & repetundarum reus, ad nullos honores peruenire potuit: Sed & familiares illi fuerunt Lentulus Antronius Cethegus, & quicumq; alienum æs conflauerant, quo flagitium & facinus redimerent. Propterea omnes undiq; parricidæ, sacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc, quos manus atq; lingua periurio, aut ciuili sanguine alebat. Postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat: Quibus socijs confusus Catilina, propter metum infligendarum ob perpetrata facinora pœnarum, opprimendæ Reipub. consilium cœpit. Sic apud Rhodum olim nobilitas contra plebem insurrexit metu iudiciorum, quæ ibi parabantur.

Iam & ex eadem causa nostris quoq; temporibus Anabaptistarum seditio conflata est. Nam & ipsi multorum sibi immanissimorum scelerum conscij, metu pœnarum in Anabaptistas non ita pridem constitutarum, ciuitatem Vuestualix Monasterium occupantes, ac ualidissimis præsidijs munientes, constituto inter ipsos Personato quodam rege, non solum Episcopo Monasteriensi, eius loci domino, sed uniuerso etiam Imperio rebellarunt. Quod malum procul dubio latius etiam serpsisset, nisi quorundam Principum & Ordinum Imperij potentia, restinctum & compressum fuisset. Ad alterum genus referuntur seditiones, quæ propter pœnas innocentibus inique, aut nocentibus durius, quàm oportet, irrogatas: aut aliàs iniurias subditis à potentioribus illatas, commouentur. Nam iustitiæ æquitatisq; ratio exigit, ut in irrogandis pœnis nihil à iudicante durius aut remissius constituatur, quàm causa deposcat. Nec enim seueritatis aut clementiæ gloria affe-

ctanda

L. i. c. 2. ff. de
eo quid met.
causa.

Metu iudiciorū
Capitilina
facit
est
seditionis.

Seditio
Anabaptistarū
Monasterij.

L. respiciendum
ff. de pœnis.

e. corripatur
43.24.
c. ita plane 23.
44.

vell. Paternus
lib. 2. Ro.
hist.

Tit. Linius
lib. 1. ab urb.
cond.
Eutropius, l. 1.

Tit Linius l.
3. ab urb. cond.
L. Florus lib.
1. c. 24.
Pli. de uiris
illustris c. 21.

Pomponius
Iureconsultus
in l. 2. ff. de
orig. iur.

ctanda est, sed perpenso iudicio, pro ut queq; res exoptulat, statuen-
dum est: & ita constituendæ pœnæ & correctiones, ut ex charitate
ueniant, non ex furore, pro culparum diuersitate diuersæ, uel mino-
res uel ampliores, & ut delicta non sæuientis plectantur animo, sed
medentis. Sane hac iustitiæ & æquitatis regula, in inferendis pœnis
custodita, recte suum officium iudicantes, etiam sine subditorum of-
fensione, absoluent: neglecta uero, occasionem præstabunt, ut & ad
iram qui sunt offensi concitentur, & ne quid simile deinceps patian-
tur, formidantes, ad ultionem prouocentur. Atq; huiusmodi Grac-
chang seditionis causam quidam fuisse putant, nempe Mancini Con-
sulis, ob fœdus turpiter ictum, hostibus per Feciales factam deditio-
nem. Quæ cum iniusta T. Graccho eiusdem fœderis auctori uide-
retur, immanem ciuitatis dissensionem commouit. Sic & iniuria à
Magistratibus affecti, subditi ad uindictam & seditiones conuertun-
tur. Atq; ex hac causa orta seditio est aduersus Tarquinium Su-
perbum Regem, nimirum propter uim et libidinem ipsius in Lucre-
tiam intentatam, & nefandum stuprum ei illatum, & miserabilem
eius cædem, quæ & ob superbiam Regis, & uarias iniurias ab eo ple-
bi illatas, miserias & labores plebis in fossas cloacasq; exhauriendas
demersas, eo usq; creuit, ut Imperium Regi abrogaretur, exulesq; esse
iuberentur, L. Tarquinius cum uxore & liberis. Similis & ex ea-
dem causa orta seditio fuit, quam in urbe Decemuiratus libido con-
flauit. Nam in eo Imperio Appius Claudius eo insolentiæ elatus
est, ut ingenuam uirginem stupro destinaret; oblitus & Lucretiæ, &
Regum exactorum, & iuris, quod ipse composuerat. Quam rem,
quum iniquo animo ferret puellæ pater Virginus, homo plebei gen-
neris, & filiam in medio foro interfecit, & milites ad uindicandum
facinus accendit: qui creatis Decem tribunis, Auentinū occuparunt,
Decemuiros abdicare se Magistratu præceperunt, eosq; omnes
aut morte aut exilio punierunt. Eiusdem ferè generis est seditio,
quam in militibus excitauit Appij Claudi sæuitia. Is enim cum ple-
bem odisset plusquam paterno odio, quod opponente & resistente
Cōsule, legem obtinuisset, ut Plebei Magistratus tribunitijs comitijs
fierent, &c. sæuo Imperio exercitum stimulare cœpit, eaq; sæuitia eo
inobedientiæ adegit exercitum, ut ipsius Imperium prorsus neglecto,
productus in hostem, uoluntaria fuga terga hosti daret; &
productus in hostem, non solum ut Fabianus exer-
citus uincere noluerit, sed etiam uinci
uoluerit, ne triumphum im-
perati quæreret.

De seditionibus,

De seditionibus, quæ propter aliquorum præpotentiam & incrementum excessuum, in Republica fiunt.

Caput VI.



N Republica bene constituta, certa amicitiarum, diuitiarum, et honorum, æqualitatis proportio esse debet. Quemadmodum enim in cæteris artibus æqualitas quedam proportionis obseruatur: a qua si discedatur, opus sibi nõ recte cõstare uidetur. Neq; enim pictor excedentem mensuram pedem animal habere patitur, quamuis pulcherrimus pes ille sit: neq; nauiu artifex profram, aut aliam partem nauis: neq; magister chori, eum qui pulchriorẽ et meliorẽ toto choro uocẽ emittit, sinet in choro esse: Ita & in Republica, si quis superexcellat, quasi nullã ad cæteros æqualitatis proportionem habens, ciuili corpori minime congruere uidetur. Ideoq; & propter præpotentiã, & incrementũ excessuum, seditiones fiunt. Quorum illud ad singulares personas: hoc uero ad ordines Reipublicæ spectat. Primum igitur, si qui maiores & potentiores sunt, uel unus, uel plures, quã secundum ciuitatẽ et potentiã Reipublicæ, mox consequitur, ut unius dominatio uel gubernatio uiolenta fiat, ut inquit Aristoteles. Vnde & qui ad eam ipsam consequendã contendunt, & qui aspirantibus ad eam reluctantur, ad seditiones deuenire solent. Sunt enim qui flagrantissima laudis et honoris cupiditate æstuãtes, quanto in Republica ampliõribus honoribus funguntur, tanto maiorum adipiscendorũ cupiditate accenduntur, nec ante satiantur, quã dominationem in omnes sibi comparent: immo ne tum quidem satiantur, nisi & superbissimo dominatu quoscũq; libet pro libidine sua supprimant: grauiter ferentes, aliquid à se factum infirmari, ut de T. Graccho refert Velleius Paterculus. At talis sane Decemuirorum insolentia fuit, qui Consulari sibi mandata potestate abusi, primũ quidem insigne Imperij, quod penes unũ erat, in omnes retulerunt, ac omnes omnia proprijs libidinibus agitarunt. Itaq; inter cætera, quæ insolentissime cuncti præsumebant, cum hoc insigne regium in orbẽ suam cuiusq; uicẽ per omnes iret, subito omnes cum Duodenis fascibus, cæterisq; Imperij insignibus, prodierũt. Et de nouo improbe ordinationis incepto, ablegata religione Consulũ, emicuit agmen Decem Tyrannorum, augentesq; insolentissimo fastu plurima, die quo deponere Magistratus mos erat, cum ñsdem insignibus processerunt. Qua re territis omnibus, non solum infimis, sed etiã primoribus Patrum: maxime uero plebe, quæ misere ab istis Tyrannis tractabatur. Nam & uirgis cedebant alios, alios securi subiiciebãt, quorũ bona potẽtioribus donabãtur. De dominis suppliciu

H sumebatur,

Arist. lib. 5. polit. c. 3. & lib. 3. polit. c. 9.

Lib. 2. Historiæ Romanæ.

Titus L. lib. 3. ab urb. cond. Orosius lib. 2. c. 13.

Insolentia Decemuirorum.

sumebatur, acerrimum in ipsos odium conflatum est. Quod & eo processit (interim inuidiam augente Appij Claudij in Virginiam uirginem illata iniuria) ut non tam priuatæ iniuriæ uindicandæ, quàm publicæ libertatis asserendæ causa pelbs ipsa in Auentinum secesserit, à quo etiam non ante discessit, quàm Decemuiri se Magistratu abdicarunt. Ad eundem ferè modum, Sylla, Marius, Cæsar, Antonius, Lepidus, & pleriq; alij, summa ambitione ad summos honores contendentes, adeoq; ad regnum aspirantes, in alios dominari, & rerum potiri uoluerunt: quæ res & ipsa maximas seditiones excitauit.

De seditionibus, quæ propter incrementum excessuum fiunt, Caput VII.



*Aristot. lib. 5.
Polit. c. 3.*

*Commen-
suratio par-
tium in cor-
pore.*

*August. lib. 2.
c. 21. de ciuitate
Dei, qui refert
Ciceron. lib. 2.
de repub.*

Nam & propter incrementum excessuum fiunt seditiones, non quidem singularium in Republica personarum. Nam hæ ad præpotentiam pertinent, ut antea diximus: Sed diuersorum potius in Republica ordinum, quorum & ipsorum certa æqualitatis proportio esse debet. Vt enim corpus ex partibus suis constat, quas simul pro modo quamq; suo crescere oportet, ut commensurationis maneat harmonia, & nisi ita fiat, corrumpitur. Veluti, si pes quatuor cubitorum sit, reliquum uero corpus duorum palmorum longitudinem habeat, interdum etiam in alterius animalis figuram transire queat, si non solum quantitate, uerum etiam qualitate immoderatum fieret incrementum. Et quemadmodum in fidibus ac tibijs, atq; cantu ipso ac uocibus, concentus est quidam tenendus, ex distinctis sonis certa proportione concinentibus, isq; concentus ex dissimillarum uocum moderatione, concors tamen efficitur, & congruens. Qui mutata uocū proportione, in eā dissonantiam transmutatur, ut ne ferri quidem ab eruditis auribus possit: Ita & ciuitas & Respublica diuersis ordinibus, uelut ex partibus, constat. Cuiusmodi exempli causa in Republica Romana fuerunt Ordines Patritiorum, Equitum & Plebeiorum: qui si certa inter se proportione consentiant, tum bene constituta & concors Respublica dicetur, nimirum ex summis, medijs, & infimis interiectis Ordinibus, ut sonis consensu dissimillimorum concinentibus, certa ratione coalita: & quæ harmonia in Musicis dicitur, ea in ciuitate concordia appellatur, arctissimū uidelicet & optimum in Republica uinculum incolumitatis. Sin uero mutata partium ciuitatis harmonia & concordia, unā pluresue latenter succrescant, dissonantia & discordia inter eas oriaur necesse est. Sic Romana Respublica tum recte sibi constitit, & ex omni parte secum ipsa consentit, quando summis, medijs,

medijs, & infimis Ordinibus Patritiorum, Equitum, & Plebeiorum, suis cuiq; honos ex dignitate sua delatus & datus fuit, equalitate proportionis ubiq; seruata. Contra uero male cohæsit, acuarijs discordijs & dissensionibus attrita, succrescere & extolli contra morem maiorum unus Ordo super alium, & ad ampliores dignitates aspirare cœpit. Cæterum duo sunt, quibus incrementum excessuum in Republica fit: Fortuna & Industria. Per fortunam fit, uelut apud Tarentum (ut refert Aristoteles) cum superati prælio, ab Iapygensibus nobilitatis magnam partem amisissent, & Argiui post cædem suorū in Hebdoma à Cleomene Sparciata factam, coacti sunt, Inquilinos quosdam ad Rempubicā recipere. Et Athenis cum terra male pugnaretur aduersus Lacedæmonios, nobilitas attenuata est, cum ex descripto se submittere ad bellum cogeretur.

Arist. lib. 5. Po
lit. 5. 1.

Per Industriam autem fit, ueluti cum unus Ordo alteri honoris & dignitatis prærogatiuam data opera præripit. Quod Equites opera Tiberij Gracchi fecerunt, qui iudicij à Senatu in Equestrem Ordinem trāsatis, legem tulit, ut Equester Ordo bis tantum uirium in Senatu haberet, quàm Senatores ipsi. Statuerat enim, ut 300. Senatores essent, Equites 600. ex qua re multæ subinde seditiones coortæ fuerunt: Quibus in tantum aucta potestas Equitum fuit, ut fata fortuna scq; Patrum, uita scq; Principum, in manu haberent, qui & interceptis uectigalibus, iure suo Rempubicam peculati sunt. Sed nec nostris temporibus huiusmodi seditionum fomenta desunt, quibusdam Ordinibus Imperij, alijs quidem suas honorum dignitatumq; prærogatiuas præripere, eosq; uelut in Ordinem redigere conantibus: Alijs uero ad nouos honores, quibus hæctenus nunquam functi sunt, aspirantibus. Quæ res, ut multis sæpe odiosis contentionibus in conuentibus procerum agitatæ sunt: ita nisi Cæsaris intercessione, siue autoritate potius aliquando componatur, periculum est, ne quæ iam uelut priuata sunt singulorum Ordinum, ea euentu aliquo non bono, quasi publica mala olim in Rempubicam sint redundatura. Neq; uero ob augmentum tantum, sed etiã ob nimiam extenuationem aliquorū Ordinū, in reliquis incrementū excessuum fieri cōtingit. Quæ enim proportio esse potest, ubi potētiores omnia, tenuiores uel pauca uel nihil possident: Quæ concordia, ubi non solum de bonis cōmunibus nihil participant pauperes: sed etiam quæ sunt eorū propria, à potentioribus diripiuntur: pares quidē in oneribus sustinēdis, in cōmodis uero participādis prorsus exclusi. Quales temporibus Græchorum Romæ fuerunt Plebeij, de quibus in conuentione Tiberius Gracchus dicere solebat. Feras quidem bestias lustrum atq; tectum, quo se reciperent, in Italia habere: illis uero, qui quotidie pro Italia pugnarent, atq; interirēt, præter aërem ignemq; nihil in Italia esse, sine lare, sine sede, cū liberisq; coniugibusq; uagari.

T. Linius lib.
85. 60.
Appianus lib.
1. bell. ciuil.

Plutarchus in
Gracchis.
Querela in
uidiosa cōtra poten-
tes.

Mentiri autem Imperatores Romanos, cum milites hortarentur, ut pro aris atque focis depugnarent. Carere enim his Romanos ciues, non lares paternos, non monumenta maiorum eos tenere: sed pro aliena luxuria opulentiisque pugnare, pro alijs uulnera ac mortes subire, dominos orbis terrarum uerbo quidem appellari, re autem uera, terrae glebum non habere. In hac igitur inaequalitate, ut olim plebs Romana à Patribus secessit: ita nihil mirum, si & hodie ex simili causa tenuiores ad seditiones aduersus diuites excitentur. Quippe non solum iniuriæ atrocitate, ad uindictæ cupiditatem accensi, sed etiam paupertatis onere pressi, ad nihil non audendum prouocati. Nam (ut uulgo dici solet) nihil boni suadet paupertas, et ut Poëta inquit,

Horatius ad
23. lib. 3.

*Magnum pauperies opprobrium iubet,
Quicquid uis & facere & pati,
Virtutisque uiam deserit arduæ.*

*De seditionibus, quæ propter dissimilitudinem loci, & naturalis
originis eorum, qui in una Republica degunt, oriuntur,
Caput VIII.*



Nam & dissimilitudo eorum, qui in una Republica uersantur, ciuiliū discordiarū causa est. Hæc Quinq; ferè ex rebus nascitur. Origine & loco, genere, officio, artificio, & religione. Propter originem & locum dissimiles sunt, qui ex diuersis locis naturalem originem ducunt, ut Germanus et Hispanus, Gallus & Anglus, indigena & alienigena. Propter genus dissimiles sunt, qui stirpe & gentilitate disiuncti sunt, ut nobiles & plebei. Officio, qui diuersis in Republica muneribus funguntur, ut Doctores, scribe, milites. Artificio, qui diuersas artes profitentur, ut Lanij & fulloes, fabri, ferrarij & aurifabri, &c. Propter religionem dissimiles sunt, ut Iudæi, Christiani, Catholici & hæretici, Lutherani & Zuingliani. Propter dissimilitudinem igitur originis seditiones oriuntur, inter milites diuersarum nationum in uno exercitu, ueluti si Itali et Germani, Galli & Hispani, Franci et Sueui, inter se in uno exercitu discordent: aut in una ciuitate Iudæi & Gentiles, qualem circa Cæsaream inter Iudæos & Syros Iosephus ex tali fere causa commotam fuisse tradit. Iudæi siquidem postulabant, ut eorum fieret ciuitas, Iudæum eius fuisse conditorem dicentes: Erat autem rex Herodes. Amuli uero Syri, conditorem quidem fatebantur Iudæum, ipsam uero ciuitatem fuisse Gentilium uindicabant. Ob has ergo causas inter se populus uterque iurgabat, et contentio usque ad arma procedebat, &

Ioseph. lib. 2. de
bell. Iud. c. 12.

& quotidie ad confligendum audaces quicq̃ partes alterutræ profliebant. Neq̃ enim Iudæorum seniores cohibere tumultus gentis sue poterant, & Græcis turpissimum uidebatur, Iudæis inferiores uideri. Similiter inter alienigenas & indigenas, rara est in una & eadē ciuitate cōcordia, ut Aristoteles scribit. Ego uero plurimū referre puto, plures ne sint an pauci, qui in ciuitatē admittūtur alienigenæ: et an artibus & moribus ciuitatis imbuti sint, an eorū rudes et imperiti. Quoniā si pauci fuerint, & si cū cæteris dissentiant: tamen, quia & numero & uiribus indigenis inferiores sunt, nullū ab eis dissensionis periculū erit. Sin uero uel numero, uel potētia superiores, tū uiribus suis confisi, facile ad seditiones conuertūtur. Cuius rei aliquot exēpla ab Aristotele referuntur. Quale est, quod Achæi Sybarim una cum Træzenijs incolentes, Træzenios pepulerunt. Vnde ortum est odium Sybaritis: & in Turijs idem fecerunt Sybaritæ, contra illos qui eos receperant. Nam plus habere uolentes, de suis agris pulsi sunt. Et apud Byzantium aduenæ in oppressionem ciuium coniurati, cognita re, prælio & armis expulsi sunt. Et Amissæi exules ex Chio susceptos, tandem armis deicere coacti sunt. Sanctæi uero, qui Samios receperūt, mox ab eis sunt propria ciuitate deiecti. Appolloniataq̃, qui sunt in Euxino ponto, aduenis receptis, seditione agitati sunt. Et Syracusani post Tyrannos expulsos, cum hospites & conductos milites fecissent ciues, in seditionem & prælium inciderunt. Et Amphipolitæ, receptis Chalcidensium colonis, pulsi tandem ab illis sunt fere omnes. Et ad eundem modum artium & morum ciuitatis ignari & imperiti alienigenæ, facile ad seditiones aduersus indigenas concitantur. Inter quos tamen haud ægre concordia coalescit, si diutina consuetudine iisdem artibus & moribus fuerint assuefacti, non secus atq̃ si equos iungas inter se ignotos, qui ab initio quidem non facile sese ferunt: at ubi diutina assuetudine alter alterius habitui assueuerit, tum facile sub idem iugum coalescunt, & concordēs fiunt. Atq̃ hac sane ratione Romani olim alienigenas, non solum ciuitate Romana donarunt, sed publicos etiam honores & munera, eis detulerunt. De qua re pulchra admodum Claudij Imperatoris ad Senatum apud Cornelium Tacitum extat oratio. Nam cum de supplendo Senatu ageretur, ac primores Gallie, qui fœdera & ciuitatem Romanam pridem assequuti, ius adipiscendorum honorum in urbe expetissent, ac multus super ea re uariuscq̃ rumor, & studijs diuersis apud Principem certaretur: asseuerantiū, non ita ægram Italiam, ut Senatum urbi suæ suppeditare nequiret, suffecisse olim indigenas consanguineis populis: nec pœnitere ueteris Reipublicæ Princeps contra disseruit, & uocato Senatu, ita exorsus est. Maiores mei, quorum antiquissimus clausus origine Sabina, simul in ciuitatem Romanam, & in familias Patritiorum

Arist. lib. 5.
pol. c. 3.

Oratio
Claudij
Imp. in Senatu.
Cor. Tac. lib.
11. Aug. hist.

ascitus est, hortantur uti paribus Consilijs Rempublicam capessam, transferendo huc, quod usquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanos Camerio, Porcios Tusculo: & ne uetera scrutemur, Etruria Lucaniaque & omni Italia in Senatum accitos. Postremo ipsam ad Alpes promotam, ut non modo singuli uis ritim, sed terræ gentesque in nomen nostrum coalescerent. Tunc solida domi quies, & aduersus externa floruius, cum Transpadani in ciuitatem recepti, cum specie deductarum per orbem terræ legionum, additis prouincialium ualidissimis, fesso Imperio subuentum est: num pœnitet Balbos ex Hispania, nec minos insignes uiros è Gallia Narbonensi transuisse? Manent posteriores eorum, nec amore in hanc Patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmonijs & Atheniensibus fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod uictos pro alienigenis arcebant? At conditor nostri Romulus, tantum sapientia ualuit, ut plerisque populos eodem die hostes, dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filijs Magistratus mandati: non, ut plerique falluntur, recens, sed priori populo factum est. At cum Senonibus pugnauius, scilicet Volsci & Equi nunquam aduersam nobis aciem instruxere? Capti à Gallis sumus, sed & Tuscis obsides dedimus, & Samnitum iugum subiuius: Attamen si cuncta bella recenseas, nullum breuiore spacio, quam aduersus Gallos confectum, continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus nostris mixti, aurum & opes suas inferant potius, quam separati habeant. Omnia P.C. quæ nunc uetustissima creduntur, noua fuere: Plebeijs Magistratus, post Patritios: Latini, post Plebeios, cæterarum Italiae gentium, post Latinos. Inueterascet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit. Hæc Claudius Princeps. Quam sententiam secuto Senatu, mox Heduis Senatorum ius in urbe datum est.

Romuli
sapiencia.

P.C. Patres
Cōscripti.

Respu. ab
alienigenis
beneadmini-
strata.

Ennius apud
Ciceronem in
epist. ad Tre-
batium.

Io. Neuizanus
in conf. suo,
quod est inter
conf. Alberti
Princi. 12.
Xenophon li.
6. de pedia
Cyri.

Sed & maiore sæpe cum laude & gloria Respublicæ, ab alienigenis quam indigenis administrantur, ut recte dictum sit.

Multi suam rem bene gessere, & publicam patria procul.

Multi qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbati.

Qua sane ratione factum esse putauerim, ut Romanorum Imperatorum Constitutiones, olim in deferendis publicis muneribus, alienigenas indigenis prætulerint. Tametsi enim indigenæ naturali quodam necessitudinis uinculo patriæ & ciuibus astricti sint, propter quod & publicam utilitatem, magis quam alienigenæ curare præsumuntur, ut pulchre alibi docet Ioannes Neuizanus: Et apud Xenophontem eadem de re pulchram sententiam profert Cyrus.

Cyrus. Itaq; inquit, si alios quosdam tentabis regni concustodes efficere, nusquam aliunde: prius incipe quam ab eo, qui ex eodem loco natus est. Quare & homines ciues alienis præferendi sunt: & qui unà sunt aliti, ijs, qui contubernales non sunt: Tamen propter eam ipsam naturalem charitatem, qua se complectuntur indigenæ, ueteres ueriti, ne Præpositi publicis officijs multa in ciuibus corrigenda per gratiam dissimularent: Tum etiam, quia uidebant indigenas minus timori esse, & ut Euangelica uox habet, raro in patria sua gratum & acceptum esse Prophetam, alienigenis ea, quam indigenis demandare maluerunt. Quod multis legibus declaratur. Quales fere sunt. Nulli patriæ suæ administratio, sine speciali permisso Principis, admittatur. Item, Nullus in prouincia, in qua oriundus est, uel in qua habitat, siue larem constituit, publicum officium gerere debet. Item, In prouincia propria non debet quis administrationem sumere, nisi ex certa scientia id ei concedatur à Principe. Item, Nemo in prouincia sua assidere potest ultra tempus, à constitutionibus concessum, quod est quatuor Mensium.

Immo & pœna in eos constituta fuit, qui in sua prouincia ultra tempus à iure destinatum, iudicibus assedissent. In Consiliarijs (inquunt, Theodosius & Valentinianus) obseruari censemus, ut in eum, qui in sua prouincia ultra quatuor Menses moderatoribus assederit, aduersus leges antiquas, & diuorum retro Principum scita, proscripção honorum, & accusatio publicæ criminis, immineat.

Cæterum in deligendis Magistratibus extraneis, ea moderatio seruanda erit, ut populo, cui gubernando præponuntur, accommodati sint, gnari uidelicet & consuetudinis eorum, & in prinis lingue patriæ, ut scilicet Græcis præsent, qui sciunt Græce: qui autem Romane loquuntur, his præsent, qui eandem locutionem habent. Sic & Italis Italicæ, Germanis Germanicæ, Gallis Gallicæ, Hispanis Hispanicæ linguarum periti adhibeantur. Quod si enim secus fiat, accidit, quod Apollonius apud Philostratum in Peloponeso accidisse testatur. Nam cum illic uir præsideret, Græcæ lingue ignarus, ita, ut nec ipse Græcos, nec ipsum Græci intelligerent: errabat ipse plærunq; & in multis etiam fallebantur Peloponesiaci. Assessores namq; Consiliarij & iudicij consortes, pecunia corrupti, peruerse causas iudicabant: calumnias in Præsidem, uelut in seruum, referentes. Sed & honestissimos esse oportet, quibus in aliena prouincia

uel ciuitate publica munera demandantur. In electionibus si-

quidem id obseruatur, ut boni sint, qui eliguntur, si

fuerint indigenæ: optimi, si

alienigenæ.

Luc. 4.

Leges in fauorem alienigenarum.

l. si. C. de off. reff. Prouincia.

l. nullus. C. de diuersis off. li.

12.

l. si. C. de cri. sacrilegij. ubi Saly.

l. hij qui ff. ex quib. caus. maior.

l. in consiliarijs C. de Assess.

forib.

Bald. in l. Parabolam. C. de Epif. & Cle.

Ne ignotæ lingue præficientur

Magistratus.

Philostratus libro 5. de uitâ Apollonij.

Apollonij.

Gl. in c. licet. 8. q. 1.

De seditionibus, quæ propter dissimilitudinem generis, officiorum et artium, excitantur, Cap. IX.

Dissidia inter Nobiles & Plebeios.



Nter seditiones, quæ propter dissimilitudinem generis & stirpis oriuntur, frequentiores sunt, quas inter se Nobiles & Plebei concitant. Illi quidem, quia nobilitate generis freti, spretis Plebeijs, publica munera & honores soli, et quasi ex debito poscunt: Hijs uero, quia uirtutem magis quam nobilitatem gentis, in ijs qui ad honores uocandi sunt, siue Nobilibus siue Plebeijs, spectandam: nec aditum ad honores Plebeijs, fortibus alioqui & strenuis, ob generis humilitatem præcludendum, esse censent. Ac tales quidem olim fuerunt Tribunitiæ seditiones, ex concertationibus uidelicet Consulium, & Tribunorum plebis ortæ: Quarum multa quidem ex historijs Romanis exempla proferri possent, sed quæ historiæ studiosis notiora sunt, quam quæ hoc loco enumerentur.

Discordia inter Consules et Tribunos plebis.

T. Liius li. 2. ab urb. cond. Dionys. Halicarn. lib. 6.

Salust. in bello Iugurthino.

Cicero in oratione pro L. Murena.

Salustius in bello Iugurthino.

T. Liius ab urb. cond. lib. 4.

Cæterum, quod ad causas huius generis seditionis pertinet, non aliunde facilius & perfectius cognoscentur, quam ex orationibus, quas inter se dissentientes Consules & Tribuni, Nobiles & Plebei, uel gliscientibus iam uel grassantibus seditionibus, habuerunt. Cuiusmodi ferè sunt, quas Appius Claudius in prima secessione plebis in montem Sacrum: Martius Coriolanus, Tribunitiæ potestatis hostis, ante damnationem suam aduersus Plebeios: & rursus, quas Marcus Valerius pro Plebeijs aduersus Appium Claudium, & L. Brutus aduersus Marrium Coriolanum. Similiter, quas Gracchi, alijsq; in fauorem Plebeiorum, pro legibus Agrarijs dixerunt: Quibus haud ab similibus oratio Marij, qua se etiam si nouum hominem, honoribus tamen dignum, ac Nobilibus etiam nulla uirtute præditis, quantalibet ueteris profapiae dignitate ac maiorum imaginibus splendentibus, præferendum esse demonstrat. Et Cicero suo quoq; tempore gloriatur, suo labore perfectum, ne uiris fortibus ignobilitas generis obijceretur: Et claustra nobilitatis ita à se fuisse refracta, ut aditus ad Consulatum non magis nobilitati, quam uirtuti pateret. Quibus sane alijsq; innumeris propè eiusdem generis orationibus, perspicuum fit, ex eo maxime discordias inter Nobiles & Plebeios suboriri. Quia Nobiles à uirtute maiorum suorum degenerantes, nec famam eorum & gloriam sua quoq; uirtute adæquantes, indignos se esse muneribus & honoribus, quibus funguntur, demonstrant: Imperium in Plebeios superbe magis & insolenter, quam prudenter exercentes. Plebeijs uero & noui homines, qui olim per uirtutem Nobilitatem soliti erant anteuenire, furtim & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad honores & Imperia nituntur. Quod sæpe Tribunos fecisse legimus, qui cõcordiæ impatientes, non solùm ad novos semper honores contenderunt: sed & ægri aliquid in Republica esse uoluerunt,

runt, ut esset, ad cuius curationē ipsi à plebe adhiberentur. Vnde & semper nouandi res causas inuenerunt, ac plebis animos, quo minus dicto patrū audientes essent, & obediētes sollicitarunt. Nam ad hūc modū dissoluta uera illa in Repub. & consonante Harmonia, & Ordinum concordia, omnia quoq; seditionibus agitentur necesse est. Propter dissimilitudinē officiorū sūt seditiones, quoties Magistratus diuersis officijs prepositi, inter se discordāt, ut iam de Consulibus & Tribunis dictū est: Qui inter se digladiantes, sepe atrocissimas seditiones concitarūt. Cuius rei multa apud Liuiū, aliosq; Romanarū Historiarū scriptores, exempla reperiūtur. Et ex eadem ferē causa, inter sacros quoq; Magistratus interdū seditiones oriuntur, qualis est, quam alibi ex Ios. pho refert Euseb. Inflammatur autē, inquit, seditio acerbissima à Pōtificibus, aduersum Sacerdotes et Primarios plebis Hierosolymorū, quorū, singuli conquirentes sibimet perditorū iuuenū, et nouis rebus gaudentiū manum, Duces semetipsos proprię factionis instituebāt, qui cōfligentes ad inuicē, primo cōuitijs laceffere, tum deinde & saxis sternerē: nec quisq; erat, qui coērceret, sed agebantur omnia tanq; in urbe non habente Rēctōrē. Igitur Pontifices in tantā uenere proteruiā, ut seruis suis ad areas missis, inuaderent decimas, quę Sacerdotibus debebātur: et accidebat, ut nonnulli ex minoribus Sacerdotibus, quorū alimonix ui fuerāt direptæ, inedia deperirent, ita seditio nū uiolentia, ius fasq; confuderat. Quin sepe etiā propter discordiā Collegarū, in eodem officio seditiones cōmouentur, qualis fuit, quæ Cæsare et Bibulo, simul Consulātū administrātibus, coorta est: ac tanta quidē atrocitate, ut ad uulnera tandē perueniū fuerit, ut Appianus scribit. Sic Appij Claudij, et P. Seruilij Consulū cōtrarijs studijs effectū est, ut seditio plebis aduersus patres, propter nexos ob æs alienū concitata, quam antea Seruilius cōposuerat, solo Appij in Collegam odio demū recruderit. Sed & propter dissimilitudinem artium, qui eas profitentur, ad seditiones deueniūt, ad quod genus referūtur Philosophorū concertationes, quarū sæpe in Dialogis suis meminit Lucianus. Et ad eundem modum aliarū quoq; artium professores, discordare solent: Cuiusmodi olim fuerūt contentiones Thomistarū & Scotistarū in Theologia, et aliorū similiter in alijs artibus professorum. Sed & æmulatio quædā inter mechanicos artifices esse solet, propter quam ad discordias perueniūt. Immo & sepe unius et eiusdē artis professores inter se dissentiūt, quę tamē cōcertationes plerūq; magis prodesse solēt q; obesse, ut alibi testatur Hesiod.

Liuius lib. 2. et
 3. ab urb. cond.

Euseb. in Eccl.
 clest. hist. lib. 2.
 c. 20.

Discordia
 inter Con-
 sules Cole-
 legas.

Appianus lib.
 2. de bellis ciuili-
 bus.

T. Liuius lib.
 2. ab urb. cond.
 Contentio-
 nes inter ar-
 tium pro-
 fessores.

Æmulatio
 inter artifi-
 ces.

Hesiodus in o-
 pere, cui titulus:
 Opera &
 Dies.

Semper, inquit, uicino uicinus est æmulus, hunc ut
 Condere cernit opes, properantem gnauiter, at qui
 Concertatio conducit mortalibus ista.
 Odit ita fabrumq; faber, figuloq; molestus
 Est figulus, menaico protinus inuidet alter
 Mendicus, Cantor Cantorem luuidus odit

De sedi-

*De seditiombus, quæ ex diuersitate atq; dissimilitudine
Religionum descendunt, Cap. X.*



Propter dissimilitudinem Religionis fiunt seditio-
nes, pluribus uidelicet inter se dissentientibus in Re-
ligione, uel unâ & eadem, uel pluribus & diuersis.
In unâ & eadem, ut quando in Ethnicorum Reli-
gione Ethnicis: in Iudaica Iudæi: in Christiana, qui
nomen in Baptismo Christo dederunt, Christiani
inter se discordant. In diuersis, ut quando cum Christianis uel Iu-
dæis Pagani: uel cum Paganis Iudæi, de his quæ ad alterutrorum
Religionem pertinent, altercantur. Ac ad primum quidem genus
pertinet seditio, quæ olim Romæ propter sacra Bacchanalia orta est.
Ea eiusmodi fuit, Erat locus, quem Bacchis sacrum esse fingebant
eius seditiombus authores. Id autem sacrarium fœminarum erat, nec
quenquam uirum eò admitti solitum: ac primum quidem tres in an-
no statutos dies habebant, quibus interdum Bacchis initiarentur, non
uiri, sed mulieres. Deinde mutato in diuersum ritum, ex diurno sacro
factum est nocturnum, & pro tribus in anno diebus, quinos singu-
lis mensibus initiorum dies fecerunt, quibus non solum fœminæ, sed etiam
uiri initiabantur: nec initiabantur annis 20. Captabant enim ætates &
erroris et stupri patientes. Ex quo inde promiscua sacra facta sunt, &
permixti uiri fœminis, & noctis accedente licentia, nihil ibi facinoris,
nihil flagitij prætermisum. Plura uirorum inter se, quam fœmina-
rum supra, & ut quisq; introducebatur, simul Sacerdotibus uelut
uictima tradebatur. Sed & locus talis erat, qui circum sonabat
ululatus, cantusq; Symphoniarum, & Cymbalorum & Tympano-
rum pulsu, ne uox quiritantis, cum per uim stuprum inferretur, ex-
audiri posset: Et si qui minus patientes dedecoris erant, & pigriores
ad facinus, eos pro uictimis immolari nihil nequas ducebant. Hæc
summa inter eos Religio erat, uiros uelut mente capta, cum iactatio-
ne fanatica corporis, uaticinabantur: Matronæ Baccharum habitu,
crinibus passis, cum ardentibus facibus, decurrebant ad Tyberim,
demissaq; in aquam faces, quia uiuum sulphur cum calce inerat, inte-
gra flamma efferebant, raptos à dijs homines dicebant: Quos ma-
chinæ illigatos, ex conspectu in abditos specus abripiebant, eos esse
dicebant, qui aut coniurare, aut sociari facinoribus, aut stuprum pati
noluissent. Ac sub tali quidem prætextu Religionis, supra septem
millia uirorum ac mulierum conspirarunt, tantaq; perditorum utri-
usq; sexus hominum multitudo conflata fuit, ut uix discuti tam nefar-
ia coniuratio posse uideretur: Sed quæ tamen Posthumi Consulis
prudencia & consilio, sine tumultu & cæde, tandem compressa & ex-
tincta est.

T. Linius lib.
9. de bello. Ma
ced. & Astat.

Atq;

Atq; huic haud dissimilis est Biccardorum seditio, ante annos plus minus Centum et uiginti, in Bohemia ortā, & à Biccardo quodam ex Gallia Belgica nomen sortita. Is non paruam mulierum uirorumq; plebem ad se trahens, ac nudos incedere iubens, nouam sectam instituit, sectatoresq; suos Adamitas uocauit, occupata insula quadam amne Lusmitio cincta, filium Dei se dixit, & Adam uocari. Connubia eis promiscua fuere, nephas tamen iniussu Adam mulierem cognoscere: sed ut quisq; libidine incensus, in aliquam exarsit, eam manu præhendit, & adiens Principem. In hanc, inquit, spiritus meus concauit. Cui Princeps. Ite, inquit, crescite, et multiplicabimini, & replete terram. Ex his Quadraginta uiri insulam exiere, & intrantes uicinas uillas, euaginatīs gladijs, super Ducentos homines agrestes interfecere. Hæc & alia de ipsis scribit Æneas Syluius.

Secta Adamitarum
authore
quodam
Biccardo.

Hos nostra ætate sequuti Anabaptistæ, simili prope furore & iisdem ritibus, uenere usi sunt publica & mixta. Adeo non cessat Diabolus, semel sopitas impietates & errores, denuo in multorum perniciem uelut ab Orco reuocare, quoties occasio offertur. Sed nec nouam fuisse crediderim eam, quam à Biccardis introductam fuisse sectam dixi. Nam & Epiphanius, qui Basilio Magno, & Gregorio Theologo, & Ioanni Chrysostomo, contemporaneus fuit, temporibus Valentis & Gratiani, circa annum à natiuitate Domini Quadringentesimū, Adamitarū hæresim fuisse refert: ideo sic appellatorum, quia & ipsi nudi inceserunt, quippe latibula & speluncas in Hypocauftis, id est, locis qui subtus incenduntur, habuerunt: quas ingressuri, siue uiri siue mulieres, foris exuebantur, & sic nudi ingrediebantur, uelut ex matre uniuerso corpore. Eiusdem generis est seditio,

Æneas Syluius
in hist. Bohemica
ca. 41.

cuius alibi meminit Iosephus, quam apud Iudæos Eleazarus dux militum, temporibus Claudij Imperatoris, ex tali ferè causa commouit. Quia cum hostias Cæsaris, quæ pro Romano populo offerri solitæ erant, reiecisset, persuadens his qui sacrificijs ministrabant, ut nullius munus aut hostia, qui non esset de Iudæorum gente, susciperetur: Contra uero Pontifices & Pharisei, non solum Iudæorum, sed etiam gentium munera recipienda dixissent, idq; maiorum suorum exemplo, qui exterarum etiam Gentium sacrificia suscepissent: maximus propter huiusmodi dissensionem tumultus in ciuitate inter Pontifices, & eos, qui Eleazaro adhærebant, concitatus fuit, quo per Septem dies durante, graues utriusq; partis cædes factæ sunt. Omnium autem perniciosissime sunt in hoc genere seditiones, quæ in Religione nostra Christiana inter Catholicos & hæreticos oriuntur: illis quidem Catholica dogmata & ritus in Ecclesiis custodientibus, his uero adulterinas & Catholicæ ueritati contrarias doctrinas confingentibus. Ex qua quidem causa dubium non est, ortam fuisse seditionem apud Corinthum, propter quam ex persona

Lib. 2. To. 2.
hæres. 52.

Ioseph. de bella
Iud. lib. 2. c.
17.

Seditiones
ex hæresibus.
Euseb. lib. 5. Eccl.
Hist. c. 6.

Romanæ

Trip. lib. 5. c.
32.

Seditio Arri-
anorum
cōtra Chry-
sostomum.
Trip. lib. 10. c.
8.

Romanæ Ecclesiæ Clemens ad Corinthios Epistolam scripsit, quæ eos in pacem reuocauit, & fidem eorum, quæ concussa fuerat, renouauit. Sic Arriani propter doctrinam consubstantialitatis aduersus Homousianos; Et alij similiter hæretici, ad impugnanda alia Catholica dogmata aduersus Catholicos, multas sæpe & easdem crudelissimas seditiones concitarunt. Et propter eandem rationem ob diuersos ritus sæpe inter Catholicos & hæreticos seditiones subortæ fuerunt: qualis fuit, quam Ioannes Chrysostomus ab Arrianis passus est. Quam ad hunc modum narrat in Tripartita Socrates. Arriani, inquit, extra ciuitatem collectas agebant. Sabbato autem atq; Dominica, intra portas & porticus congregati, Hymnos & Antiphonas ex Arriano dogmate compositas, decantabant. Et hoc maxima noctis parte facientes, diluculo cum ipsis Antiphonis, per mediam ciuitatem egressi portam, ad suam Ecclesiam concurrebant. Cuncq; hoc crebro, quasi ad uituperationem Orthodoxorum, facere non cessarent, frequenter etiam hoc cantabant: Vbi sunt qui dicunt tria uirtute unum? Tum Ioannes, metuens, ne simplices huiusmodi cantibus traherentur, instituit suū populum, ut et ipsi nocturnis occuparentur Hymnis, ut & illorū obscuraretur opus, & fidelium professio firmaretur. Studium ergo Ioannis ualde utile, cum turba periculisq; finitum est. Nam cum clariores Hymni Homousianorū noctu apparerent (fecerat enim etiam cruces argenteas, quæ cum argenteis ceteris portabantur, expensas ad hæc Eudoxia Augusta præbente) tum Arriani zelo tracti, usq; ad cædem insurgunt. Vna ergo nocte, facta congressione, lapide in fronte percussus est Brisson, eunuchus Augustæ, qui ad Hymnos exercendos fuerat deputatus: sed etiam quidam ex populo utriusq; partis extincti sunt. Ex his motus Imperator, prohibuit Arrianos Hymnos publice decantare. Sed & quælibet hæresis per se rebellio est, etiãsi nullus ex ea tumultus oriatur. Nam hoc ipso, quod Catholicæ doctrinæ aduersantur hæreses, simul etiam qui eas amplectuntur, Catholicæ Ecclesiæ, & eorum qui illi præsunt, obedientiã abijcere intelliguntur. Sæpe etiam accidit, ut inter se quoq; hæretici, propter dissimilitudinem falsorū dogmatum, dissentiant: Immo & una sæpe hæresis in multas & diuersas partes scissa, ipsa sibi aduersetur. Quales fuerunt Martionis, Arrii, & quorundã aliorum sectæ, ut in libris nostris de hæreticis demonstrauimus. Quanquam raro ex hac causa ad seditiones inter se perueniant, nimirum eo spectantes, ut quantūlibet inter se discordes, Catholicã magis Ecclesiam, quàm ipsæ se inuicẽ persequantur. Et si enim capitibus diuisæ sunt, tamen caudas habent colligatas, de uanitate in idipsum conuenientes, ut inquit Innocentius Papa. Persimiles sanè uulpibus Samsonis, quæ uultibus quidẽ diuersæ, caudis uero colligatæ, igne supposito, ad incendendas Philistinorum segetes immissæ fuerunt, Qua nimirum figura

Euse. li. 5. c. 13.
Ruffin9 in Ec-
cles. hist. li. 10.
c. 25.
c. excommuni-
camus de hæ-
reticis.
Iud. 15.

figura recte significatur, hæreticos omnes simul ad destructionem quidem honorum fructuum conuenire: secum uero in doctrina discordare, ut pulchre alibi docet, pius iuxta & doctissimus Ambrosius Catharinus, Episcopus Minorienſis. Ad alterum autem genus referuntur seditiones, quæ inter Gentiles & Christianos oriuntur. Qualis est, quam idem Socrates in Tripartita commemorat. Erat, inquit, locus quidam in ciuitate antiquis temporibus desolatus atq; neglectus, multaq; sorde completus: hic Pagani olim deo Mithræ sacrificantes, homines immolabant. Quem locum Constantius quasi uacantē Ecclesiæ Alexandrinæ concesserat. Hic Georgius (is erat Christianorum Episcopus) uolens oratorium extruere, locum repurgari faciebat. Quod dum fieret, inuentum est illic Adytum, in multa profunditate constructum, in quo Paganorum mysteria celebrabantur. Erant enim ibi caluarix hominum plurimæ, maiorum pariter & infantium, qui perhibebantur illic extincti, ut eorum uisceribus artes Magicas exercerent. Hæc igitur Christiani reperientes in Adyto Mithræ, studuerunt ad irrisionem Paganorum uniuersis hæc facinora referare, diuulgabantq; capita hominum, quæ compererant. Hæc Alexandria Pagani uidentes, & oprobrium non ferentes, ira succensi sunt, & omne quod ad præsens inuenerunt arma iudicantes, impetu contra Christianos facto, multos interemerunt: alios gladijs, alios fustibus aut lapidibus, alios funibus strangulantes, quosdam etiam crucifigentes ad sacræ crucis iniuriam, plurimos diuersis uulneribus affligentes. Et ita factum est, ut neq; proximis parceretur, sed Philosophus Philosophum percussit, & frater fratrem, parentes filios, & inuicem in mutua nece grassati sunt. Quamobrem Christiani eundem locum purgare quieuerunt.

Sed ne clongio post tempore alia eiusdem generis, & ex eadem fere causa, excitata fuit seditio. Mortuo enim Constantio Imperatore, sub quo, quæ iam narrata sunt, perpetrata fuerant, populus Paganorum impetu facto in eum, quem dixi Georgium, uinculis eum alligauerunt, quem paulo post, uenientes ad carcerem, peremerunt, eiusq; cadauer imponentes Camelo, à mane usq; ad uesperam per totam traduxerunt ciuitatem, & circa serum diei concremauerunt.

Nec dissimilis huic sub Theodosio Imperatore in Alexandria nata est seditio, quam ad hunc modum narrat idem Socrates, apud Casiodorum in Tripartita, cui eo quoq; maior fides adhibenda est, quia suo tempore, quæ commemorat, acciderunt. Præceperat, inquit, Imperator, ut opera Theophili in Alexandria Paganorum templa destruerentur. Theophilus potestate percepta, studuit Paganorum destruere mysteria, & templum quidem Mithræ purgauit, Serapidis uero subuertit. Verum Mithræ sacra, ubi homicidia perpetrabant, publice patefecit, Serapidis autem & aliorum risu plena

I monstrauit,

Lib. 1. de consideratione, et iudicio presentium temporum. c. 13.
Trip. l. 6. c. 8.

Adytum Mithræ & nefanda sacrificia Paganorum.

Seditio propter illud Adytum.

Trip. li. 6. c. 9.

Trip. lib. 9. cap. 27.

Cruenta se-
ditio con-
tra Chri-
stianos.

Simiæ si-
mulachrū.

Tripert. lib. 11.
c. 22.

Cyrillus
Episcopus
Iudæos ex-
pulis.

monstravit, iubens per mediam plateam portari uerenda, quæ Pa-
gani cum maximo honore uenerabantur. Hæc Pagani uidentes,
maxime Philosophi, iniuriam ferre nequuerunt. Vno namq̃ impe-
tu contra Christianos facto, neces innumeras perpetrarunt, resisten-
tibusq̃ Christianis, clades hæc usq̃ ad immensum bellum processit.
Mortui deniq̃ sunt in ea congressione Paganorum pauci, Christia-
norum uero plurimi, ex utraq̃ parte innumeri uulnerati. Porro Pa-
gani metu Principis, postquam cæde fuerant faciati, per loca singu-
la celabantur, multi quoq̃ etiam de ciuitate fugerunt. Inter quos Hel-
ladius Ammoniusq̃ Grammatici, apud quos ego ualde puer Con-
stantinopoli legi. Et Helladius quidem Sacerdos Iouis esse diceba-
tur: Ammonius uero Simiæ. His ita gestis, Theophilo in destructio-
ne templorum auxilia subministrabant, Præfectus Alexandria, &
Dux ordinis militaris. Idola autem Idoleiorum constabantur ad fa-
ciendas ollas, & ad Alexandriæ Ecclesiæ diuersos usus, cui ab Impe-
ratore donati fuerant dii, ad expensas egentium. Cum igitur Theo-
philus omnes contriuisset deos, unum tantummodo reliquit Simiæ
simulachrum, iubens id publice proponi atq̃ seruari, ne sequenti tem-
pore Pagani negarent, tales se adorasse deos. Quam rem noui ego
grauiter tulisse Ammonium Grammaticum, dicentem, Paganos nihil
tam graue perpeffos, nisi quod non conflatum est et ipsum: sed pro
derisione unum illud Idolum seruaretur. Helladius autem gloriaba-
tur, dicens. Quod in congressione Christianorum, nouem ipse
peremisset. Sed & Iudæi semper Christianis propter religionem
fuerunt infensi, propter quod & uarias aduersus eos seditiones,
eisdemq̃ atrocissimas concitarunt, & uarias iniurias eis intulerunt.
Qualis est, quam idem Socrates in Tripartita ex huiusmodi ferè cau-
sa ortam esse scribit. Iudæi, inquit, cum essent semper Christianis
infensi, Horoste Præfecto Alexandria festiuitatem quandam, quam
Politiam uocant, in Theatro celebrante, ubi & aderant quidam fau-
torum Cyrilli, tum Episcopi Alexandrini, inter quos & Hierax Do-
ctor Puerilium literarum, & Cyrilli auditor: uidentes in Theatro
Hieracem Iudæi, clamabant aduersus eum, quod propter nihil aliud
uenisset, nisi ut in Theatro seditiones inter populos excitaret. Qui-
bus fauens Præfectus, arreptum Hieracem publice fecit in Theatro
agi uerberibus. Cyrillus uero conuocatis Primoribus Iudæorum,
admonuit, ne contra Christianos seditiones ulterius excitarent. Por-
ro turba Iudæorum hoc parui pendens, in atrocissimam aduersus
Christianos conuersa est seditionem, in qua & plurimi Christiani
trucidati fuerunt: de quibus tandem uindictam sumens Cyrillus, in
Synagogas eorum irruit, & illas quidem abstulit, Iudæos autem ex-
pulis ciuitate, eorumq̃ substantiam diripere populo imperauit. Hocq̃
modo Iudæi à temporibus Alexandri Macedonis illam habitantes
urbem.

urbem, tunc nudi prorsus expulsi sunt, & per singula loca dispersi.

Idem de alia seditione Iudæorum aduersus Christianos, in *Trip. lib. 16. cap. 13.* hunc modum scribit. Post modicum uero tempus, inquit, Iudæi rursus illicite contra Christianos agentes, puniti sunt in loco, qui dicitur Mestiar, posito inter Chalcidem & Ancyram Syriæ. Hic itaq; Iudæi consueta quædam ludicra celebrantes, per ebrietatem accensi, inter alia Christianis ipsiq; Christo derogare cœperunt: illudentes Cruci, & spem in eo qui est crucifixus habentibus. Comprehendentes enim infantulum Christianum, alligatum cruci suspenderunt, & primum quidem deludebant & irridebant eum, postea uero correpti uæsania, ipsum infantulum uerberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira congressio inter eos atq; Christianos exorta est. Quod cum Princeps cognouisset, Prouinciarum iudicibus mandatum est, ut huiusmodi quærerentur authores, & punirentur: & hoc modo dignam ultionem malitiæ suæ receperunt.

Iudæorum
facinus cōs
tra Infans
tulū Chris
tianorū.

Quin illud etiam Iudæis & Paganis peculiare fuit, ut omnium seditionum causam & culpam in Christianos transferrent, etiam si alijs ex causis excitatarum: Sicut Iudæi Christum ipsum seductorem turbarum appellarunt. Et Tertullus Paulum Apostolum, coram Felice Præsidente accusans: Inuenimus, inquit, hunc hominem pestiferum, & concitantem seditiones omnibus Iudæis in uniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum.

Ioan. 7.

Act. 24.

Trip. lib. 6.

cap. 27.

Et Iulianus ille Apostata Imperator, Christianis interdixit peregrinis, ne uenirent Cyzicum, credens, quod religionis causa excitarent seditiones.

Et idem Iulianus Episcopos præcepit ciuitatibus expellere, quasi turbas facerent in populo, inter quos cum Titum quoq; Bostrensem Episcopum expellere iussisset, & ob id Titus libellum Principi obtulisset, in eò contestatus, quod inimica inter se esset turba Paganorum, & Christianorum, & se suadente Christianos à seditione quiescere. Imperator per hanc occasionem Tito inimicitias commouere studens, Bostrensibus scripsit. Titum eorum accusatorem

Trip. lib. 6.

cap. 28.

fuisse dicendo, ipsius monitis non sua uoluntate populum à seditione cessasse, propter quod & populo, ut eum uelut hostem expellerent, suadebat.

De seditionibus, quæ à populo ob Religionem in diuersas partes
scisso, propter alterutrarum partium Doctores & Præ-
latos concitantur, Caput XI.



Am & multarū sæpe seditionum causa fuerunt diuersa
populi studia & affectus, quibus erga Magistros &
Prælatos diuersarum Religionum, afficiuntur. Nam ita
fere fit, ut quemadmodum propter dissimilitudinē do-
gmatum & rituum, Religio ipsa diuiditur: ita populus
quoque propter diuersa Religionis studia, in diuersas partes scinda-
tur, & quam quisque Religionem & sectam sequitur, eius quoque Do-
ctorem colat atque ueneretur, impugnatorem uero hostili mente per-
sequatur. In huiusmodi enim dissensionibus, non solum Ecclesiæ Præ-
sules rationationibus inter se certant: sed etiam populus ipse diui-
ditur. Alij namque illi, alij isti consentiunt, ut de Alexandro Constan-
tinopolitano, et Eusebio Nicomediensi, & quibusdam alijs Episcopis
contraria fidei dogmata asserentibus, Ecclesiasticæ tradunt historiæ.

Ac primum quidem ad hoc genus referuntur seditiones, quæ ad
uindicandas iniurias, alterutrarum partium Prælati illatas, excitantur.

Qualis sane fuit, quæ Io. Chrysostomo à quibusdam aduersæ par-
tis Episcopis damnato, ac deinde à Principe quoque ipso in exilium
acto, à populo concitata fuit, de qua ita scribit Socrates in Trip. His,
inquit, ita præparatis, conuenientes Episcopi in suburbano Chalce-
donensi, quod Rufini nomine uocatur, ubi est in honorē Petri &
Pauli Apostolorum Basilica constituta, euocauerunt Ioannem, satisfi-
cturum pro quibus accusabatur, iusseruntque, ut cum eo uenirent Se-
rapion, & Tigrius eunuchus Presbyter, & Paulus Lector: Isti enim
simul accusabantur. Cunctique Ioannes euocantes uelut inimicos refuge-
ret, uniuersalem Synodum fieri proclamauit: At illi nihil morati, qua-
ter eum euocauerunt. Qui cum nolisset occurrere, sed Synodum fieri
proclamaret, damnauerunt eum, in nullo culpantes, nisi quod uoca-
tus nolisset obedire. Cunctique hoc fuisset circa uesperam nunciatum, po-
pulus ad maximam seditionem excitatus est, & noctu concurrentes,
eum trahi ab Ecclesia non sinebant, sed clamabant, ut apud manus
Conciliū de eo ageretur examen. Porro iussio Principis urgebat,
uelociter eum eijci, & in exilium deportari. Hoc cognoscens Ioannes
tertio damnationis die, circa meridiem seipsum populo ignorante
contradidit. Cogitabat enim, ne ulla propter illum seditio nascere-
tur: & ille quidem in exilium ducebatur. In populo autem seditio enor-
mis est exorta: ita, ut etiam multi inimicorum eius misericordia moue-
rentur, dicentes, eum calumniam passum, quem paulo ante desidera-
bant uidere depositum. Cæterum populo in huiusmodi seditione
discurrente, & ad ipsa Regalia proclamante, idem Ioannes denuo

Trip. lib. 1.
cap. 17.

Seditio
propter Io.
Chrysost.
excitata.
Tri. l. 10, c. 13.

ab

ab exilio reuocatus est. Augusta siquidem Eudoxia permota, rogauit Imperatorē, ut eum reuerti præciperet, quo reuertēte, & populo contendente, ut in Episcopali sede sederet, & orationem pacis præberet. Cum coactus sermonē ad populum fecisset, alia subinde inter Constantinopolitanū populum & Alexandrinum suborta seditio est. Finito siquidem sermone, Theophilus Alexandrinus Episcopus, inimicus Io. Chrysostomi, quæstionem de ordinatione Heraclidę contra eum mouit, ut Ioannē huius rei occasione deponeret. Verū Heraclides non aderat, iudicabatur aut uelut præsens, quasi quosdam iniuste cecidisset, cathenisq; uinctos misisset in pompā Ephesi per mediam ciuitatem. Cuncq; pars Ioannis diceret, auditorium debere iuste constitui, Alexandrini contendebant, ut Heraclidis accusatores susciperentur. Hinc ergo seditio & cædes inter Constantinopolitanum populum & Alexandrinū uehemens est exorta, ob quam rem pluri mi uulnerati, pauci etiam mortui sunt, ut in Tripartita tradit Socrates. Similis Constantinopoli tumultus propter Macedonum Catholicum Episcopum subortus est, quem cum Imperator Anastasius, Chalcedonensem Synodū anatematizare detrectātem, iniurijs affecisset: multitudines cum mulieribus & liberis, Abbatibusq; Orthodoxorum Monachorū congregatæ, conclamarūt. Tempus Martyrii Christiani: ne derelinquamus patrē nostrū iniurijs laceffere Imperatorē satagentem, ut Manichęum, & indignū Imperio. Quę seditio eo creuit, ut Imperator ostia pallatię claudere, & naues præparare ad fugiendum cogeretur. Autor Nicephorus. Eiusdem fere generis sunt seditiones, quę mortuis aut depositis alterutrarum partium Prelatis, suboriuntur. Fit enim sæpe, ut seditiones, quę uiuentibus diuersarū religionū Episcopis, quasi sub cinerib. sepultę occultātur: ipsedem mortuis, subito erumpāt, & in apertū producātur. Quod Leontio Arriano, Antiochenā Ecclesiam gubernāte, accidit. Quippe quo uiuente, etsi Arriani & Catholici in dicēdis Hymnis dissentientes, illi quidem Gloria Patri & Filio, uelut æqui honoris gloriam dicebant: hñ uero Patri in Filio per interpositionē præpositionis Filium secundum esse monstrabant, nec tamen tumultū aliquem mouebant: Tamen eo mortuo, quę antea latuerat, subito cōmota fuit seditio, quod & ipse uiuens diuinauerat. Nam tāgens caput suum iam canū, dixisse fertur. Hac niue soluta, lutū coget immensum. Omnium aut maxime in electionibus huiusmodi seditiones fiunt, in quibus scilicet pro diuerso partium studio & fauore, diuersa etiam suffragia in personas diuersarū religionū conferuntur. Sic mortuo Alexandro, Constantinopolitanę Præsule Ecclesię, cū populus in duas diuisus esset partes, aliq; defenderēt Arrianū dogma, aliq; uero Nicæni decreta Concilij: Arriani Macedonium, Catholici Paulum Catholicū elegerunt Episcopos, Ex qua dissensione orti sunt nō parui tumultus & seditio-

Alia propter eundē Io. Chryso. seditio.

Tri. li. 5. c. 14.

Tri. li. 4. c. 35.

Tri. li. 4. c. 25.

nes. Nam propter Macedoniū Constantinopoli ortū est intestinum bellum, cū multi sanguinis effusione, qua re motus Constantius Imperator, & ipse Arrianus, Paulum Ecclesia pepulit, unde alia excitata seditio est. Quippe Hermogene magistro militū ad hoc ab Imperatore destinato, Paulum manu militari expellere conāte, Catholici ei resistētes, eius domū incēderūt, ipsumq; trahētes, interemerūt. Arriani uero Paulū tanq; seditionis auctorē, ad periculū usq; mortis perduxerūt. Quin & Macedonius ipse, uicinas Constantinopolitanęurbis puincias & ciuitates seditionib; turbauit, affligens eos, q; ei assentire uolebāt, nō solum Orthodoxos, sed etiā Nouatianos, ppter ea q; Cō substantialitatis nomen recipiebāt. Sic apud Mediolanū, mortuo Auxentio Arriano Episcopo, dissensio grauis, & periculosa seditio inter Catholicos & Arrianos orta fuit, ut exitium etiam urbi, nisi mitigaretur, parare uideretur. Nam Arriani Auxentię secta similem sibi fieri concertabant: rursus Orthodoxi sui dogmatis nitentur habere Episcopum. At ea seditio diuo Ambros. in Episcopū electo, facile sedata fuit, non solum quia multa antea secundum leges & publicā disciplinā, pro quiete & trāquillitate publica orauerat: sed etiam quia populo postulante, Episcopus ordinabatur. Cuius unius auctoritas, qua apud populum ualebat, tantū effecit, ut animi dissentietes subita quadam conuersione in unum consensum unāq; sententiā, fuerint reuocati. Similis seditio apud Antiochiam orta est, Eustachio Catholico Episcopo per calumniam Arrianorū deposito. Nam in electione Episcopatus, tātus ignis accensus fuit, ut pene ciuitas uniuersa periclitari uideret, nimirū populo in duas partes diuiso, alijs quidem Eusebium Palestinę transferri contendentibus: alijs autē postulantibus, ut Eustachius reuerteretur. Erat enim in utraq; parte & populus ciuitatis, & militaris manus, et tanq; aduersus hostes ira cuncti mouebāt, ut pene usq; ad gladios peruentū fuerit. Quin ppter ipsas etiā translationes Episcoporū, sepe tumultus & seditiones excitantur: quas ut euitarent, ueteres etiam lege Canonica sanxerunt, ut ne de ciuitate in ciuitatē, nec Episcopum, nec Presbyterū, nec Diaconū, transferri liceret. Sic & Gaiano Alexandrino Episcopo, iussu Theodorę Augustę deposito, & à Narsete in exilium missio, ac Theodosio in eius locum suffecto, magna seditio orta fuit, paucis quidem Theodosio cōmunicatib; maiore autē parte populi pro Gaiano pugnāte. In qua multi occisi sunt, nō solum ciues, sed etiam milites, mulierib; etiam in milites grafsantibus: De superioribus n. domorū iactarūt super milites, quicquid manibus occurrerat. Quo schismate ciuitas ipsa longo etiā post tempore diuisa fuit, ut alij Gaianite, alij Theodosiani in ea uocaretur: Id est, Phantasiaste & Corrupticolę, à duabus uidelicet sectis ita appellati, quas Seuerus & Iulianus introduxerant, quorū ille corpus Christi corruptibile: hic uero incorruptibile esse affirmabat.

Hij

Trip. li. 5. c. 32.

Ruff. li. 11. Ec. hist. c. 11.

Tri. li. 7. c. 8.

Trip. li. 2. c. 25.

Carth. Sexti. c. 15.

Liberatus in Breuiar. c. 20.

Liberatus in Breuiar. c. 19.

Hi igitur uenientes in multitudine, ciuitatis Ecclesiam illam diuiserunt, & illos quidem fecerunt Corrupticolas: incorruptibilitatis autem assertores, Phantasiastas appellari.

De seditionibus, quæ propter negligentiam eorum, qui præsumunt rebus publicis, oriuntur, Caput XII.



Am & negligentia eorum, qui Respub. administrant, multarum sæpe seditionum causa fuit. Est autem Negligentia earum rerum, quæ ad uniuscuiusque officium pertinent, prætermisio. Quemadmodum in ordine Ecclesiastico Pontifices, & Prælatos recte negligentes appellabimus, qui nec honestam, & ordini suo conuenientem uitam ducunt: nec oues sibi commissas, quo minus à lupis in ouile irrumpentibus diripiantur, curant & custodiunt. Nec uerbo Dei & Sacramentorum pabulis reficiunt, & mercenarijs magis, quam fidelibus pastoribus, eas pascendas committunt. Sic & prophanos Magistratus negligentes uocabimus, qui nec iuste & honeste uiuunt ipsi, nec sibi commissis subditis iustitiam administrant: Id est, non id curant, ut suum cuique tribuatur pro cuiusque dignitate, & ut honeste uiuatur, & ne cui noceatur, sed communi utilitati seruiatur: Et ne boni à malis opprimantur. Tum curam etiam administrationis suæ, sæpe pessimis etiam hominibus committunt, ut ab his regi potius, quam regere ipsi uideantur. Quales olim inter Romanos Principes fuerunt, Tiberius, qui se atque Rempublicam unius Seiani hominis facinorosissimi permisit. Et Sergius Galba trium arbitrio regi se passus est: Iunij, Legati eius in Hispania cupiditatis immensæ: Cornelij Laconis, arrogantia socordiamque intolerabilis: & Iceli Libertii. His namque diuerso uitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit, & tradidit, ut uix sibi ipsi constaret: modo acerbior partiorque, modo remissior ac negligenter, quam Principi conueniret. Et Honorius Imperator eadem facilitate, ne dicam leuitate, Reipublicam moderationem Ruffino, Malvezari, & Suliconi concedidit, qui quanta apud Principem autoritate ualuerint, Panegyrici Claudiani Poëtæ in ipsos compositi declarant. Sed quanto maiora à Principe beneficia acceperunt, tanto deinde in ipsum facti ingrati, grauiores poenas pependerunt. Siquidem Ruffino, cui Orientalis aula à Theodosio Honorij patre commissa fuerat, malo perfidia deprauatus, cum barbarorum solatijs regnum tentaret inuadere, morte iustissima poenas luit. Malseltzer rerum secundarum insolentia tumens, quia Ecclesiam Dei temerare ausus fuerat, ex qua quosdam non dubitauit extrahere, sacrilegij poenam passus, post aliquantulum temporis & ipse perijt. Sulico quoque Occidentis tutor Imperij, immemor collaborum in se à Principe beneficiorum: immemor item affinitatis (nam socer erat Honorij) regnum & ipse Eucherio affectus filio, in gratia Reipublice, intulit mala, propter quod & ipse miserabilem exitum sortitus est. Possem & alia huius rei ueterum, & quedam etiam non ita procul à memoria nostra

Quid negligentia.
Prælati negligentia.

Magistratus negligentia.

Cornel. Tac.
Suet. in Sergio Galba.

Paul. Diac. II.
9. Re. Ro.

Vindicta in Ruffino & Sulico.

remota exempla afferre, sed quæ malo historiarum studiosis, & præsentium quoque temporum observatoribus inquirenda relinquere. In his igitur & similibus rebus qui inertes & desides sunt, eos nemo dubitat officijs suis deesse, atque ob id merito etiam negligentes appellari. Nam quod ad Ecclesiasticos attinet, non implent, quam eis Apostolus imponit curam, dicens. Attendite vobis & gregi uestro, in quo uos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Sic nec prophani Magistratus præstant, quod scriptura eos admonet. Diligite (inquiens) iustitiam, qui iudicatis terram. Et iterum. Facite iudicium & iustitiam, et liberate ui oppressum de manu calumniatoris: & adueniam, & pupillum, & uiduam, nolite contristare, neque opprimatis inique. Sed nec eorum negligentiam dissimulat scriptura, siquidem negligentes sacerdotes arguens Propheta. Non ascendistis, inquit, ex aduerso, neque posuistis uos murum pro domo Israël, ut staretis in prælio in die Domini. Et ad Reges, Principes, & Magistratus prophanos dicitur. Præbete aures uos, qui continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum. Quoniam data est à Domino potestas uobis, & uirtus ab altissimo, qui interrogabit opera uestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum uoluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsumunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.

Primum igitur ad hoc genus pertinet seditiones, quas ex controuersijs religionis nasci paulo ante demonstrauimus. Cuiusmodi sunt hereses & schismata, & quæ ex his excitantur, turbæ & tumultus. Nam

Matth. 13.

inde hereses & schismata oriuntur, iuxta parabolam Euangelicam: Quia dormientibus Prælati, & ea, quæ ad diligenter culturam agri Domini pertinent, negligentibus, uenit inimicus diabolus, & superseminat in medio tritici, id est, Catholicorum zizania, quæ sunt hereses & schismata, ut sancti patres interpretantur. Sicut enim Arriana hæresis, ut Constantini Principis diligentia in Concilio Nicæno damnata atque suppressa fuit: Ita negligentia Constantij in immensum aucta, totum prope orbem turbauit, atque deuastauit. Ex cuius reliquijs, longo post tempore perniciosissima quoque Mahumeti secta orta est, quæ & ipsa hodie magnam orbis partem detinet. Sic Eutichiana hæresis negligentia Theodosij Iunioris, in Concilio illo Latrocinali Ephesino Secundo (Sic enim à diuinissimo Leone appellatur) tantum uirium collegit, ut etsi diligentia Martiani Imperatoris in Concilio Chalcedonensi postea sopita fuerit: tamen multo post tempore, quantalibet succedentium Patrum & Principum diligentia & prudentia, radicitus extirpari non potuerit. Quippe quæ ad Iustiniani usque tempora durauit, qui & ipse unam cum coniuge Theodora ab initio Eutichiani fuerunt,

Eutichiana
hæresis.

fuerunt,

fuerunt, ut Ecclesiasticæ tradunt historiæ. Et Vuentzeslai negli-
gentia Husitica hæresis in Bohemia, non solum nata, sed ira etiam
confirmata est, tantūq̄ roboris accepit, ut tametsi in Concilio Con-
stātiensi, ante annos plus minus centū & triginta, damnata fuerit, ta-
men hodie etiam maiorem Bohemici Regni partem occupet: quam
& ipsam nostris temporibus (incertum Pontificū, ne an Principum
negligentia) de nūo recrudescentem, non solum in Germania, sed in
ceteris etiam Christiani orbis Regnis & Nationibus, quā latissime
diffusam ac propagatam esse uidemus. Quanquam hæc ipsa, ut cæte-
ræ quoq̄ hæreses & schismata, ad Prælatorū magis Ecclesiasticorum,
quā secularium Potestatum negligentiam referri possint. Nam ex
eo maxime hæreses & schismata in Ecclesia oriuntur, quod Pōtifices
& Prælati Cōcilia tam uniuersalia q̄ localia, cōgregare atq̄ celebrare
negligunt. Nam ut hæreses & schismata omnīū maxime Conciliorū
autoritate extirpantur: Ita eorundē intermissione & nouę nascuntur,
& iam natę latius etiam propagantur. Ex qua sane causa cū multę alię,
num & illa ipsa, quam dixi, Husitica, & ante eam Vuiclephica, hære-
ses, & primū natę, & postea auctę ac propagatę, & ex his alię quoq̄
subortę fuerunt: quas ut Conciliorū intermissio olim peperit, ita ho-
die nihil aliud quā Conciliorū quoq̄ authoritas abolere potest.
Sed & propter facilitatē & negligētiam Principū & Magistratum
secularium, in his rebus, quę ad prophanarū rerū administrationem
pertinēt, seditiones oriuntur. Cuius rei multa apud historicos extant
exempla, sed inter quę magis insigne est, cuius antea quoq̄ memini-
mus, quod sub Gallieno Principe accidit: quo scilicet gubernacula
Imperij tenente, propter ipsius tum uitę morūq̄ prauitatē, tum iner-
tiam & negligentiam, triginta simul Tyranni diuersas Imperij pro-
uincias per rebellionē occuparunt. Omnium autē maxime seditio-
nes ex eo oriuntur, quia Magistratus, tam Ecclesiastici quā secula-
res, in coërcendis subditorū delictis sunt negligentes. Nam generali-
ter inferiorū culpæ ordinum, ad nullos magis referendæ sunt, quā
ad desides negligentesq̄ Rectores, qui multam sæpe nutriunt pesti-
lentiam, dum austeriorē dissimulant adhibere medicinā. Quemad-
modum inter Tribum Benjamin, & alias Tribus Israēl, maxima &
eadem cruenta seditio orta est. Quia Tribus Benjamin homines
suos de Gabaa, propter immanissimū scelus, quod in uxorē Leuitę
perpetrauerāt, punire detrectarunt. Postremo ad idem genus re-
feruntur seditiones, quę ex populi negligentia oriuntur. Veluti si ad
Magistratus & summas Potestates in Repub. assumi permittat, qui
non sunt amici status eius, per quem Respublica gubernatur: Ac
per eum modum apud Horem euersa est paucorū gubernatio per
Heradeodorū, qui Magistratū, natū gubernationē ciuitatis, ex pau-
corum potentia ad popularē statum traduxit, ut Aristot. testatur.

Husitica
hæresis.Cōciliorū
intermissio
noxia.Gallieni
Imp. ne-
gligentia.c. inferiorum
86. dist.
Iudic. 10.

lib. 5. pol. 5. 7.

De alijs



Vnt & multæ aliæ seditionum causæ, quas omnes longum esset enumerare: nos aliquas tantum, quas quotidiana nobis historiarum lectio suggessit, sed promiscue tamen & nullo certo ordine, quatenus ad præsentem tractatum pertinere uidebitur, his, quæ Aristotelem sequuti, de causis seditionum or-

Tit. Liius li.
4. ab urb. cond.

Verbum
stolidum
seditionem
parit.

Val. Max. lib.
9. cap. 3.
Tit. Liius li.
2. ab urb. cond.

T. Liius lib.
8. sec. bel. pun.

Cor. Tac. li. 1.
August. hist.

Seditiones
casu exorte

Trip. li. 5. c. 31.

dine iam commemorauimus, uelut Auctarij uice adijciemus. Ac primū quidem inter militares seditiones quædam ob fractam & mutatam fidem eorum, qui ducunt exercitus, oriuntur. Sic militibus Volas oppugnantibus, cum Tribunus militum, eam prædam militis fore edixisset, sed oppido expugnato fidem mutasset, aduersus eum seditio concitata est. Sic & ob eiusdem stolidam & uercedem acerbius in concione prolatam uocem, magna inter milites oborta seditio est. Nam Festo Tribuno plebis legem Agrariam ferenti, simul Volas quoque ut mitterentur Coloni laturū se dicenti, cum dixisset, Malum quidem militibus meis, nisi quierint: maximā ea uox in castris indignationē cōmouit. Vnde & Questor P. Sestius cōercere seditionem uolēs, saxo ictus turba excedere coactus est. Et Posthumius ad hunc tumultum accitus, asperiora omnia questionibus & supplicijs agens, nec iræ modum faciens, ita militum exasperauit animos, ut Tribunus militum, qui tumultum stolidam sua uoce excitauerat, ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. Quanquam hæc seditio ad contumeliam etiam referri possit, de qua supra diximus. Quia milites ob id contumelia sibi affecti uidebantur, quod ager Nolanus, quem armis cepissent, eis à Tribuno denegatus uideretur. Cui haud dissimilis est, qua exercitus in Fabium Consulem, ut eius Imperio reluctaretur, cōmōtus est. Siquidem memor legem Agrariam ab eo impeditā, cum hostium copias & tuto & facile delere liceret, immobilis persistēs, neutiquam uincere uoluit. Titus Liius ex licentia, diutino ocio collecta, ait ortam seditionē, eam quam nunciata morte Scipionis, C. Albius Calenus, & C. Actius Umbrius, sub hoc prætextu commouerunt, quod stipendium nō esset militibus ad diem datum. Similem ferè, & ex eadem causa ortam, narrat Cornelius Tacitus sub Germanico. In ea siquidē milites lasciuiæ sueti, & laborū intolerantes, uenisse tempus atebant, quo Veterani maturā missionē, Iuuenes largiora stipēdia, cunctū modū miseriarū exposcerēt, sequitiamque Centurionū ulciscerentur, & eiusdem generis alia multa uociferabantur. Casu quoque oriuntur seditiones, quando uidelicet nulla intercedente deliberatione aut Consilio, sed incidente improviso aliquo casu, ad discordias & tumultus peruenitur. Qualis est, quam Socrates in Tripartita, ex huiusmodi causa subortam esse narrat. Domus (inquit) in qua erat

arca,

arca, Constantini Principis corpus habens, ruinaſſi minabatur. Ideoq; custodes eius, & qui ad orationem intrabant, erant poſiti ſub timore. Macedonius ergo cogitauit Imperatoris oſſa transferre, ne arcam ruinae caſus comprimeret. Hoc cognoſcentes populi prohibebant, dicentes. Non oportere Principis oſſa transferri, ne quali exſopiri uiderentur. Ob quam rem in duas partes populus eſt diuiſus, alijs dicentibus, nullam eſſe translato mortuo leſionem, alijs aſſerentibus eſſe nephas: cum quibus etiam erant ^{duorum} defenſores. Macedonius autem paruipendens uerba contradicentium, tranſtulit corpus Imperatoris in Eccleſiam, ubi corpus iacet Martyris Achatij. Quo facto, concurſus diſcordantium populorū ad illam uenit Eccleſiam, & ad manus uſq; peruentum eſt: ita, ut multi hominum morerentur, & ueſtibus Eccleſiae ac uicina porticus ſanguine completeretur. Eiuſdem generis eſt, quam propter nuptias duorum iuuenū ortam fuiſſe, ad hunc modum narrat Lilius. Inter duos (inquit) iuuenes unius uirginis nuptias ambientes, uirgo erat Plebeiſ generis, hanc duo iuuenes uxorē exp̄tuerunt: alter genere par, tutoribus fretus, qui & ipſi Plebeiſ erant. Alter nobilis, nulla re, praeterq; forma puellae captus, Optimatiū ſtudijs adiutus. Itaq; certamen partium in domum puellae peneirauit, matre partes nobilis tuente, quae quam ſplendidisſimis nuptijs iungi puellam uolebat, tutoribus ſuum defendentibus: Res in iudicium deducta, matris & tutorū poſtularis auditis, Magiſtratus ſecundū parētis arbitrium, dant ius nuptiarum, praualuit uis alterius partis, Nam manu facta, uirginē ex domo matris rapiunt. Iuuenē alterū copia Optimatiū ſequitur, quibus concurrentibus, fit atrox praelium, pulſa plebs armata ex urbe profecta, colle quodam capto, in agros Optimatiū ferro igniq; excuſiones facit, urbē obſidere parat: Optimates in auxilium urbis obſeſſae Romanos uocāt. Plebs ad expugnandam ſecum Ardeam Volſcos excuere, quam obſidentibus Volſcis, Conſul Romanus exercitū contra eos ducens, omnes ad internicionē deleuit, uix nuncijs caedis relictis. Et ad hunc modum ea primū caſu excitata, deinde non paruo negotio extincta fuit ſeditio. Ariſtoteles nonnuncq; ſitū ciuitatū, ſeditio-

Tit. Lilius li,
4. ab urb. cōd.

lib. 5. pol. c. 38

lib. 22.

conſentit,

Trip. lib. 11.
cap. 12.

consentit, quod Socrates in Tripartita scribit. Alexandrinorum populum plus quàm alias generationes seditionibus deditum fuisse. Appianus, in eo libro, qui Syrus inscribitur, narrat Magos Seleuco Regi de fortuna urbis Seleuciæ à se condendæ consulenti, de die & hora fundamentorum urbis respondisse. Sunt etiam, qui Romam fataliter seditiosam fuisse tradant, idq; mali à prima statim fraterna seditione, Romuli & Remi, in posteros quoq; descendisse. Quod Poeta hic carminibus significare uidetur.

Horatius libro
Epođo ode 7.

Quoquo scelesti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
Parum ne campis, atq; Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non ut superbas inuidæ Carthaginis
Romanus arceis ureret,
Intactus aut Britannus ut descenderet
Sacra catenatus uia:
Sed ut secundum uota Parthorum, sua
Urbs hæc periret dextera.
Neq; hic lupis mos, nec fuit leombus
Vnquam, nisi in dispar feris.
Furor ne cæcus, an rapit uis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Mentesq; percussæ stupent.
Sic est, acerba fata Romanos agunt,
Scelusq; fraternæ necis,
Ut immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

e. sciscitaris 7.
q. 1.
Euseb. lib. 2.
c. 6. Eccles.
historia.

Iam & propter peccata nostra Deus seditionibus nos, alijsq; persecutionibus affligi permittit. Sicut à Iudæis ex eo tempore, quo Christum crucifixerunt nunquam seditionum furor recessit, nunquam bella mortescq; cessarunt, donec eos ultimum & exitiale malum obsidionis temporibus Vespasiani includit.

Nimiam

Nimiam foelicitatem, esse causam seditionum,

Caput XIII.



Vitæ & uariæ à nobis seditionum causæ enumeratæ sunt: sed quæ ad unam omnes, à qua ueluti fonte quodam deriuantur, referendæ uidentur, ea nimium est nimia foelicitas. Nam & luxus, auaritia, ambitio, contemptus, præpotentia, incrementum excessuum, negligentia, dissimilitudo, prauis mores, atq; aliæ eiusdem generis seditionum causæ, ab una illa, quam diximus, nimia foelicitate descendunt.

Præcipua
seditionū
causa, Ni-
mia est foel-
licitas.

Porro foelicitatem uocamus, non eam, quæ in usu Iustitiæ, Prudentiæ, Fortitudinis, Temperantiæ, aliarumq; uirtutum consistit: Sed quam uulgus ex uniuscuiusq; uiuendi modo & uoluntate æstimat, alijs quidem in uoluptate, alijs in diuitijs, alijs in honore, alijs in alijs similibus rebus, foelicitatem ponentibus.

Quid hic
foelicitas
dicitur.

Etenim quæ prioris generis foelicitate gaudet Respublica, à discordijs & seditionibus immunis est. Nam ad hunc modum Respublica tum foelix esse dicitur, quum res populi bene & iuste geritur, siue ab uno Rege, siue à paucis Optimatibus, siue ab uniuerso populo. Iustitia siquidem uirtus est, qua concordia, arctissimum atq; optimum omnium in Republica uinculum incolumitatis, conseruatur. Cum uero iniustus est Rex, quem Tyrannum appellamus, aut iniusti Optimates, quorū consensus factio esse dicitur, aut iniustus ipse populus, quem & ipsum Tyrannum appellare possumus: non solum non foelix, sed nulla etiam Respublica esse dicitur. Quia neq; res populi esset, quæ non iuste geritur, sed Tyranni factione capessitur. Immo nec populus quidem esset, qui non esset cæcus iuris consensu, & utilitatis communione sociatus.

Iustitia est
uinculum
concordiæ
in Repub.

Ac talis quidem Respublica Romanorum fuit, primum sub Regibus, ac deinde multo etiam tempore sub Consulibus: qua tempestate (ut scribit Salustius) omnes laudis auidi, pecuniæ liberales erant. Gloriam ingentem, diuitias honestas uolebant, boniq; mores domi militiæq; colebantur. Concordia maxima, minima auaritia erat: apud quos ius bonumq; non legibus magis, quàm natura ualebat. Iurgia, discordias, simultates cum hostibus, exercebant: Ciues cum ciuibus de uirtute certabant. Duabus his artibus, audacia in bello: ubi pax euenerat, æquitate, seq; remq; publicam curabant.

Respub.
Ro. sub
Consulib;
optima.

Huic contraria est foelicitas, quam posterioribus temporibus Romani in diuersum mutatis moribus constituerunt. Nam (ut idem Salustius ait) postquam labore atq; iustitia Respublica creuit, Reges magni bello domiti, nationes fere & populi ingentes, ui-

Foelicitas
Rempub.
destruit.

subacti: Carthago, æmula Imperij Romani, à stirpe interijt. Cuncta maria terræq; patebant: sequere fortuna cœpit: qui labores, pericula, dubias atq; asperas res facile tolerauerant, ijs ocium diuitiæq; optandæ, alijs oneri miseriq; fuere.

Auaritia et
ambitio
duæ pestes
Reipub.

Igitur cupido pecuniæ primo, deinde Imperij creuit: ea quasi materies omnium malorum fuere. Namq; auaritia fidem, probitatem, cæterasq; bonas artes subuertit: pro his superbiam, crudelitatem, Deos negligere, omnia uenalia habere, edocuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore, aliud in lingua promptum habere: amicitias inimicitiasq; non ex re, sed ex commodo æstimare, magisq; uultum, quàm ingenium bonum habere. Hæc primo paulatim crescere, interdum uindictari: post, ubi contagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas est immutata, Imperium ex iustissimo atq; optimo, crudele intolerandumq; factum est: Auaritia & ambitio hominum animos exercebant. Postquam igitur diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, Imperium, potentia, sequebantur: hebescere uirtus, paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria atq; auaritia cum superbia inuasere, rapere, consumere: sua paruipens dens, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atq; humana promiscua, nil pensi atq; moderati habere. His igitur moribus infecta Respublica, quid mirum, si aliam quoq; cum his consentientem felicitatem, si modo in sceleribus felicitas esse potest, proponendam sibi putauit. Sed age, audiamus iã qualis omnino sit ista felicitas, cuius imaginem ad hunc ferè modum referunt, qui eam colunt, ut scribit Augustinus. Nullo modo curamus, inquiunt foelices illi, pessimam ac flagiciosissimam non esse Rempublicam: Tantum stet, tantum floreat copijs referta, uictorijs gloriosa, uel quod est foelicus, pace secura sit. Et quid ad nos? Immo id ad nos magis pertinet, si diuitias quisq; semper augeat, quæ quotidianis effusionibus suppetant, per quas sibi etiam infirmiores subdat quisq; potentior.

+ securitatis.

Vita uoluptuosa.

Obsequantur diuitibus pauperes causa + saturitatis, atq; ut eorum patrocinijs quæta inertia perfruantur, diuites pauperibus ad clientelas & ad ministeriũ sui fastus abutantur. Populi plaudant non Consultoribus utilitatum suarum, sed uoluptatum largitoribus. Non iubeantur dura, non prohibeantur impura. Reges non curent quàm bonis, sed quàm subditis regnent: prouinciæ Regibus non tãquam rectoribus morum, sed tanquam rerum dominatoribus, & deliciarum suarum prouisoribus, seruiant, eosq; non synceriter honorent, sed nequiter ac seruiliter timeant. Quid alienæ uitæ potius, quàm quis suæ uitæ quisq; noceat, legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudices, nisi qui alienæ rei, domui, salutis, uel cuiquam inuito fuerit importunus, aut noxius. Cæterum de suis, uel cum suis, uel cū quibus-

cunq;

cunq̄ uolentibus, faciat quisq̄ quod libet. Abundent publica scorta, uel propter omnes, quibus frui placuerit: uel propter eos maxime, qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissimæ atq̄ ornatisimæ domus, ubi opipara conuiuia frequententur, ubi cuiq̄ libuerit, & potuerit, die noctuq̄ ludatur, bibatur, uomatur, defluatur.

Saltationes undiq̄ concrepent, theatra inhonestæ latitiæ uocibus, atq̄ omni genere, siue crudelissimæ, siue turpissimæ uoluptatis exæstuent. Ille sit publicus inimicus, cui hæc fœlicitas displicet. Quisquis eam mutare uel auferre tentauerit, eum libera multitudo auertat ab auribus, euertat à sedibus, auferat à uiuentibus. Illi habeantnr Dñ ue-ri, qui hanc adipiscendam populis procurauerint, adeptamq̄ serua-uerint. Colantur ut uoluerint, ludos exposcant, quales uoluerint, quos cū suis, uel de suis possunt habere cultoribus: tantum efficiant, ut huic fœlicitati nihil ab hoste, nihil à peste, nihil ab ulla clade timeatur.

Hæc est igitur fœlicitas illa, ad quam omnes seditionum causas referri dicebamus, & id non omnino mala ratione. Nā quæ isto modo fœlix est Respublica, diuitijs quidem abundat, in ocio delitiatur, uoluptatibus indulget, uictorijs gloriosa, & ab hoste externo secura dominatur: Verum his rebus ciuium moliti atq̄ corrupti animi, in ea uitia prolabantur necesse est, quibus ad discordiam, contentiones, & seditiones prouocantur. Etenim uoluptatem luxus, luxum auaritia, auaritiam iniqua lucra & ambitio, & quæ sunt reliqua eiusdem generis, comitantur, ex quibus enasci seditiones, supra demonstrauimus. Sed & ocium & securitatem, multa mala sequuntur.

Et in primis uitijs insuescunt, qui in ocio degunt. Quemadmodum exercitus L. Syllæ, quem in Asia ductauerat, ubi loca amœna, uoluptaria, feroces militum animos mollitauerant: tum primum insueuit amare, potare: signa, tabulas pictas, uasa cælata mirari, ea priuatim & publice rapere, delubra spoliare, sacra prophanaq̄ omnia polluere, ut Salustius scribit. Sic & Hannibalis exercitum, quem post Cannensem pugnam Capuæ hybernans, in tectis habuit, aduersus omnia humana mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum & insuetum: quem nulla uis mali uincere potuit, nimia bona ac uoluptates immodicę, somnus, uinū, epulę, et scorta, balneaq̄ et ocium, perdiderunt: & ita corpora animosq̄ eneruauerunt, ut magis deinde præteritæ uictoriæ eos, quàm præsentis tutarentur uires, ut Liuius testatur. Ideoq̄ negocium populo Romano, melius quam ocium committebatur, ut Appium Claudium dicere solitum accepimus. Non quod ignoraret, quàm iucundus tranquillitatis status esset, sed quod animaduerteteret, præpotentiâ Imperia agitatione rerum ad uirtutem capeffendam agitari, nimia quietem desidia resolui. Et recte subdit. Sane negocium horridum nomine ciuitatis nostræ mores in suo statu cōtinuit: blādę appellationis quies plurimis uitijs resperfit.

Fœlicitas
terrena.

Corrupti
delitijs mi-
lites.

Salust. de con-
iuratione Cati-
line.

T. Liuius li. 3.
secundi belli
Punici.
Val. Max. lib.
7. c. 1.

K ij Ex



Lib. 3. c. 12.
Epitomes.

Ex hac igitur foelicitate nimia, omnes prope ciuiles Romanorum diffensiones enatae sunt. Quod & Lucius Florus testatur his uerbis. Hæc est, inquit, illa tertia ætas populi Ro. transmarina, qua Italia progredi ausus, orbetoto arma circūtulit. Cuius ætatis superiores centū anni sancti, pijs, et aurei, sine flagitio, sine scelere, dum syncera adhuc, & innoxia pastoris illius sectæ integritas, dumq; Pœnorū hostium imminens metus, disciplinam ueterem continebat. Postremi centum, quos à Carthaginis, Corinthi, Numantiaq; excidijs, & Attali Regis in Asiatica hæreditate, deduximus in Cæsarem, & Pompeium, sequutumq; hos, de quo dicemus, Augustum, ut claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri & erubescendi.

Quippe, sicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, uberrimas ualidissimasq; prouincias, Armenios etiam, & Britannos, ut non in usum, ita ad Imperij speciem magna nomina acquisisse pulchrum atq; decorum: ita eodem tempore dimicasse domi cum ciuibus, socijs, mancipijs, gladiatoribus, totoq; inter se Senatu, turpe atq; miserandum.

Nimia potentia Rem pub. corripit.

Ac nescio, an satius fuerit populo Romano, Sicilia & Africa contentum fuisse, aut his etiam ipsis carere dominati Italia sua, quam eò magnitudinis crescere, ut uiribus suis conficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit, quam nimia foelicitas? Syria prima nouita corrupta. Mox Asiatica Pergameni Regis hæreditas. Illæ opes atq; diuitiæ afflixere sæculi mores, mer samq; uitijs suis, quasi sentina Rempublicam pessundedere. Vnde enim populus Romanus agros et cibaria flagitare, nisi per famem, quam luxus fecerat? Hinc ergo Gracchana, & prima, & secunda, & illa tertia Apuleiana seditio. Vnde ut regnaret de iudiciarijs legibus diuulsus à Senatu Eques, nisi ex auiditia: ut uectigalia Reipublicæ, atq; ipsa iudicia in quæstu haberentur? Hinc rursus & promissa ciuitas Latio, & per hoc arma sociorum.

Vnde enascuntur bella.

Quid autem bella seruilis: unde nobis, nisi ex abundantia familiarium: unde gladiatorij aduersus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis fauorem effusa largitio? Quum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit. Iam ut speciosiora uitia tangamus, nonne ambitus honorum ab hisdem diuitijs incitatus? Atq; inde Mariana, inde Syllana potestas: aut magnificus apparatus conuiuiorum, & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia, paritura mox egestatem? Hæc Catilinam hostem patriæ suæ impegit.

Deniq; illa ipsa Principatus & dominandi cupido, unde, nisi ex nimijs opibus uenit: Hæc Cæsarem atq; Pompeium, furialibus in exitium Reipublicæ facibus armauit.

Quibus

Quibus modis seditiones, per fraudes seditiosorum collectis coactisque in eorum societatem hominibus, augeantur atque corroborentur? Cap. XV.



Actenus de causa efficiente Principali seditionum dictum est: Reliquū iam est, ut de Instrumentali dicamus. Porro Instrumentalem accipimus media, quibus uelut instrumentis quibusdam seditiones non solum excitantur, sed etiam augentur atque corroborantur. Quemadmodum autem in cæteris rebus duobus modis, id est, aut uis, aut fraude fit iniuria, ut inquit Cicero: Ita & duo sunt media, quibus seditiones exercentur, Vis & dolus, ut scribit Aristoteles. Vis infertur uel statim ab initio et inconsulto, glisciente iam seditione: uel ex interuallo & consulto. Ab initio & inconsulto, ut quoties tumultus subito & casu oriuntur. Ex interuallo & consulto, ut quæ preparata aliquanto tempore seditione, & interueniente deliberatione aliqua, irrogatur. Fraus duplex est: quædam enim in congregandis cogendisq; ad corroborandam seditionem hominibus concipitur. Quædam uim infert his, qui seditiosorum conatibus resistunt, uel inferendam illatam ab eisdem repulsat. Vis in armis: Dolus in fraudulentis consilijs, uersatur. Fraus quasi uulpeculæ: Vis leonis uidetur. Vtrunq; alienissimum ab homine est, sed fraus odio digna maiore, ut idem ait Cicero. Ad primum igitur genus fraudis pertinent consilia, quibus id agunt seditionum authores, ut quas parturiunt seditiones, & maturius enascantur, & natæ uberius crescāt, augeantur, & quam latissime propagentur. Ea rursus duplicis sunt generis. Nam quædam occulte, quædam aperte capiuntur. Prioris generis sunt, clandestinæ consultationes, & occulta colloquia, quibus singulorum animos pertentant, & multorum exploratis ingenijs, eos sibi societate iungunt. Quos & ipsos à moribus suis minime abhorrentes, dissensionum studiosos, & ad excitandos tumultus idoneos esse depræhenderint, homines uidelicet sceleratos, callidos, & uersutos, & ad quiduis audendum promptos & imperterritos. Alterius generis sunt, deliberationes, quæ uel secessione in loco aliquo abdito, uel in publicis conuentibus fiunt, in quibus collecta iam multitudine, per eos, qui prudentia aliqua & eloquentia cæteris præstare uidentur, causam, quam occulte antea deliberarunt, publice cognoscendam proponunt: quam & argumentis ad eam rem pertinentibus confirmant, & quæ sunt his contraria confutant. Omnium autem maxime legum, & qui earum ministri sunt, Magistratuum auctoritatem denunciant: rati nimirum, hac ipsa tanquam scelerum suorum uindice sublata, nihil superesse, quod eorum conatibus obistere possit. In quibus omnibus, nihil etiam eorum omittunt, quæ

Causa Instrumentalis seditionum.

Vis. Lib. 5. Politicorum c. 4.

Fraus duplex.

Clandestina consultationes seditiosorum.

Opprimere legum et Magistratum Auctoritatem.

K ij ad



Confilia
ad Seditio-
nes.

Salust. de con-
iur. Catilinæ.
Idonei ad
seditiones
socij.

Iuuenes à
Catilina il-
lecti.

Oratio Ca-
tilinæ ad
suos in ab-
dito loco.

ad concitandos affectus eorum, apud quos causa agitur, quatinus ratione pertinere uidentur. Si quid enim fauorabile, inuisum aut miserabile in re est, aut uideri potest; id totum ante oculos ponunt, nunc metum inuenientes, nunc inuidiam, odium, iram concitantes, nunc ad commiserationem commouentes, & lachrymas etiam ipsa oratione excutientes. Postremo, quo firmior inter eos constet fides, & semel contracta conspiratio, iuris quoque iurandi religione eam ipsam confirmant. Verum, quo clarius hæc omnia cognoscantur, exemplis quoque ea ipsa probanda uidentur. Catilina seditionem aduersus patriam meditatus, primum omnium societatem cum pessimis quibusque hominibus contraxit. Nam quicumque impudicus, adulter, Ganeo, alea, manu, uentre, pene, bona patria dissipauerat: quicumque es alienum grande conflauerat, quo flagitium et facinus redimeret. Præterea omnes undique parricidæ, sacrilegi, cuncti iudicij, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc, quos manus atque lingua periurio, aut ciuili sanguine alebat. Postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat, hinc Catilinæ proxime familiaresque erant. Quod si quis etiam a culpa uacuus, in amicitiam eius incidere, quotidiano usu atque illecebri, facile per similesque ceteris efficiebatur. Sed maxime iuuenum, uel adolescentium familiaritates appetebat, eorum animi molles & grate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam ut cuiusque studium ex ætate flagrabat, alijs scorta præbebat, alijs canes atque equos mercabatur. Postremo neque sumptui, neque modestiæ suæ parcebat, dum illos obnoxios fidosque sibi faceret, ut hæc & alia multa, ad eandem rem pertinentia, de eo scribunt Salustius, Cicero, Appianus, & alij Romanarum rerum scriptores. Ac talem quidem societatem & familiaritatem, per occulta colloquia cum singulis contraxit, quos & singulos consiliorum suorum participes fecit.

Deinde, ubi cum singulis egit, in rem fore credens uniuersos appellare & cohortari, in abdita partem ædium secedit, atque ibi orationem huiusmodi habuit, ut idem refert Salustius. Nisi (inquit) uirtus atque fides uestra satis spectata mihi foret, ne quicquam opportuna res cecidisset. Spes magna, dominatio in manibus frustra fuissent, neque ego per ignauiam, aut uana ingenia, incerta pro certis caperem: Sed quia multis & magnis tempestatibus uos cognoui fortes, fidosque mihi, eo animus ausus est, maximum atque pulcherrimum facinus incipere, simul quia uobis eadem, quæ mihi bona malaque esse intellexi, Nam idem uelle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est: Sed ego, quæ mente agitauis, omnes iam antea diuersi audistis. Cæterum mihi indies magis animus accenditur, cum consydero, quæ conditio uitæ futura sit, nisi nosmetipsos uindicemus in libertatem. Nam postquam Respublica in paucorum potentium ius atque ditionem concessit, semper illis Reges, Tetrachæ, uestigiales esse: populi, nationes, stipendia pendere. Ceteri omnes, strenui, boni,

boni, nobiles, atq; ignobiles, uulgus fuimus, sine gratia, sine auctoritate: his obnoxij, quibus si Respublica ualeret, formidini essemus. Itaq; omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ, apud illos sunt, aut ubi illi uolunt: Nobis reliquere pericula, repulsas, iudicia, egestatem. Quæ quousq; tandem patiemini o fortissimi uiri? Nonne emori per uirtutem præstat, quàm uitam miseram atq; inhonestam, ubi alienæ superbiz ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verum enim uero per Deum atq; hominum fidem, uictoria in manu nobis est, uiget ætas, animus ualet: Contra, illis annis atq; diuitijs omnia consenuere. Tantummodo incepto opus est, cætera res ipsa expediet. Etenim quiuis mortalium, cui uirile ingenium est, tolerare potest, illis diuitias superare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis: nobis rem familiarem etiam ad necessaria deesse: illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nusquam ullum esse: cum tabulas, signa, toreumata emunt, noua diruunt, alia ædificant. Postremo omnibus modis pecuniam trahunt, uexant, tamen summa libidine diuitias suas uincere nequeunt.

At nobis est domi inopia, foris æs alienum, mala res, spes multo asperior: Deniq; quid reliqui habemus, præter miseram animam? Quin igitur expergiscimini: En illa, illa quam sæpe optastis libertas. Prætera diuitiæ, decus, gloria in oculis sita sunt: Fortuna omnia ea uictoribus præmia posuit. Res, tempus, pericula, egestas, belli spolia magna, magis quàm oratio mea uos hortentur. Vel Imperatore uel milite me utimini, neq; animus neq; corpus aberit à uobis. Idem quoq; oratione habita, cum populares ad iusiurandum sceleris sui adduxisset: humani corporis sanguinem, uino permixtum, in pateris circumtulit, ut cum inde post execrationem omnes degustassent, sicut in solennibus sacris tum fieri consueuit, alius alij tanti facinoris conscj, magis inter se fidi forent.

Cōiuratio
humano
sanguine
cōfirmata.

Iam uero quod ad mouendos affectus pertinet, non dicendo tantum, sed etiam faciendo & rebus ipsis, uelut spectaculis quibusdam ob oculos positis, concitatis affectibus, quo uisum fuerit flectere auditorum animos deliberant. Quam rem & casus sæpe, nulla etiam intercedente deliberatione, adiuuat. Deliberationis fuit illud, quod in seditione ob Cæsaris necem ortam, in forum prætexta ipsius cruenta prolata fuit. Quod spectaculum Romanum populum in furorem egit. Similiter corpus ipsius lecto impositum, quæ ita imaginem sceleris repræsentarunt, ut non occisus Cæsar ipse, sed tamen maxime occidi uideretur.

Ad cōmouendos affectus spectacula quædam.
Quintil. lib. 6.
orat. inf.

Similiter illud, quod Leuita cadauer uxoris suæ, quam uiri ciuitatis Gabaa per furorem libidinis occiderant, in duodecim partes ac frustra concidit, & ad concitandos omnes, ad uindictam

K iij sceleris.

sceleris, in omnes partes Israël misit: horrendum sanè spectaculum, quo & commotus est populus Israël, ut pugna contra Tribum Benjamin instituta, tam horrendum scelus ultri, uiginti quinque millia occiderint, ex omni eorum numero sexcentis tantum uiris, qui per fugam elapsi fuerant, relictis. Ad casum uero pertinere uidetur illud, quod Romæ seditione propter æs alienū & fœnus, quibus plebs à potentioribus grauabatur, accidit. Nam plebe inualidam se esse ad dissoluendum æs alienum dicente, propter exhaustos in militiam sumptus, aliacq; damna & incōmoda, quæ domi militiæq; acceperāt. Contra uero Creditoribus huiusmodi calamitates omnibus fuisse communes contendentibus, & ob id nihil plebi remittentibus, cum iam uarius esset concursus, & cateruæ hominum inter se diuersæ: Ecce uir senior in foro apparuit, pannis armisq; obsitus, barba promissa, & capillis, qui efferauerant speciem oris, clamans, & implorans ab hominibus auxilium. Concurrente autem propius turba, stans ipse eò, unde à multis conspiciendus esset, se fuisse ait liberum, militasse bellis omnibus, atq; duo de Triginta prælijs decertasse, præmiaq; uictoriæ ex illis sæpenumero accepisse. Verum ubi urbem tempora detinuerunt, in ultimas eam angustias adducentia, coactum ait se, pecuniam sumere mutuo, soluendorum tributorum necessitate: ac posteaquam rus ei populati sunt hostes, resq; urbanas uictus, quotidianus absumpsit: Non habens (inquit) unde possem æs alienum dissoluere, abductus sum à Creditore seruus, cum duobus filijs. Imperante uero domino opus quoddam haud facile, cōtradicens ei, uerba accepi plurima. Et hæc dicens, proiecit pannum, ostenditq; pectus plenum cicatricibus: dorsum uero ex uerberibus repletum sanguine. Ad hæc uisa auditaq; clamor ingens oritur, nec foro iam se tumultus continet, sed passim totam urbem peruadit, nexu uincti solutiq; se undiq; in publicum proripiunt. Quo quidem spectaculo ita omnium affectus tum ad iram, inuidiam & odium, aduersus Creditores: tum ad commiserationem misere ob æs alienum oppressæ plebis concitati sunt. Et ita multitudinis accensis animis, ipsa quoq; inflammata seditio fuit, ut nisi Consules ad comprimendam seditionem interuissent, etiam ad manus & arma uentum fuisset.

Illud quoq; ad hanc speciem fraudis pertinet, qua seditiones coacta hominum multitudine corroborantur. Quia quos non possunt uerbis & eloquentiæ fucō, eos pecunia, alijsq; datis muneribus, & magnificis promissionibus, corrumpunt, tum minis quoq; & terriculamentis compellunt. Quod cum omnibus seditiosis proprium, tum uero maxime hæreticis & schismaticis peculiare est.

Sic Notalis Confessor Catholicus, deceptus aliquando ab Asclepiodoro quodam & Theodoro collectarijs, qui ambo discipuluerant Theodoti Coriarij Hæresiarchæ, qui Romæ ausus est dicere,

Seditio
propter æs
alienū plebs
bis.

Spectaculum
de uiro
militari, à
Creditore
suo indigens
ne tractaretur.

Liuius lib. 2.
ab. urb. cond.
et D. Halicarnasæus lib. 6.
antiquitatum
Ro.

Alia species
fraudis
seditiosorum.

Euseb. lib. 5. c.
38.

dicere purum hominem fuisse Christum. Ob quem errorem, & à Victore Romane urbis Episcopo eiectus est, & à Communione Ecclesie repulsus: certa pactione quinquaginta Denariorū menstruæ præstationis, nominari se Episcopum illius factionis passus est. Sed qui admonitus à Domino in somnis, & cum eas uisiones negligentius susciperet, tandem etiam ab Angelis per totam noctem uerberatus, & pœnis grauibus excruciat, cum errorem suum deflens, omnem Ecclesiam prouocasset, ut indulgentiam sibi à Christo continuis & iugibus pro ipso precibus implorarent: uix aliquando in Communionē Ecclesiastici corporis reuocatus est. Sic et de Timotheo Herulo, Eutichianæ sectatore hæresis, narrant Historiæ, eū noctu Monachorum cellas circuisse, et unumquemq; ex nomine uocasse, & respondentibus dixisse. Ego Angelus sum, dicere omnibus, ut abscedant à Cōmunionē eorū, qui Chalcedone conuenissent, et Timotheum Herolum in Episcopum Alexandriæ prouerent. Verum cum is eā sedē huiusmodi fallacia obtinere nō posset, multitudine inquietorum uirorum empta per seditionem, eam ipsam adeptus est.

Petrus Gnaphæus, Zenonem Imperatorem hæreticū sequutus, dena Millia hominum, Apollinaristarum errore infectorum, mercede contra Catholicam fidem conduxit. Sic Viphilas Gothorum Episcopus, qui primus literas Gothicas adinuenit, et scripturas diuinas in eam conuertit linguā, semper antea Nicænā fidem amplexus, tandem uerbis pecunijsq; ab Eudoxio Arriano corruptus, eò actus est, ut Communionē Valentis Imperatoris Arriani amplecteretur.

Iam & ad auertendos à Catholicæ Ecclesie Cōmunionē homines, ea fraude utuntur hæretici et schismatici, ut quos intelligunt fiduciam aliquam in potentiam Catholicorū collocare, eos ab eā spe deducentes, & ad desperationem adducentes, quasi per metum suorum criminū, socios atq; participes faciant. Sic Arriani tempore, quo maximus Tyrannus de Britannorum partibus aduersus Theodosium Principem Romanorū infestabat Imperiū, Constantinopoli positi, diuersas opiniones in populo seminantes, dixerunt, & exercitū Imperatorē amisisse, & ipsum Tyranni ducibus subiugatū, aliāq; multa, quæ solēt inimici uoto malitiæ iactare: Ita, ut crebro hæc audiētes, non uana aut incerta, sed uera sã crederēt: eo nimirū animo hæc cōminifcētes, ut & Catholici de uictoria et potētia Catholici Imperatoris desperātes, à Cōmunionē Catholicæ fidei deficerēt: Et hæretici ea spe crecti et firmati, cōstantius in errore suo perseverarēt, et atrocius Catholicos persequerētur, sicut et euentus docuit. Nā eo rumore Arrianorū populus accensus, domū Nectarij Catholici Episcopi cōcremauit. Sic Lucius et Magnus Arriani, tēporibus Valentis Imp. Arriani impietatis Duces, antea multis modis Catholicos psequuti, tandem ad mitas et alia terriculamēta, ac postremo ad bona etiā uerba conuertunt, Presbyteros

Fraus Exa
communi
cati hæretici.

Niceph. in Ec
cles. Historia.

Tri. li. 5. c. 38.

Tri. li. 3. c. 13.
Tri. li. 7. c. 13.

Trip. lib. 9. c.
20. & c. 23.
Sparsi in
populum
falsū rumor
res.

Trip. lib. 7.
c. 40.

Presbyteros & Diaconos Decem et nouem tanquam sceleratos homines compræhendentes, quorū quidam Octogesimo etiam transcenderant annum, his uerbis eos adoriuntur. *Flectimini, inquit Magnus, miserrimi, & Arrianorū concordate dogmatibus. Flectimini: ignoscet enim uobis diuinitas, licet ueræ Religionis cultū exhibeatis, non sponte, sed uolenter hoc faciētes. Necessitati namq̄ satisfactio adest: Spōtaneā uero uoluntatem accusatio digna subsequitur. Quapropter huiusmodi rationes præ oculis habentes, promptè sequimini, & dogmati Arrino subscribite, quod nūc prædicat Lucius, bene scientes, quod si obediatis, pecunias, quæstus, honores, ab Imperatore percipietis: Resistentes uero, carceres, supplicia, tormenta, flagella, uincula sustinebitis. Pecunijs simul, possessionibusq̄ priuati, & postea pulsi, loca crudelia inhabitare damnabimini. Sic iste fortissimus seductor minas seductioni contēperans, inuitabat atq̄ cogebat, ut omnes à pia sententia deuiarēt. At illi nihil amarius existimantes, quàm pietatis proditiōnē, huiusmodi responderūt uerbis, uirtute forticq̄ sensu seductionē minasq̄ subdentes. Quiesce iam, quiesce his nos terrere sermonibus, cessa uerba uana proferre: Nos neq̄ nouū, neq̄ recentē colimus Deū. Et licet inaniter furias, tēq̄ cōcutias, sicut uehemens uentus, in dogmatibus pietatis ad mortē usq̄ cōsistimus.*

Et ad eundē modū Anabaptistę & Arriani, Catholicos in Aphrica minis et blandis uerbis corrūpere conati sunt: Quod his uerbis testatur Victor, qui et ipse quę scripsit, corā etiam uidit. Superueniētes, inquit, Comites duo subtilitate dānabili, blandis sermonibus cū Dei Confessoribus (Quos tū carceribus inclusos tenebāt) agere cœperūt. Quid uobis, inquit, uidetur, ut ita pertinaces Domini nostri præceptis minime obtemperetis, qui esse poteratis in cōspectu Regis honorabiles, si eius festinetis facere uoluntatē: Statim illis clamātibus & dicentibus ingēti uociferatione. Christiani sumus, Catholici sumus, Trinitatē unum Deū inuiolabilē confitemur. Includuntur grauiore quidem, sed adhuc latiore custodia, ubi nobis copia dabatur et introire, & uerbū admonitionis fratribus facere, & diuina mysteria celebrare. Et Augustinus refert, multos Catholicos in Aphrica ad reitrandum Baptisma, ab Anabaptistis fuisse coactos. Sed nec satis habent seditiosi, aliorū sibi societatem & familiaritatem comparasse, nisi & quos semel deceperūt, eorū etiam fidē, interposita iurandī religione, obstringant. Sic Apuleius lata lege Agraria, ac populo ipsius promulgationi instante, Senatum præfixo quinq̄ dierum termino, in legē iurare, aut iusiurandum non præstantes, Senatu amouere cogebat: Et ulterius uiginti Talentorum pœna populo soluendo eos condemnare. Nec apud ueteres tantum ea seditiosorum malignitas fuit. Nam & posterioribus temporibus, ut est natura hominum semper ad dissensiones prona, seditiosi ad seditiones uel excitandas,

Fraudulēta
 exhortatio
 Magni, Ar
 riani.

Intrepida
 responsio
 Catholico
 rum.

victor de per
 sequutione
 Vandalorum
 lib. ii.

August. epist.
 12.
 Seductos
 ad sectam
 iureiuran
 do obstrin
 gere.
 Appianus de
 bell. ciuilib.
 Ro. lib. 1.

tandas, uel fouendas & confirmandas, iisdem prope diuersis etiam temporibus concionibus usi sunt. Sic longo post tempore Fridericō Primo Imperij gubernacula tenēte, ac cōtra ipsum multorū con-
 spiratione facta, rebelles ipsa etiā iurisiurandi Religione, seditionem ipsam cōfirmare conati sunt. Siquidem aduersus Imperatorē conspi-
 rantibus, maxima parte Cardinaliū sedis Apostolicæ, & Guilielmo Rege Siciliæ, & uniuersæ prope Italiæ ciuitatibus, id inter cōspirato-
 res cōuenit, & iureiurando interueniente, confirmatū est, ut nulli ab altero recedere liceret, uel Imperatoris gratiā, nisi cōsentientibus om-
 nibus, requirere: Et si Pontifex, qui eiusdē factionis erat patronus, in fata cōcederet, alius ex Cardinalibus de numero conspiratorū, in de-
 mortui Pontificis locū eligeretur. Ad eundē modū hæretici quoq; & schismatici, Catholicos cogere solent, & non solū iureiurando ad negandā Catholicā ueritatē adigere, sed etiā sub pretextu iurisiuran-
 di, uarijs eos perplexitatibus innectere: De qua re tale Regis Vanda-
 lorū Hunerici, Arriani & Anabaptistæ, extat exemplū. Nam institu-
 to ab eo in causa Religionis colloquio, cū uenissent Episcopi, charta eis ostenditur inuoluta, diciturq; illis. Dominus noster Rex Hunericus, licet doleat, quod fueritis contemptores, & adhuc uoluntati eius obedire tardetis, ut eius efficiamini Religionis, cuius est ipse nunc tamen bonum de uobis cogitauit. Si iuraueritis ita, ut quod ista charta continet, faciatis: dimittit uos Ecclesijs & domibus uestris. Ad quod uniuersi Episcopi responderunt, semper dicimus & diximus, & dicturi sumus. Christiani sumus, Episcopi sumus, Apostolicam fidem unam & ueram tenemus. Factoq; post confessionem silentio modico, illi qui à Rege fuerant destinati, festina-
 bant extorquere Episcopis sacramentum.

Tunc Beati uiri, Hortulanus & Florentinianus Episcopi, pro omnibus, & cum omnibus dixerunt, Nunquid animalia nos ir-
 rationalia sumus, ut nescientes, quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerūt quoq; illi à Rege destinati, scripturæ eius propalare tenorem, qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat. Iurate, si post obitum domini nostri Regis, eius filium Hilderichum desideratis esse Regem, uel si nullus uestrū ad regiones transmarinas epistolas diriget: Quia si sacramentum huius rei dederitis, restituet uos Ecclesijs uestris. Cogitauit tūc multorū pia simplicitas, etiā cōtra prohibitionē diuinam sacramentū dare, ne Dei populus in posterū diceret, quod uitio sacerdotū, qui iurare noluerūt, nō fuerint Ecclesie restitute. Alij quoq; astutiores Episcopi, sentiētes dolū fraudis, nequaq; iurare uoluerūt, dicentes, prohibitū fuisse Euāgelica authoritate, ipso Domino dicēte. Nō iurabis in toto. Quibus ministri Regis, secedāt in parte, in-
 quiunt, qui iurare disponunt: qui cū secederēt, Notarijs scribentibus
 quis

Conspiratio contra
 Fridericū
 Imp. I.

Naucl. uol. 2.
 genera. 30,
 victor lib. 3. de
 persecu. Vanda-
 dalarum.

Colloquiū
 sub Hunerico Rege
 Arriano.

Responsum
 forte Episcoporum
 Catholicorum.

Iuramentū
 iniique ex-
 actum.

quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset exceptum est. Similiter factum est & de illis, qui minime iurauerunt. Statimque pars utraque custodiae mancipatur. Post uero pars, quae celabatur, apparuit.

Iniquissima sententia Hunerici Regis in Episcopos Catholicos.

Fraus in simulatione affectatae pacis.

Simulatio haeticorum ad pacem.

Dolosa simulatio Arrij.

Iurantibus dictum est. Quare contra praecipuum Evangelij iurare uoluistis: iussit Rex, ut ciuitates atque Ecclesias uestras nunquam uideatis, sed relegati, colonatus iure ad excolendum agros accipiatis: Ita tamen, ut non psallatis neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus gestetis. Non baptizetis, neque ordinetis, aut aliquem reconciliare praesumatis. Similitex non iurantibus ait. Quia regnum filij Domini nostri non optatis, idcirco iurare nolulistis. Ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, ut ligna profutura nauibus Dominicis incidatis. Ad alterum genus fraudis, quod ad uim uel inferendam uel propulsandam pertinere diximus, eas consultationes referimus, quibus id agunt seditiosi, ut arma illaturi, pacem & concordiam appetere uideantur. Cuiusmodi sane fuere consilia Iulij Caesaris, Pompeij, & aliorum, qui arma se deposituros simulantes, magnis interim instructi exercitibus, nulla re magis, quam armis ad Principatum aspirabant. Eadem fraude haetici & schismatici utuntur. Nam & ipsi tum maxime, cum ad inferendam uim parati iam & instructi sunt, pacem & concordiam apud Catholicos simulant, & ad amplectendam Ecclesiae pacem & unitatem paratos se esse promittunt. Ac sub tali quidem praetextu, non solum uim & iniuriam, quam in Catholicos machinantur, pulchre ad tempus occultant: sed etiam simpliciores & incautos, interim in barathrum errorum suorum praecipites agunt. Ac huiusmodi dolis aduersus Catholicos usi fuerunt olim Arrius, Achilles, & Colluthus, de quibus ad hunc modum scribit Alexander, Alexandrinus Episcopus, ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum. Conati sunt, inquit, illi discursionibus uti, & aduersum nos machinari, qui apud unanimes comministros nostros, figuram pacis & unitatis dignitate se exercere fingunt. Quod aut uerum est, abripere quosdam eorum ad pestem propriam per boniloquia ficta festinant, & literas ab eis manifestas & indubitatas exigunt, ut relegentes eas seductis a se personis, sine poenitentia eos in delictis suis faciant remanere, tanquam unanimes habentes eadem secum decernentes Episcopos. Non enim quae apud nos male docuerunt & egerunt, ea fatentur, propter quae etiam sunt expulsi: Sed haec aut taciurnitati contradunt, aut fictis eorum ratiocinationibus, et quibusdam obumbrationibus sepiunt. Verisimilibus uero & pomposis corruptibilem doctrinam suam uelantes eloquijs, attrahunt in deceptionem quemlibet incautum, non abstinentes, etiam apud omnes nostrae pietati calumniari. Et ad eundem fere modum alij quoque haetici, tum maxime discordias & bella meditantur, cum errorum suorum emendationem simulantes, pacem se

&

& concordiam affectare fingunt. Sic Cerdon hereticus (qui ante Martionem fuit) aliquando quidem pœnitens, errorem suum confitens, excusabat: aliquando rursus occulte, interdum etiam publice impietatem docebat. Simili fraude Arrius Nicaeni, & alij hæretici aliorum Conciliorum decretis subscripserunt: Nempe ut hoc modo ad tempus concordiam simulantes, sub specie pacis facilius Ecclesiæ unitatem scindere, & errores suos quàm latissime diffundere atq; propagare, tum etiam multorum undiq; conquisitis auxilijs, si ita uideretur, armis etiam defendere possent.

Euf. li. 4. c. 11.
Irenæus lib. 3.
c. 4.

Tri. li. 3. c. 10.

De moribus seditiosorum, Cap. XVI.



Am & fraudes seditiosorum, omnium maxime ex moribus eorum depræhenduntur. Quorū alij quidem omnibus seditiosis cōmunes sunt: alij hæreticis & schismaticis (qui et ipsi seditiosi sunt) proprij et peculiare. Ac de moribus hæreticorum satis à nobis in his libris, quos de hereticis et schismaticis scripsimus, dictum est: Nunc de moribus, qui sunt seditiosis omnibus cōmunes, aliqua dicemus. Sunt autem alij singulorū, alij multitudinis mores. Et rursus singulorū alia eorum, qui sunt seditiosorum principes & authores: Alia eorum, qui ab eis decepti sunt, studia. Multitudinis ea natura est, ut aut seruiat humiliter, aut dominetur superbe: libertatē, quæ media est, nec spernere modice, nec habere sciunt, ut inquit Lilius. Authores seditiosorum pro diuersis causis, quibus ad excitandas seditiones cōmouentur, in diuersa quoq; studia incumbunt. Ita qui propter ambitionem ad seditiosones prouocantur, à multis honorari, & ad magnos honores euehi gaudent: Quos ut consequantur, neq; laboribus, neq; facultatibus parcunt. Quemadmodum Iulium Cæsarem, & plerofq; alios legimus, Principatus & Imperij Romani adipiscendi causa, multas & easdē immensas largitiones, tã priuatim quàm publicè, distribuiffe.

Ita qui propter diuitias seditiosi sunt, nulla honestatis habita ratione, eò actiones suas dirigunt, quo & sacra & prophana omnia diripere, & in suos usus conuertere possint. Qui illatas sibi iniurias per seditiosonē ulciscuntur, neq; honores, neq; diuitias curantes: id tantum agunt, ut sumpta de aduersarijs uindicta, gloriosè de ipsis triūphare possint. Et eodem modo alij quoq; quisq; pro causæ conditione, propter quam ad excitandam seditiosonē commouentur, alios sibi, & alios mores assumunt. Sed qui callidiores sunt, eos ipsos cautius dissimulando, & sæpe diuersam etiam adeoq; contrariam, uoluntatem præ se ferendo celant. Simpliciores autem & decepti, plerunq; authorum & magistrorum suorum mores imitantur, planeq; uerum ostendunt esse, quod uulgo dici solet.

Mores seditiosæ multitudinis.

T. Lilius secunda di belli punici. lib. 4.

Authorū ad seditiosones studia.

Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Turpia honestis palliare uocabulis.

L. Florus li. 3. c. 12.

Prætextus inspirationis Numi.

Hæreticorum dolosi prætextus. l. sub prætextu. ff. extra ord. cri.

Genes. 3.

Simulare uitæ sanctitatem.

Prætextus scientiæ scripturarum. Tri. lib. 1. c. 15.

Illud omnibus tam singulis siue authoribus seditionum, siue deceptoris, quam multitudini commune est, Quod simili studio & conatu actionū suarū, turpitudinem sub specie aliqua honestatis cōtegentes, excusant: & quæ per se turpia sunt, tamē honestis uocabulis enūciant.

Sic seditiones Gracchorum, et Apulei plebis tuendæ: Syllæ, Marii, Cæsaris, Pompeij, & aliorum, patriæ à Tyrannide defendendæ: Catilinæ & aliorum libertatis conseruandæ causa: re autem ipsa ad dominationem acquirendam commotæ sunt. Alij numinum inspirationē simulantes, seditiones mouerunt, ut de Euno Syro refert

Florus, qui se furore matris Deum correptum simulans, ad libertatem & arma feruos concitauit, idcō ut diuinitus fieri probaret, in ore abdita nuce, quam sulphure & igne stipauerat, leniter inspirans, flammam inter uerba fundebat: Ac tali quidem prætextu quadraginta amplius milliū exercitu factō, quatuor etiam Prætorum castra cepit. Omnium autem maxime ad contegendam sub specie honestatis turpitudinem, idonei sunt hæretici. Primum enim quid honestius sacrosancta nostra Religione, sub cuius tamen prætextu certum est, hæreticos & schismaticos omnes seditiones & tumultus concitare. Deinde uitæ quoq; & morum, actionumq; suarum turpitudinem, & in primis doctrinæ errorem, sub conficta honestatis ueritatiscq; specie celare, alijsq; suggerere consueuerunt. Et ut humani generis inimicus Diabolus primos nostros parentes, ut uetito cibo uescentes, mandatum Dei præuaricarentur, ea ratione induxit, quia mendacium sub specie ueritatis eis suggessit. Nequaquam, inquit, moriemini. Scit enim Deus, quod in quacuncq; die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, scientes bonum & malum: Ita organa ipsius, hæretici & schismatici, quæ honesta & salutaria sunt, ea tanquam turpia & noxia fugienda: quæ uero mala sunt & pestifera, ea tanquam honesta, & quæ salutē afferre possint, amplectenda esse simplicioribus persuadent. Ac primum quidem ipsi quoq; uitæ sanctitatem simulantes, tamen intus omnium uiciorum sordibus contaminati, ut scilicet hoc modo sub specie honestæ uitæ, errores suos probabiliore reddant. Quare & multos sæpe misere deceperunt, ut Origenis, Hieronymi, Augustini, aliorūq; sanctorum Patrū testimonijs in his libris, quos de hæreticis scripsimus, probatū est.

Deinde magnam scripturarū scientiam iactant, seq; adeo solos uerū earundem sensum tenere gloriantur. Contra uerò quæ Catholicis docent, eā uana esse figmenta & incommodas opiniones calumniantur: Propter quod & ipsos (quod Arriani et pleriq; alij fecerunt) non uerentur, homines etiam hæreticos & ineruditos appellare.

Ac tali quidem fraude deceptis simplicioribus, facile sub prætextu honestatis & ueritatis, turpitudinem & mendacium obrudunt.

Quod

Quod & nostris temporibus re ipsa experimur. Nam hoc ipso, quod soli hæretici ueram scripturarum scientiam habere, Catholici uero earundem imperiti esse creduntur: falsissima quæq; dogmata, tam ad fidem, Sacramenta, & cæremonias, quàm ad disciplinam Oeconomicam, & iudicia Ecclesiæ pertinentia, tanquam uerissima recipiuntur, & quæ sunt his contraria, uera & Catholica, tanquam falsissima abijciuntur. De qua re aliàs à me abunde dictum est.

Iam & seditiosorum ea quoq; natura est, quod & ipsum ad mores eorum pertinet, ut facile legitimis Principibus atq; Magistratibus fastiditis, novos & adulterinos in eorum locum sufficient. Id quod plærunq; subditis, aduersus dominos suos rebellantibus, accidit. Sicut apud Romanos Imperio per diuersa terrarum occupato, Syrus quidam, nomine Eunus (cuius paulo ante meminimus) seditionem in Sicilia mouens, magno exercitu factò, regijs se decorari insignibus passus est: Qui & castella, oppida, & uicos, miserabili direptione uastauit. Sic milites seditiosi in expeditionibus existentes, sæpe ex ipso exercitu elegerunt: quos Imperatores non solum ex excitis, sed uniuersi etiam Romani Imperij ditioni subditi salutarent, ut antea de Triginta Tyrannis, Gallieno Imperium gubernante, passim à militibus electis, dictum est.

Sic apud Gallos, Carolo Rege, eius nominis Sexto, reingnante, seditione ob nouum Tributi genus institutum, apud Parisianos exorta, ac in reliquas etiam regni ciuitates propagata: Ex Rotomagensibus plebeij homines quendam obesum ciuem (qui ob crassam corporis habitudinem, Crassus dictus est) Regem sibi præfecerunt, curruiq; impositum, per urbem circumferentes, tandem in rerum uenaliùm foro constitutum, de abolendis uectigalibus legem ferre, & eam promulgare compulerunt. Sic nuper Anabaptistæ per seditionem Monasterium, Vuestualix Metropolim, & ciuitatem Episcopalem occupantes, regem creauere Rullium, hominem Batauum, & eundem facinosum, & seditiosum: qui mox ut creatus Rex fuit, coronam ac Diadema regni gestauit. Quin & calcaribus aureis utentem, et equo insidentem, quoties iter per urbem fecit, præter aliam Satellitum turbam, duo pueri præcesserunt, quorum alter gladium, alter uetus Testamentum portauit: Et ut summatim dicam, omnem sibi regni honorem exhiberi non solum passus est, sed etiam ut exhiberetur mandauit. Atq; hæc sane aliq; multa, quæ de moribus seditiosorum, ab historiarum Scriptoribus passim traduntur singula, unus idemq; grauissimus ille rerum Græcarum scriptor Tucydides, de Corcyrensi seditione loquens, uelut in unum fasciculum colligata, paucis uerbis complectitur uniuersa.

Agitati sunt (inquit) seditionibus status ciuitatum, & quicquid alicubi actum audiebatur, aliorum animos ad id postea superandum

Nouos & adulterinos constituere sibi Principes.

L. Florus li. 3. c. 19.

Eligere Imperatorem in exercitu.

Rob. Gaginius de Francorum gestis in Carolo Sexto.

Rex Anabaptistarū Monasterij in Vuestphalia.

Mores seditiosorū ex Tucydide.

Vitia pro
uirtutibus
habere.

acciebat, uel rerum nouitate, uel conatus solertia, uel ultionis insolentia, consuetis rerum uocabulis in excusationem immutatis.

Temeritas enim, fortitudo amicorum studiosa uocabatur: consyderata cunctatio, honesta formido: modestia, ignauia uelamentum, in omnibus solertia, in omnibus segnities: præceps indignatio, uirilitati ascribebatur: tuto consultare, excusata tergiuersatio erat: qui exæstuarer, is fidelis semper: qui huic contradiceret, is suspectus habebatur: cui insidia succedebant, hic erat astutus, & eo astutior, si alterius insidias prouidisset: qui prospiciebat, ne foret in partibus, amicitia dissolutor, & aduersariorum timens. Omnino qui in nocendo alterum præuenisset, laudabatur, & qui ad hoc non cogitantem exhortatus esset: Quin etiam ex alienis quam ex propinquis, sodalitiū potius quam ad audendum sine excusatione paratus erat. Non enim huiusmodi conuentus per leges latas ob utilitatem, sed contra leges ob auaritiam, fiebant. Nec fidem inter se magis habebant iure diuino, quam aliquo in Republica scelere. Ea quæ ab aduersarijs probe dicebantur, non animi generositate admittebant obseruabantque: sed si ad suam utilitatem redundarent, pluris faciebant talionem reddere, quam nihil iniuria pati.

Nulla fides
in reconcili-
atione.

randum si quando inuicem interponeretur de fide præsentis reconciliationis, tam diu ualebat, quam diu nihil aliunde uirium accedebat. Quantulacunque in re quis audendo alterum occupasset, quem securum uidisset: hoc sibi iucundius propter illius fidei fiduciam ducebat, quam si ex professo id faceret. Quoniam id & tutum factu esse, & quia malitia uicerat, certamen extitisse prudentia arbitrabatur: cum facilius nocentes (quæ magna multitudo est) uocentur industrii, quam imperiti boni. Et in hoc quidem homines erubescant, in illo quidem gloriantur. Quarum rerum omnium causa est auaritia, & honorum appetitus, & ubi de illis certamen est, partium studia. Nam qui in ciuitatibus præerant honesto utriusque nomine, alteri statum popularem, æqualitatem civilem: alteri paucorum regimen Optimatum appellantes, præferebant, & uerbo quidem Rempublicam fouentes certabant. Sed hoc inter eos quoquo modo uincendi erat certamen, tum atrocissima quæque audendo, tum atrociores pœnas irrogando, non illas ex modo iustitiæ, aut ex utilitate ciuitatis: sed sua semper uoluptate metientes, quam utriusque de alteris utcunque capiebant, siue per iniqua suffragia condemnatis, siue ui oppressis, expediti ad implendam ita tum animi concitationem.

Nulla religio
in
Deum.

Adeo neutri deorum religionem ullius momenti faciebant in contrahendo, sed si aliquid comodius transgissent colore uerborum, ij ab omnibus melius audiebant. Quisquis ciuium in partibus non erat, is ab utraque factione occidebatur, uel quod ab illa non stabat, uel propter inuidiam, quod malorum erat immunis: Ita propter

seditiones

seditiones omne facinoris genus in Græcia extitit. Et simplicitas, quæ præcipue generositatis est particeps, cum derisu exterminabatur, mutuoq; consilia cum perfidia interciperere, res excellens existimabatur. Inter reconciliatos enim, nullus sermo robur habebat: nullum Iusiurandum timori erat, & cuncti ad diffidendum, quàm ad fidendum proniori cogitatione malebant sibi prospicere, ne quid calamitatis acciperent, quàm credere. Infirmioris quoq; consilij homines, plæruncq; superiores erant. Quippe qui & sui sibi defectus conscij, & aduersariorum prudentiam intelligentes, ueriti, ne eorum & disertæ orationi essent impares, & agilitate ingentij præuenirentur, ad rem agendam temerarij descendebant. At illi tum præ horum contemptu, quod longius prouiderent, tum quia non oportebat facto aggredi, quæ consilio agere licet, incauti magis opprimebantur. Apud Corcyram itaq; multa huiusmodi audaciæ exempla sunt ædita, & item quæcuncq; facerent, uel qui se aduersus ultores damni iniuria dati potius, quàm iure rursus ulciscerentur: uel qui ex diuturna inopia eximi uellent: uel qui uicinorū bona affectantes, quæ maxima causa fuit, contra ius assequi se illa confiderent: uel qui non avaritia, sed indignatione ducti, propter inscitiam, quod id æquum præcipue censerent, sæue & ineffrenatè inuaderent. Perturbataq; tunc uita in ciuitate, uictrix legum solita hominis natura, ostendit illas libenter se præuaricari, impotenti ira imbecillior, iure potentior, plura possidentis inimica, uindictam sanctitati, lucrum innocentia præponens, potētia nihil ipsi nocitura inuidēs, & communes de his leges, in quibus reposita est omnibus spes salutis, inter aduersa dissoluens, in expetenda aliorum ultione, nec aliquid sibi relinquens, si quando ipsa in discrimen adducta, egeat aliqua illarum.

Simplicitatis derisio.

Corcyra multis seditionibus obnoxia.

Contemptus legū in seditione.

Quibus modis seditiosi uim, uel alijs inferant: uel sibi illatam inferendam uel propulsent, Cap. XVII.



Comparatis igitur undiq; per fraudes auxilijs, mox ad arma se conuertunt seditiosi, uel alijs inferenda, uel quæ eis illata fuerint repellenda. Id autem dupliciter fieri diximus: Ab initio & inconsulto, & ex interuallo & consulto. Ab initio & inconsulto ad manus peruenitur, in seditionibus, quæ nulla intercedente deliberatione, sed casu & quasi subito erumpunt. Quales fere sunt tumultus, qui conuenientibus diuersarum factionum partibus, siue præparatis antea, siue non præparatis seditionibus excitantur.

Sicut Tiberius Gracchus Tribunus plebis, cum comitorum die seditiones populi accenderet, orto inter nobiles & plebeios tumultu.

Subitanei tumultus. Eutropius lib. 4. rerum Rom. Velleius Paterculus li. 2. hist. Rom.

nteritus
Tib. Gracchi.

Appianus lib.
1. de civilib.
Ro. bellis.
Eutrop. lib. 4.
vell. Patere.
lib. 2. Ro. hist.
Seditio C.
Gracchi &
Fuluij Flac
ci.

P. Scipio Nasica ex superiori parte Capitolij summis gradibus insi-
stens, hortatus est, qui saluam uellent Rempublicam se sequerentur.
Ad quam uocem Optimates Senatus, atq; Equestris ordinis pars
melior & maior, & ea pars plebis, quæ perniciosis consilijs adhuc
intacta erat, subito in Gracchum irruere: Ac plebs quidem Graccho
adherens, Subselliorū fragmentis fugata. Gracchus autem detracto
amiculo, fugiens decurrensq; cliuo Capitolino, ictus fragmine Sub-
sellij corruit, rursusq; assurgens alio ictu Dauī cerebro impacti exani-
matus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti, eorum corpo-
ra in Tyberim proiecta sunt, tum ipsius quoq; Gracchi cadauer in-
humatum extabuit. Sic à Senatu conuocato Concilio, ut leges, quæ
à C. Graccho, illius quem dixi Tiberij Gracchi fratre, latæ fuerant,
soluerentur, simul atq; ut de Colonia deducenda, quam Gracchus eo
loco, ubi Carthago fuerat, condendam decreuerat: Cæterum urbe
designata, lupi metas positas dissipauerant, consultaretur. Conueni-
ente ob eam rem multitudine, Gracchus quoq; cum Fuluiō Flacco
ingenti stipatus agmine, Capitolium, ubi concio agebatur, ascendit:
ibi subito tumultu excitato, quidam Præco, Attilius nomine, à Grac-
chanis interfectus, uelut signum belli fuit. Vociferatione nanq; in-
secuta, & demortui corpore in medium allato, intuentibus cunctis,
& similem casum sibi præcauentibus, primum quidem fuga facta
est. Nam & Gracchus, & Fuluius Flaccus desperatis rebus domum
perfugerunt, & qui cum illis erant, in unum abeunt. Reliqua
autem multitudo, circa mediam noctem instante periculo territa,
forum inuadit. Deinde cum Gracchus & Fuluius armis assumptis,
Auentinum montem ascendissent, mox eò relicto, Dianæ templum
inuadentes, per uim retinere conati fuissent: Tandem Decio Bru-
to, uiro Consulari, & C. Publico cum ingenti certamine in eos ir-
ruentibus, non ualentes resistere, Duo quidem Flacci, pater filiusq;
cum ex æde Lunæ in priuatam quandam domum desiluissent, fo-
resq; obiecissent, recisso Cratitio pariete confossi sunt. Gracchus
uero diu pro se pugnantibus & pereuntibus amicis, egre ad pontem
Sublicium peruenit: Ibiq; ne uiuus caperetur, ceruicem seruo suo
præbuit. Domus eorum à populo direptæ, complices cæteri inclusi,
& Opimij Consulis mandato suffocati sunt. Sed & in monte Auen-
tino, ex illa factione Ducenti quinquaginta cæsi fuisse referuntur.

Variæ cau-
sæ ad subi-
taneas sedi-
tiones.

Sic & ex alijs causis, in diuersa studia distractis factionibus,
tumultus oriuntur, in quibus subito quodam motu, nullo antea
de inferendis armis habito consilio, sæpe ad manus cruentasq;
cædes peruenitur. Quales sunt, quos supra commemorauimus:
Qui conuenientibus diuersarum artium, officiorum, & Religionum
partibus, aut ex ñsdem alijsue similibus causis, dissentientibus inter
se Magistratibus, tam sacris quàm prophanis, oriuntur. Quæ res
exemplis

exemplis quoq; cum alijs multis, tum ijs maxime, quæ ex Historijs, tam sacris quam prophanis, antea à nobis, cum de seditionibus, quæ propter dissimilitudinem commouentur, ageremus, relata sunt: liquido comprobatur. Ex interuallo & consulto uis à seditiosis inferatur, uel illata repellitur, quæ capto prius de inferendis repellendisue armis consilio adhibetur. Ac illorum alij quidem arma capiunt, mox ubi nacti fuerint occasionem, uim illaturi: alij ut armis tecti & tutiores sint, & facilius quod uoluerint ab aduersarijs extorquere possint. Catilina uim patriæ illaturus, huiusmodi consilia cepit. Primum inter complices coniurationis, ita officia partitus est, ut Statilius & Gabinius cum magna manu duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilius ad Consullem, cæterosq; , quibus insidiæ parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianuam obsideret, eumq; ui aggrediretur: Alius autem alium. Sed filij familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent. Simul cæde & incendio percussis omnibus, ad Catilinam erumperent. Sed nec diu latuerunt huiusmodi coniurationis consilia Senatui. Quippe per Allobragum Legatos Consuli patefacta: sed quæ tamen occulta esse putabat Catilina. Ac propterea exercitum quoq; instruxit, tum patefacta iam coniuratione, quo hostium quoq; Imperium declinaret, deliberauit. Quam rem omnem simul atq; totius coniurationis exitum, Salustius ad hunc modum describit.

Seditiones
quædam ex
deliberatio
ne.

Qualia fue
runt consi
lia Catili
næ.

Ex omni, inquit, copia, quam & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas Legiones instituit, cohortes pro numero militum complet. Deinde ut quisq; uoluntarius, aut ex socijs in castra uenerat, æqualiter distribuerat, ac breui spatio Legiones numero hominum expleuerat, cum initio duobus non amplius millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: cæteri, ut quenc; casus armauerat, sparos, aut lanceas, alij præacutas fudes portabant. Sed postquam Antonius aduentabat cum exercitu, Catilina per montes iter facere, modo ad urbem, modo Galliam uersus castra mouere, hostibus occasionē pugnandi nō dare: Sperabat propediem magnas copias sese habiturū, si Romæ socij incepta patrauissent. Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiz currebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans uideri, causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse. Sed postquam in castra nuncius peruenit, Romæ coniurationē patefactam de Lentulo & Cethego, cæterisq; , quos supra memorauī, supplicium sumptū, pleriq; , quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem adducit, eo consilio, uti per tramites occulte

Verba Sa
lustij.

L iij perfugerent

perfugerent in Galliam trans Alpinam. At Metellus Celer cum tribus Legionibus in agro Piceno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter eius ex profugis cognouit, castra propere mouit, ac sub ipsis radicibus montium confedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Neq; tamen Antonius procul aberat, ut pote, qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequeretur. Sed Catilina, postquam uidet, montibus ac copijs hostium se clausum, in urbe res aduersas, neq; præsidij, neq; fugæ ullam spem, optimum factu ratus, in tali re fortunam bellitentare, *† concione.* statuit cum Antonio quàm primum confluere. Itaq; *†* conuentione aduocata, huiuscemodi orationem habuit.

Oratio Ca-
tilinæ ad
suos mili-
tes.

Compertum habeo milites, uerba uirtutem non addere, neq; ex ignauo strenuum, neq; fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri, quanta cuiuscq; animo audacia, natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neq; gloria, neq; pericula excitant, ne quicquam hortere, timor animi auribus officit. Sed ego uos, quo pauca monerem, aduocaui, simul uti causam consilij mei aperirem. Scitis equidem milites, socordia atq; ignauia Lentuli, quantam ipsi, nobiscq; cladem attulerit: quoq; modo dum præsidia ex urbe operior, in Galliam proficisci nequiuerm. Nunc uerò, quo loco res nostræ sint, iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostium duo, unus ab urbe, alter à Gallia obstant. Diutius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atq; aliarum rerum egestas prohibet: quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter uos moneo, uti forti atq; parato animo sitis, & cum prælium inibitis, memineritis uos diuitias, decus, gloriam, præterea libertatem, atq; patriam in dexteris uestris portare. Si uincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abunde, municipia atq; Colonia patebunt. Si metu cesserimus, eadem illa aduersa fient, neq; locus, neq; amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea milites, non eadē nobis, & illis necessitudo impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro uita certamus: illis superuacaneū est, pugnare pro paucorum potentia: quo audacius aggredimini, memores pristinæ uirtutis, licuit uobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere. Potuistis nonnulli Romæ amissis bonis alienas opes spectare, quia illa fœda, atq; intoleranda uiris uidebantur, hæc sequi decreuistis: si hæc relinquere uultis, audacia opus est. Nemo nisi uictor pace bellū mutauit. Nam in fuga salutē sperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus auerteris, ea uero dementia est. Semper in prælio ijs maximum est periculum, qui maxime timent, audacia pro muro habetur. Cum uos consydero milites, & cum facta uestra æstimo, magna me spes uictoriæ tenet;

Animus,

Animus, ætas, uirtus uestra me hortantur, præterea necessitudo, quæ etiam timidos fortes facit. Nam multitudo hostium ne nos circumuenire queat, prohibent angustia loci. Quod si uirtuti uestræ fortuna inuidcrit, caute, ne inulti animam amittatis, neu capti sicuti pecora potius trucidemini: Quin uirorum more pugnantem, cruentam atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis.

Hæc ubi dixit, paululum commoratus, signa canere iubet, atq; instructos ordines in locum æquum ducit. Deinde, remotis omnium equis, quo militibus ex æquato periculo animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atq; copijs instruit. Nam uti planities erat inter sinistros montes, & ab dextera rupe aspera, octo cohortes in fronte constituit, reliqua signa in subsidijs arctius collocat, ab his Centuriones omnes lectos & euocatos. Præterea ex gregarijs militibus optimum quencq; armatum in primam aciem subducit. C. Manlium in dextera, Fesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. Ipse cum liberis, & colonis propter Aquilam adstitit, quam bello Cymbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius pedibus æger, quod prælio adesse nequibat, M. Petreio Legato exercitum permittit. Ille cohortes Veteranas, quas tumultus causa conscripserat in fronte, post eas cæterum exercitum in subsidijs locat. Ipse equo circumiens, unumquencq; nominans, appellat, hortatur, rogat, ut meminerint se contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro aris atq; focis suis certare. Homo militaris, quod amplius annis Triginta Tribunus, aut Præfectus, aut Legatus, aut Prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosq; ipsos, factaq; eorum fortia nouerat, ea commemorando militum animos accendebat: Sed ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat, cohortes paulatim incedere iubet. Idem facit hostium exercitus.

Postquam eò uentum est, unde à Ferentarijs prælium committi posset, maximo clamore infestis signis concurrunt. Pila omitunt, gladijs res geritur: Veterani pristinae uirtutis memores, cominus acriter instare: Illi haud timidi resistunt, maxima uicertur. Inter ea Catilina cum expeditis militibus in prima acie uersari, laborantibus succurrere, integros pro faucijs arcessere, omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire, strenui militis, & boni Imperatoris simul officia exequabatur. Petreius, ubi uidet Catilinam contra, ac ratus erat, magna uic contendere, cohortem Prætoriam in medios hostes inducit, eosq; perturbatos, atq; alios alibi resistentes interfecit. Deinde utrinq; ex lateribus cæteros aggreditur. Manlius & Fesulanus in primis pugnantem cadunt. Postquam suas copias, secq; cum paucis relictum uidet Catilina, memor

Instructio
Exercitus
ad pugna;

Instructio
aduersæ
partis ad
pugnam.

M. Petreio

Pugne inia
tium.

Catilinae
uirtus in
prælio.

memor generis, atq; pristinae dignitatis suae, in confertissimos hostes incurrit, ibiq; pugnans confoditur. Iisdem fere consilijs usi sunt Marius, Sylla, Pompeius, Caesar, & pleriq; alij, qui se pro patria pugnare simulantes, magnos exercitus in patriam, uelut hosti-

Duae seditiones plebis Romae contra Senatū. lem & quasi brauium in medio constituta, duxerunt. Alio aut con- filio plebs primum propter nexus eris alieni, in montem Sacrum trans Anienem: deinde ob facinus Appij Decemuiri in filiam Virginij designatum, in montem Auentinum secedens, arma coepit. Siquidem in monte Sacro sine ullo Duce, uallo fossaq; comunitis castris quieti, rem nullam nisi necessariam ad uictum sumendo, per aliquot dies, neq; lacessiti, neq; laessentes, sese tenuere. Auentinum uero petentes, ac deinde insidentes ijs, qui ad sedandos eos motus accessissent, Imperium si quis inhiberet, & uiros & armatos esse responderunt: & ut quisq; occurreret plebem ad repetendam libertatem, creandosq; Tribunos plebis, adhortati sunt: neq; alia uox uiolenta audita est.

De Eloquentia seditiosorum, Cap. XVIII.



Utilitas
Eloquentiae.

Lib. 2. orat.
inst. c. 17.

Quantum
noceat Elo-
quentia pra-
uorum.

Vemadmodum nihil in Republica utilius eloquentia, si eius usus fuerit bonus: ita nihil perniciosius, si malus. Nam & prodest, & nocet eloquentia. Ac de utilitate quidem nemo ambigit, de qua cum sepe alias, tum libro secundo de natura Deorum ita scribit Cicero. Iam uero, inquit, domina rerum eloquendi uis quam est praecleara, quam diuina, quae primum efficit, ut ea quae ignoramus, discere: & ea quae scimus, alios docere possimus. Deinde hac cohortamur, hac persuademus, hac consolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac gestientes comprimimus, hac cupiditates irasq; restringimus: haec nos iuris, legum, urbium societate deiunxit: haec a uita immani & fera segregauit. At eadem ipsa eloquentia, quibus modis noceat, ad hunc modum declarat Fabius. Eloquentia, inquit, poenis eripit scelestos, cuius fraude damnantur interim boni, consilia ducuntur in peius, nec seditiones modo turbentur populares, sed bella etiam in expiabilia excitantur: cuius denique tum maxime est usus, cum pro falsis contra ueritatem ualeat. Nam & Socrati obicitur a Comicis, docere eum, quomodo peiorem causam meliorem faciat. Et contra, Lyfiam & Gorgiam similia dicit polliceri Plato. Quibus consentiunt exempla Graecorum Romanorumq;: quibus ostenditur, qui perniciose non singulis tantum, sed rebus etiam publicis usi eloquentia, turbauerint status ciuitatum uel euerterint, &c. Quae tamen in eos dicat Fabius, qui in eloquentiam inuehentes, eam ipsam pessundare conantur: tamen re ipsa ea ipsa quae narrat, uera esse omnes compertum

compertum habent. Quibus tamen nihil eloquentiæ laudi detrahitur, sed id tantum ostenditur, quod Poëta dicit.

Nil prodest, quod non ledere possit idem.

Est igitur ad seditiones non solum concitandas, sed etiam exercendas, aptissimū instrumentū eloquentia: Quo semper usi seditionū auctores, mirros in Republica tumultus cōcitarunt, atq; summis imamiscientes, in maxima pericula Respublicas adduxerunt. Quales fuerunt, Tiberius & Caius Gracchi fratres, Tiberij Gracchi Clarissimi & Eminentissimi uiri filij, Publij Scipionis Affricani illius ex filia Cornelia nepotes: ambo non solum seditiosi, sed etiam seditionum motuumq; civilium quasi seminaria. Nam eloquentissimū utrunq; fuisse, omnes rerum Romanarum scriptores testantur. Sed inter quos tamen Caius ingenio & eloquentia præstantior fuit, & ob id longe etiam maiora & acriora, quam frater repetens, nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum deniq; in eodem statu reliquit.

Post Gracchos L. Apuleius Saturninus, seditionis Apuleianæ author, eloquentissimus fuit, qui magis motu atq; ipso amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ.

C. Cæsar magnæ & elaboratæ eloquentiæ fuit, qui & Aedilis Curulis quotidie conciones habuit, ut Cicero scribit. Cuius contentio causa fuit belli civilis Mariani, ut Asconius Pædianus testatur. Sed & hæresum & schismatum auctores & magistri, plerunq; eloquentissimi fuerunt: de quorum eloquentia, multa etiam in scripturis sanctis pronunciata sunt.

De eloquentia siquidem hæreticorum, quæ contra ueritatem & Ecclesiam fluit, illud Prophetæ accipitur. Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, uel in mari indignatio tua? Nam flumina, quibus iratus est Dominus, sunt hæretici: mare autem, super quo impetus domini fit, sunt animæ eorum, qui circumferuntur omni uento doctrinæ, & semper malitia fluctuant, & falsis gurgitibus obruuntur, ut Hieronymus interpretatur. Qui & alio loco de hæreticorum eloquentia loquens. Sermo (inquit) hæreticorum compositus, & habens pulchritudinem eloquentiæ sæcularis, ut facilius decipiant audientes. De eadem re intelligendum est illud Apostoli: Hæc autem dico, ut nemo uos decipiat in sublimitate sermonis.

Eloquentiæ affinis est ars Dialectica, hoc tantum à Rhetorica arte differens, quod illa perpetuo: hæc uero conciso orationis genere utitur. Quas ita coniunxit Zeno, ut hanc compressæ in pugnum manus, illam explicitæ diceret similem, ut refert Fabius Quintilianus. Ideoq; & Dialectica arte, cuius & ipsius

bonus ²¹

Ad seditiones aptissimū instrumentū Eloquentia. Tib. & Caius Gracchi Eloquentissimi.

Cicero lib. 7. de natura deorum.

Vell. Patercul. lib. 2. Hist. Rom.

L. Florus lib. 3. c. 14. & in epitome lib. 60.

Cicero in Brut.

Abacuc. 3.

Hiero. lib. 2. cōment. in Habacuc. c. 3.

Hier. lib. 1. cōment. in Amos c. 1.

Coll. 2.

Ars Dialectica affinis Eloquentiæ.

Fabius lib. 2. orat. instit. 6.

bonus usus est, si causis adhibeatur bonis: malus, si malis, ad decipiendos simplices utuntur hæretici, siue novos errores confingant, siue quæ ab alijs male inuenta sunt, tueantur. Atq; hac arte usus Arius, nouum introduxit errorem. Eutitius autem & Eunomius, & illius Magister Aëtius, Syllogismis, & Enthimematibus, immo Sophismatibus & *φειδωπλίαις* atq; *Σωπειτοίς*, quæ ab alijs male inuenta sunt, roborare conati sunt. Illos ostia: Hos uectes appellat Hieronymus, de quibus illud dictum interpretatur. Conteram uectes Damasci, & disperdam habitatores de campo *ώβ*. Porro usq; adeò sibi in Dialectica & Rethorica, & omnium sophismatum dogmatibus applaudunt hæretici, ut ueram Ecclesiæ & simplicem doctrinam, quasi rusticitatem, & indignam mysterijs suis, quæ & ipsi sibi quasi Idola confinxerunt, despiciant, & pro nihilo habeant, ut idem Hieronymus testatur: A quorū fallacijs ut caueamus, Apostolus quoq; nos admonet, dicens. Videte, ne quis uos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam.

Hierony. lib. 1.
cōment. in A=
mos. c. 1.

Amos. 1.

Hiero. in com=
ment. in Sopho=
niam c. 2.

Coll. 2.

De Materia, Fine, & Forma seditionum,
Caput XIX.

Materia se=
ditionum.
homines
sunt.



Actenus de Efficiente causa seditionum dictum est: sequitur iā, ut de Materiali, Finali, et Formali causa dicamus. Materiam seditionū uocamus homines, aduersus quos seditiones excitantur: Philosophi Materiam circa quam appellant. Eorum autem, in quos seditiones exercentur, quidam superiores sunt: Quidam inferiores. Superiores sunt Principes & Magistratus, tam Ecclesiastici quàm sæculares. Inferiores sunt subditi, qui Imperio Magistratuum subiecti sunt. Superiorum & Magistratuum Gradus in utriusq; ordinis certi gradus sunt. In ordine Ecclesiastico, superter superiorum gradum obtinet Romanus Pontifex: sub hoc sunt Patriarche & Primates: sub Patriarchis Archiepiscopi: sub Archiepiscopis, Episcopi: sub Episcopis, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & aliorum etiam ordinum Clerici. Sic in ordine sæculariū Primatum tenet Imp. Romanorum: Imperatori subiecti sunt Reges, Regibus Gradus in Sæcularibus Ducibus Comites, Barones, alijq; Nobiles. Sed et utriusq; status suprema capita, ordinē inter se habent. Nam & Imperator, et qui sub eo sunt, Reges & Principes, & omnes omnio Laici Ro. Pontifici, alijq; Archiepiscopis, Episcopis, & Sacerdotibus, pro modo districti, atq; Iurisdictione uniuscuiusq; in his, quæ ad Religionem & cultū Dei animarūq; salutem, tū Ecclesiæ pacē & tranquillitatē pertinent, subiecti sunt. Quæ aduersus superiores cōmouentur, seditiones, rebelliones: Subditorum uero inter se turbæ & tumultus, seditiones & factiones appellantur.

Earum

Earum igitur seditionum, quas inferiores aduersus superiores concitant, id est, rebellionum Materia, & ueluti subiectum sunt, Principes & Magistratus, tam Ecclesiastici quam seculares. Sic earum rebellionum, quas haeretici & schismatici aduersus Romanum Pontificem, & Ecclesiae Primatum & auctoritatem concitant, Materia est Pontifex Romanus, adeoque Romana ipsa & Catholica Ecclesia: & idem Romanus Pontifex, Archiepiscopi, Episcopi, & sacerdotes, earum seditionum, quas in eos exercent, eorum Pastoralis curae subiecti, tam Clerici quam Laici, recte Materia appellabuntur. Et eodem modo Romanorum Imperator rebellionum, quae aduersus ipsum & Romanum Imperium conflantur: & earum, quas subditi in alios Reges & Principes commouent, Reges ipsi & Principes Materia dicentur. In his uero seditionibus, quibus inter se subditi agitantur, ipsi quoque subditi, alteri alteris commotarum inter se discordiarum, Materia existunt. Finem seditionum accipimus, gratia cuius seditiones excitantur. Aristoteles quadruplicem seditionum finem statuit. Lucrum & honorem: & his contraria, damnum & dedecus. Siquidem lucrum & honorem, uel proprium, uel amicorum suorum affectantes: uel damnum, uel dedecus declinantes, ut illa adipiscantur: haec uero deuitent, homines plerumque ad seditiones conuertuntur. Ad lucrum referimus, diuitias. Ad honorem, Magistratus, publica munera, & honores. Ad damnum, paupertatem, praepotentiam, & incrementum excessuum. Ad dedecus, iniuriam, contumeliam, contemptum, & si quae sunt similia. Quae tametsi inter causas efficientes seditionum numerauimus, quatenus scilicet ad concitandas seditiones homines instigant: tamen nihil prohibet, quin & ad finem seditionum haec ipsa referri possint. Siquidem horum uel consequendorum uel euitandorum gratia, homines ad seditiones deueniunt. Forma seditionis est, a qua denominatur seditio, ut concitatio ille motus, & turba, & uelut imago, qua dissensio inter se hominum & discordia representatur, & quasi ob oculos ponitur: quae si subditorum sit contra dominos rebellio, si subditorum inter se seditio & factio appellatur. Ac ad formam imaginis pertinent hominum promiscui concursus, armorum strepidus, clamor, horrenda ad accendendas hominum iras spectacula. Cuiusmodi spectaculi effigies est, quam Lilius seditionem plebis, ob nexum aeris alieni concitatam describens, ad hunc modum exprimit. Magno natu quidam cum omnium maiorum suorum insignibus se in forum proiecit, obsita erat squalore uestis, foedior corporis habitus pallore ac macie perempti, ad hoc proluxa barba, & capilli efferauerant speciem oris: noscitur tamen in tanta deformitate, & ordinem duxisse aiebant, aliaque militiae decora uulgo miserantes eum iactabant: ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerso pectore

lib. 5. pol. c. 2.
Seditionum
causa si
nalis.

Differunt
Rebellio
& Seditio.

Qualis est
forma se
ditionum.

l. 2. ab urb. cond.

Miserabilis
species
cuiusdam
senis depau
perati.

Tumultua
tio plebis.

ctore ostentabat. Sciscitantibus, ille unde esset habitus? unde deformitas? quum circumfusa turba esset, prope in concionis modum, Sabino bello, ait, se militantem, quia propter populationes agri, non fructu modo caruerit, sed uilla incensa fuerit, direpta omnia, pecora abacta, Tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum fecisse: id cumlatum usuris primo se agro paterno auitoque exuisse, deinde fortunis alijs, postremo uelut tabem peruenisse ad corpus: ductum se à Creditore non in seruitium, sed in Ergastulum & carnificinam, inde ostentare tergum fœdum recentibus uestigijs uerberum. Ad hæc uisa auditaque clamor ingens oritur: non iam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem peruadit, nexu uincti soluti que se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem: nullo loco deest seditionis uoluntarius comes, multis passim agminibus per omnes uias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt: nec temperatum manibus foret, ni prope C O S S. P. Seruilius, & Appius Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. In eos multitudo uersa, ostentare uincula sua, deformitatemque aliam: hæc se meritos dicere, exprobrantes suam, quisque alius alibi, militiam postulare magis minaciter, quam suppliciter, ut Senatum uocarent, curiamque ipsi futuri arbitri moderatoresque publici consilij, circumstant. Cui haud dissimilis est alia apud eundem Liuium seditio, quæ propter Appij scelus in Virginij filiam perpetratum, concitata fuit ad hunc modum.

T. Liuius lib.
3. ab. urb. cōd.
Seditio
contra
Ap. Clau.

Repræsentatur mactaturus iam pater filiam abrepto ab Ianio cultro. Hoc te uno quo possum, ait, modo filia in libertatē uēdico. Pectus deinde puellæ transfigit, respectansque ad Tribunal. Te (inquit) Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro. Clamore ad tam atrox facinus orto, excitus Appius, compræhendi Virginium iubet: ille ferro, quacumque ibat uiam facere, donec multitudine etiam frequentium iuuenum tuente, ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque exangne corpus sublatum ostentant populo, scelus Appij: puellæ infœlicem formam, necessitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ, eam ne liberorum procreandorum conditionem, ea pudicitæ præmia esse? Concitatur multitudo, clamatur ad arma, &c.

DE SEDITIO

138

DE SEDITIONIBVS

LIBER TERTIVS: QVI EST DE

*malis & incommodis, quæ ex seditionibus
proueniunt.*

*Seditionem per se malum esse,
Cap. 1.*



*V*periori libro de causis seditionum dictum est: sequitur iam, ut de malis & incommodis, quæ ex seditionibus proueniunt, agamus. Priusquam aut de malis ipsis, quorum causæ sunt seditiones, dicamus: illud in primis explicandum mihi uidetur, seditionem quoque ipsam malum esse, atque eò minus mirandum, quod ex ea alia quoque mala enascantur. Ac primum quidem seditionem per se

malum esse, ex eo facile conuincemus, quod priuatio eius sit, quod bonum est: Id enim proprie malum dicitur. Nam hinc nomen ducit malum, quia boni priuatio est. Bonum autem est, quicquid à Deo creatum est, sub specie aliqua eorum, quæ à Deo creata sunt, contentum. Nam ubi aliqua species, necessario aliquis modus, & modus aliquid boni est. Vnde & sapientes concludunt, summum malum non esse: quia summum malum modum non habet. Caret enim omni bono. Vnde cum nulla specie continetur, esse non potest: ac propterea totum hoc nomen mali de speciei, id est, eius, quod bonum est, priuatione repertum est, ut alibi Augustinus docet. Cuius & illud est, quod aliò loco dicit. Mali nulla natura est: sed amissio boni, mali nomen accepit.

Sunt autem malorum gradus, siquidem aliud aliò maius est, nullum aut summum. Id enim esse non potest: quia nulla specie continetur, ut paulo ante dictum est. Non est igitur malum, quin sub specie aliqua contineatur, bonitatem aliquam coniunctam habeat, propter quam, non malum esse dicitur, & ea tantum ratione malum est: quia eorum bonorum, quibus coniunctum non est, priuatio est.

Seditionem igitur malum uocamus, non quia natura malum. Nam & ipsa boni alicuius particeps est, ut posthac dicemus: Sed

M ij quia

Seditio
malum est,
quia priuatio
est alio
cuius boni.

Aug. lib. 80.
quest. quest. 6.
lib. 10. de ciui.
Dei cap. 10.

quia boni alicuius priuatio est, cui coniunctum non est.

Seditio pacis & concordiae priuatio est.
 Id est autem pax & concordia, qua quidem sublata, dissensio succedat & discordia necesse est: quæ utiq; est illa ipsa, quam dixi, concordiae priuatio. Sicut & alia quædam mala, eatenus mala sunt, quatenus boni alicuius priuatio in reliquum bona: quia cum bonis coniuncta, quæ & ipsa utilitatem aliquam afferunt. Cuiusmodi sunt, fames, sitis, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas, trucidatio, & si qua sunt similia.

Aug. de quest. uet. & no. Test. cap. 1.
 Nam quatenus priuatio sunt alimonie, sanitatis, pacis, bonorum fortunæ, libertatis, uitæ, mala sunt: Quatenus autem hæc ipsa patientiam exercent, per quam beata uita acquiritur, bona sunt. Sic & tenebræ, & uenenum mala sunt: quia illæ lucem nobis adimunt, quæ bona est: Hoc uero sanitatem & aliquando etiam uitam, quæ & ipsæ bonæ sunt. Sed rursus hæc ipsa bona sunt: quia pro loco suo etiam necessaria sunt. Nam tenebræ requiem dant post laborem, & ex ueneno sæpe etiam salutare medicinæ componuntur.

Bellum propter pacem geritur, si iustum est.
Aug. de ciuit. Dei li. 19, c. 12.
 Sic bellum etiam iustum, nemo negat esse malum: quia scilicet pacis priuatio est, quæ utiq; bona est. Sed quia bello iusto pax comparatur, & eadem bona: ipsum quoq; bellum bonum dicitur, ut cuius finem pacem esse constat. Quod Augustinus his uerbis ostendit. Qui (inquit) bella uolunt, nihil aliud quam uincere uolunt. Ad gloriosam ergo pacem bellando cupiunt peruenire. Nam quid aliud est uictoria, quam subiectio repugnantium, quod cum sic factum fuerit, pax erit. Pacis igitur intentione geruntur & bella, ab his etiam qui uirtutem bellicam student exercere, imperando atq; pugnando. Vnde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo belligerando pacem requirit: nemo autem bellum pacificando.

Bellum iniustum simpliciter malum est.
 At qui bellum iniustum exercent, etsi pacem uelle uidentur, tamen non eam uolunt, quæ bona est, sed quæ mala: Id est, quæ publicæ pacis confusio est & peruersio. Ideoq; nec bonum ulla ratione huiusmodi bellum dici debet, sed simpliciter malum est, ut quæ bona pax turbatur, & amittitur, nunquam comparatur.

Atq; huiusmodi bella sunt seditiosorum & latronum, qui tamen si pacis aliquo fœdere coniuncti, pacem etiam per bellum comparare uelint: tamen ea non bona est, sed mala. Et bonam quidem quæ est, extinguere: malam autem quæ non est, de nouo componi & conciliari uolunt.



Am uero cuiusmodi malum sit seditio, tum recte intelligemus, si prius quale bonum sit pax & concordia, cuius quidem priuatio seditio est, cognoscamus.

Est igitur pax à pactione dicta. Est enim pactio, (ut Ulpianus inquit) duorum plurimumuè placitum L. 1. ff. de pacto.

& consensus: unde & qui consentiunt, pacem inter se habere intelliguntur. Hanc quidam tranquillitatem liberam esse definiunt. Est autem pax duplex, una Dei: altera mundi. Nam pax Dei diuersa est ab ea, quæ est mundi, ipso Domino ita discernente, qui ait. Pacem meam do uobis: & continuo adiungit. Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Est igitur pax Dei illa, quæ datur à Deo Patre, & Domino nostro Iesu Christo, qua reconciliamur Deo, quam præcedit gratia, qua nobis peccata remittuntur, quibus aduersamur Deo. Cum enim per gratiam remissis peccatis absumptæ fuerint inimicitia, restat, ut pace adhæreamus illi, à quo nos sola peccata dirimebant. Sicut Propheta dicit: Non grauabit aurem, ut non audiat, sed peccata uestra inter Deum & uos separant: quibus remissis per fidem Domini nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit. Sed & eam pacem Dei appellare possumus, quæ tranquillam hominū societatem tuens, non aduersatur legi Dei. Qualis est tranquillitas illa uitæ, ex mutua hominum inter se beneuolentia enata, donū uidelicet præclarū à Deo mortalibus datum, & quod ad ea, quæ Dei sunt, agenda, ingēs præstat adiuuētum. Ioh. 14. 6
Aug. in expos. Epist. ad Rom.

Porro hanc pacem ideo Dei appellamus, quia non homo, sed solus Deus eam largitur. Hanc primum Christus, in carnem descendens, & homo factus Deus, de cælo secum attulit: Angelis in foelici eius natiuitate concinentibus. Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Vnde & à Prophetis Princeps pacis esse dicitur, qui & pacis eius non esse finem futurum pronunciarunt. Orietur, inquit Psaltes, in diebus eius iustitia, & abundantia pacis. Vnde & pacis Deus, & interdum etiam pax nostra appellatur. Pacem habete, inquit Apostolus, & Deus pacis & dilectionis erit uobiscum. Et iterum. Ipse autem Deus pacis, det uobis pacem sempiternam in omni loco. Et alio loco. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum & medium parietem maceria, soluens inimicitias in carne sua, legem mandatorum decretis euacuans: ut duos condat in semetipso, in uno nouo homine faciens pacem. Sed & uerbo simul & exemplo, pacis documenta idem nobis tradidit Christus. Pacem, inquit, habete inter uos. Quod & Apostolus de eo testatur, dicens. Et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longe fuistis: & pacē his, qui prope. Quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Patrem. Et Apostoli sequenti Magistrum suum, ipsi quoq; nos docuerunt Christus author & Princeps pacis. Luca. 2.
Esai. 9.
Psal. 72.
1. Corin. 13.
2. Thef. 3.
Ephes. 2.
Marci. 9.
Eph. 2.

M in cuerunt

Rom. 12. **cuerunt pacem.** Nolite esse (inquit Apostolus) prudentes apud uosmetipsos, nulli malum pro malo reddentes, prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam corā omnibus hominibus: si fieri potest, quod ex uobis est, cum omnibus hominibus pacē habētes. Item,

Heb. 12. **Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam,** sine qua nemo uidebit Deum. Pax mundi est prauorū & impiorū hominum, ad explenda scelera consensus atq; concordia. Qualis est eorū, quos ad

Prouerb. 1. **hunc modum loquentes** introducit Sapiens. Insidiamur sanguini: abscondamus tendiculas contra insonitē frustra: deglutiamus eum, sicut Infernus uiuentem, & integrum quasi descendentem in lacum:

Sap. 2. **mar supium unum sit omnium nostrum.** Et rursus alio loco. **Opprimamus pauperē iustum, & non parcamus uiduæ nec ueterano: nec reuereamur canos multi temporis.** Sit aut fortitudo nostra lex iniustitiæ. Circumueniamus ergo iustum: quoniam inutilis est nobis, &

Pax Domini contraria est paci mudi. **contrarius est operibus nostris.** Cæterū pax Domini ita contraria est paci mundi, ut qui illam habet, hanc habere non possit. Quia scilicet illa Diaboli est: hæc Domini. Quod Augustinus his uerbis confirmat. Qui, inquit, pacem suscipit Saluatoris, inimicitiam contrahit

Aug. in quest. noui test. q. 95. to. 4. **mundi: Nisi enim discordauerit cum Diabolo, pacē non habebit cum Christo.** Nemo enim potest duobus dominis seruire. Hic ergo a mundo discordat, qui legem Dei fideliter seruat: Christi pace munitus, omnium aduersariorū comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum, quem scit Regis amicum? Aliter tamen mundus pacem dat, quam se Saluator dare promisit. Mundus enim aut metu dat pacem, aut prece: Saluator uero, cum sit fortissimus omnium, nullum utiq; metuens, non rogatus dat pacem. Saluatoris ergo hæc pax est, quæ idcirco datur, ut munimentū sit contra hostes. Pax quidem uno nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur Dei & mudi. Hæc enim fragilis est, illa fortis: hæc carnea, illa spiritalis: hæc terrena, illa cœlestis: hæc de necessitate est, illa de uoluntate. Christus enim nullius egens, pacem offert inualidis & inermibus: dominus seruis, bonus malis, Deus hominibus. Quicumq; uero pacem Christi acceperit, alienus erit a uitjs huius mundi, quæ militant aduersus animam, & tandem adipiscetur uitam æternā. At mundi pax plena uitjs, non docet bonam uitā, non suadet ad patientiā, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericordiam, nō promittit uitam æternā. Hæc Augustinus. Rursus pax duplex est: Interna & Externa. Pax interna eorū est, qui naturali quodam amicitie nexu coniunguntur. Et est triplex. Monastica, Oeconomica, & Politica. Monastica est unius hominis ad seipsum, eorū uidelicet, quæ sunt in anima hominis motuum cum ratione concordia, & cognitionis actionisq; consensus. Quam Græci *εὐθυμία* Latini tranquillitatem animi appellant. Oeconomica, quæ & domestica, est ordinata imperandi obediendiq; in una domo cohabitantium

Aliter dat pacē Christus, aliter mundus.

Pax interna triplex est.

bitantium

bitantium concordia, Politica & ciuiliſ, eſt ordinata imperandi atq; Aug. lib. 19. c. 13. de ci. Del.
 obediendi ciuium concordia. Imperat qui conſulunt, ſicut uir uxori,
 parētes filiis, domini ſeruis, Magiſtratus ciuibus, Reges ciuitatibus,
 & Regnis. Obediunt autem, quibus conſulitur, ſicut mulieres mari-
 tis, filij parentibus, ſerui dominis, ciues Magiſtratibus, ciuitates &
 Regna Regibus. Externa pax eſt eorum, qui inter ſe diſſiti, ac Pax Ex-
terna.
 proprio quodam iure uiuentes, nulla neq; loci, neq; officij, neq; alia
 neceſſitudinis lege coniuncti ſunt. Qualis eſt hominis ad hominem,
 uicini ad uicinū, ciuitatis ad ciuitatem, Regni ad Regnū concordia.

Eſt igitur tantum pacis bonū, ut in terrenis & mortalibus rebus Bonum
pacis quan-
tum eſt.
Pax Mo-
naſtica.
 nihil gratius ea ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concupiſci: deniq;
 nihil poſſit melius inueniri. Ac primū quidem quid oprabilius pace
 Monaſtica, in qua ſumma ſcēlitatis ponitur, non ſolum terrena illa
 & temporaria, quod & Ethnici ſenſerūt: ſed etiam cœleſtis & eterna,
 à qua ſcilicet Beati, qui eam habent, & ad finē uſq; retinēt, & filij Dei
 appellantur. Beati (inquit Saluator & Dominus noſter Chriſtus Matth. 5.
Aug. de ſer.
domini in
monte lib. 1.
 Ieſus) paciſici: quoniam ipſi filij Dei uocabuntur. In pace enim perfe-
 ctio eſt, ut inquit Auguſtinus, & ideo filij Dei paciſici: quoniam
 nihil in eo reſiſtit Deo, & utique filij ſimilitudinem patris habere
 debent. Paciſici autem in ſemetiſſis ſunt, qui omnes animi ſui
 motus componentes, & ſubiicientes rationi, id eſt, menti & ſpi-
 ritui, carnalesq; concupiſcētias habentes edomitas, ſunt Regnū Dei,
 in quo ſunt ita ordinata omnia, ut id quod eſt in homine præcipuum
 & excellens, hoc imperet, cæteris non reſiſtantibus, quæ ſunt nobis
 beſtijsq; cōmunia: atq; idipſum quod excellit in homine, id eſt, mens
 & ratio, ſubiiciatur potiori, quod eſt ueritas, unigenitus Filius Dei.
 Hæc eſt illa pax, quæ datur in terra hominibus bonæ uoluntatis. Hæc Proverb. 31.
Pax Oe-
conomica.
 eſt mens illa ſecura, quæ à Sapiente iugi conuiuio comparatur: qua
 qui præditus eſt, paciſicus eſt, pace gaudens, pietate religioſus, beni-
 gnus mente, moribus caſtus, conſcientia ſecurus. Deinde patres fa-
 miliās nihil magis optant, quàm pacē domesticā, cum his, qui eorum
 imperio ſunt ſubiecti. Nam his ad nutum ſibi obtemperantibus, de-
 lectantur: repugnantibus dolent, indignantur, corripiunt, uindi-
 cant, nec antea quieſcunt, quàm domus ſuæ pacem (ſi ita neceſſe eſt)
 etiam ſæuendo componant, quam ſentiunt eſſe non poſſe, niſi
 quidam principio, quod ipſi in domo ſunt, cætera in eadem dome-
 ſtica ſocietate ſint ſubiecta. Quam legem & à brutis animantibus, Lex paciſ-
etiam in
brutis.
 ut ab auibus, ceruis, columbis, apibus: Immo & ab inſociabilibus,
 ſoliuagis, & quibuſdam etiam immaniſſimis beluis, cuſtodiri uide-
 mus, quæ coniugia copulant, nidos congerunt, oua conuouent,
 pullos alunt, & quali cum ſua matrefamiliās ſocietatem domesticam,
 quanta poſſunt pace, conſeruant. Pax Poli-
tica.

Poſtremo à Monaſtica & Oeconomica pace, tanq; à fonte emanat

Tertia illa, quam Politicam diximus, per quam & ipsam ciuitates & Regna, non solum constituuntur, sed etiam legitime gubernantur & conseruantur. Atque ex his omnibus iam satis (ut opinor) intelligimus, quam bona & necessaria sit, ad conseruandam humanam societatem, hominum inter se pax & concordia, ut recte à Cicerone dictum sit, & nomen pacis dulce esse, & rem ipsam tum iucundam, tum salutarem. Propter quod & gentiles quidam, pacem & concordiam inter bona beatitudinis statuerunt. At multo plura eademque excellentiora sunt Christianæ pacis commoda, à gentilibus ignorata, quæ hoc ordine enumerat Augustinus. De pace, inquit, dicturi, prius quæ pacis sint commoda uideamus. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, amoris uinculum, consortium charitatis. Hæc est, quæ simultates tollit, bella compescit, comprimit iras, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placita. Non quærit alienum, nihil deputat suum: docet amare, quæ odisse non nouit. Nescit extolli, nescit inflari. Hanc ergo qui accepit, teneat: qui perdidit, repetat: qui amisit, exquirat. Quoniam qui in eadem non fuerit inuentus, abdicatur à Patre, exhæredatur à Filio, & à Spiritu sancto alienus efficitur. Respuit enim munus oblatum, qui datæ legis contempserit bonum. Nec poterit ad hæreditatem Dei peruenire, qui testamentum noluerit obseruare: Non potest cum Christo concordiam habere, qui discors uoluerit esse cum Christiano. Contumaciæ ergo crimen est, quod iubetur contemnere, quod præcipitur nolle, quod imperatum est declinare. Quid tibi commune cum discordia Christiane? quid simultates amas, quod auctori pacis placere non potuit? quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit, nec ille qui eas primus inuenit? Initio namque inimicitias in protoplastum, dum serpens exerit, interficitur: dum homini inuidet, ipse prosternitur: Dum Adam cupit decipere, ipse primitus iugulatur. Quare aut Christi charitatem amplectere Christiane, aut discordiæ auctori de similitudine operum parem te esse cognosce.

Inimicitia non conuenit Christianis.

De bello & discordia, Caput III.



Pax & concordie cōtrarium est bellum, & ut maximum bonū homini est pax & concordia: ita maximum malum bellum & discordia, ut in Hierone inquit Xenophon. Est autem bellum duplex: Vnum Domini, alterū mundi. Bellum Domini uocamus, quod huius mundi etiam prudentes iustum appellant. Et est, quod iustæ & legitimæ pacis uel conseruandæ, uel recuperandæ causa suscipitur. August. iustū definit esse bellum, quod ulciscitur

Aug. lib. 6.
que est. super
Iosue. 9. 16.

nur iniurias, si qua gens uel ciuitas, quæ bello petenda est, uel uindicare neglexerit, quod à suis improbe factum est: uel reddere, quod per iniurias ablatum est. Similiter iustum est, quod Deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit, quid cuique fieri debeat: In quo bello ductor exercitus, uel ipse populus, non ipse tam autor belli, quam minister iudicandus est. Cæterum, quæ ad belli iustitiam pertinet, nos in his libris, quos de Legationibus scripsimus, satis explicauimus. Iniustum bellum est, quod iustæ & legitimæ pacis perturbandæ extinguendæ causa, inferitur. Atque illius Deus, huius uero Diabolus, author est. Nam & Deo uel iubente, aut saltem non prohibente, quædam bella geruntur. Cuiusmodi sunt, quæ pro iustitia, ac tuenda religione: ob scelera item puniendâ, & ad repetendas res per uim ablatas, captiuosque liberandos, & id genus alias causas, suscipiuntur. Sic ad custodiendam legem, per Moysen latam, Machabæi fratres, Iudas, Ionathas, & Simon, aduersus Antiochum, ac eius Principes, arma susceperunt. Et Iosue Deo authore Chananeos, & reliquos populos, quondam habitantes terram, populo Israëlítico repromissam, expugnauit. Similiter Tribus Benjamin propter nefarium scelus in uxorem Leuitæ perpetratum, à reliquis Tribubus ad internecionem propemodum est cæsa. Et Abraham coacto suorum uernaculorum exercitu, quattuor Reges uictores, qui inter cæteros captiuos Loth nepotem eius, unâ cum tota illius substantia tulerant, Deo uolente, prostrauit. Sic Dauid diuino admonitus oraculo, coactis socijs repente irruit in latrunculos & prædones, qui uastauerant Sicelech, eruitque de manu eorum uxores suas, & prædam, quam abduxerant.

At quæ ad subuersionem ueræ pietatis & iustitiæ, & ad iniustam bonorum suppressionem, à malis geruntur bella, Diabolo authore suscepta gestaque intelliguntur: quod & Ethnici crediderunt, qui malorum bella à tribus Furijs infernalibus Tisiphone, Megera, & Alecto, mentibus humanis immitti dixerunt. Ad quem modum Poëta à Iunone bellum in Æneam & Troianos excitatum fuisse fingit. Sic enim de Iunone, omnibus modis ira iam accensa, & ad uindictam parata, habet carmen Poëtæ.

*Lucrificam Alecto dirarum à sede sororum,
Infernisque ciet tenebris, cui tristia bella,
Iraque insidiaque & crimina noxia cordi,
Quam Iuno his acuit uerbis, ac talia fatur.
Tu potes unanimes armare in prælia fratres,
Atque odijs uersare domos, tu uerbera tectis,
Funereasque inferre faces, tibi nomina mille,*

Virgil. lib. 7^o
Æneid.

Mille

*Mille nocendi artes, foecundum concute pectus,
Disijce compositam pacem, sere crimina belli,
Arma uelit, poscatq; simul, rapiatq; Iuuentus, &c.*

Et utrunq; quidem bellum, Domini & mundi, diuiditur: ut quoddam sit Internum, quoddam Externum. Internum rursus triplex est: Monasticum, siue unius hominis ad seipsum. Oeconomicum siue Domesticum, & Politicum siue Civile. Monasticum duplex est: Vnum, quod Deo iubente contra malos affectus, uitia & cupiditates exercetur. Qualis est continua spiritus aduersus carnem pugna. Alterum, quod aduersus spiritum iam à carne uictum gerit conscientia, quæ nullo non suppliciorum genere nocentem iam territat & affligit. Bellum Domesticum est, quod uxor contra maritum, liberi aduersus parentes, serui contra dominos suos exercent. Bellum Politicum siue Civile est, quod subditi dominis suis, uel alterutrum sibi uicini uel ciuitates, unius Imperij uinculo constricti, per rebellionem, seditionem, uel factionem inferunt. Ac de triplici hoc bellorum genere, supra non nihil diximus. Externum bellum est, quod Diabolus & mundus animæ, uicinus uicino, ciuitas ciuitati, & Reges Regibus, inferunt. Iam igitur bella, siue interna siue externa, ob id mala sunt, quia pacis priuatio sunt. Ac primum quidem, quis non malum esse dicet, internam illam pugnam carnis aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: qua si spiritus carnem uicerit & mortificauerit, uita: si succubuerit, mors datur, Apost. dicente. Si secundum carnem uixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Sane crudelissimus hostis est caro. Caro siquidem omnem suggestionem malam concupiscit, & demonstrat. Caro concupiscit omne malum: caro hortatur maleficia: caro prouocat iram, homicidium, adulterium & rixam: caro inserit ebrietatem: caro portat omnem concupiscentiam malam huius sæculi, & omnia mala desiderat. Deinde non minus horrendum est bellum, quo conscientia cum homine ob perpetrata delicta cõflictatur. Qui enim conscius sibi delictorum est, nusquam securus est, ut inquit Ambros. sed tanquam hostiles acies ita lapsus culparum suarum, aduersantium modo, arbitratur sibi oblistere. Quicquid personuerit, quicquid increpuerit, culpa ei propria semper occurrit. Quicquid fuerit dictum aut lectum, in se dictum putat. Quicquid intenderit se nutu, se oculis designari putat. Si epuletur, si cogitet, si oret, ac deprecetur, ante oculos eius semper est error proprius, & momentis omnibus culpa pulsat conscientiam: nec quiescere, nec obliuisci sinit, uelut grauis censor exagitat se perpetuo terrore. Omnia igitur aduersa habet, qui ipse sibi displicet, ipse sui accusator, ipse sui testis est, nec inuenit, quo fugiat, qui ipse se purget & stimulet.

Magna

Aug. lib. de
salutarib. doc.
c. 64.

Rom. 8.

Hostis no-
ster caro
est.

Amb. in Apol.
David. c. 9.

Magna certe uis obnoxiae conscientiae, magna supplicia timebant Adam & Eua: & cum Domini uocem in Paradiso ambulantis audirent, cupiebant se abscondere, quos nemo quaerebat. Cain quoque metuebat, ne omnis eum, quicumque inueniret eum, occideret: ita sua conscientia in eum ferebat sententiam, quod dignus esset, cui nullus ignosceret. Et ad hunc modum affligitur, qui in Psalmo dicit. Et delictum meum contra me est semper: Hoc est, sine interuallo aliquo recordatio & species ipsa mei me erroris impugnant. Haec Ambrosius. Idem quoque Ethnici senserunt, tametsi lumine fidei nostrae minime illustrati. Sic enim de hac conscientiae pugna scribit Seneca, Prima est, inquit, & maxima peccantium poena peccasse, nec ullum scelus licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac uindictet, impunitum est: quia sceleris in scelere supplicium est. Sed nihilominus & haec & illam secundae poenae premunt ac sequuntur, timere semper & expauescere, & securitati diffidere. Hic consentiamus, inquit, cum Epicuro, qui ait. Mala facinora conscientia flagellari: & plurimum illi tormentorum esse, eo quod perpetuo illam sollicitando urget ac uerberat, quod sponsoribus securitatis suae non potest credere. Hoc enim ipsum argumentum Epicuri est. Natura nos a scelere abhorrere, quod nulli non etiam inter tuta timor est: multos fortuna liberat poena, neminem metu. Haec Seneca, cui Satyricus etiam concinit.

Vis magna
obnoxiae
conscientiae.

Psal. 50.

Seneca lib. 10.
epistolarum.

Flagella
conscientiae
in sceleratis

Iuuen. Sat. 13.

*Exemplo quodcumque malo committitur, ipsi
Displicet auctori: prima haec est ultio, quod se
Iudice, nemo nocens absoluitur.*

Et post.

Cur tamen hos tu

*Euasisse putes, quos diri conseta facti,
Mens habet attonitos? & surdo + pectore caedit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Poena autem uehemens, & multo saeuior illis,
Quas & Ceditius grauis inuenit, + & Rhadauiantus,
Nocte, dieque suum gestare in pectore testem.*

+ uerbero.

+ aut Rhada
manthus.

Sed & grauissimum est bellum, quod mundus & Diabolus extrinsecus homini inferunt: quod ut caute declinemus, Apostolus Ioannes admonet, dicens. Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi. Cum hoc conflictatus Adam & Eua, & tandem uicti, a Paradiso delictiarum, in hoc miserabile exilium eiectioni sunt. Nam & concupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno uetito gustauerunt. Et concupiscentia oculorum, quod

1. Ioan. 2.

Aug. lib. de sa-
lutarib. docu-
mēt. c. 13. et 17.

Rom. 8.

Quid est,
uiuere se-
cundum
carnem.

quod sibi aperiri oculos cupiuerunt. Et ambitio sæculi, quod se fieri posse, quod Deus est, crediderunt. Sic & ad eundem modum mundum diligentes, id est, carnaliter uiuētes, nos quoque à Paradiso eternæ felicitatis enīemur. Nam & Apostolus dicit: Si secundum carnē uixeritis, moriemini. Secundum carnem autem uiuit, qui secundum seipsum uiuit: quia ipse homo est, & uiuit, & secundum seipsum uiuit: Id est, pergit quo uult, dormit quando uult, & quamdiu uult: loquitur quæ uult, & cui uult, & ubi uult: manducat & bibit quando uult, & quantum uult: ridet & iocundatur turpiter inter quos uult, & quando uult. Postremo, quicquid naribus suaue est, quærit: quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iucundum, exercet & sequitur, qualiter uult, & quando uult: quia omnia licita & illicita carnaliter uult. Delectatur in uestimentis pulcherrimis, & equis & armis, sicut uult, & quando uult. Et sic non secundum Deum, sed carnaliter uiuit, & omnia desideria carnis suæ perficit sicut uult, & quando uult. Hæc & alia his similia, mundi bello uicti faciunt. Fortiores autē huiusmodi illecebrarū arma, Apostoli doctrinā sequuti, cautius fugiendo declināt: Quod omnium certe maxime arduum est. Frequenter enim irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & uanitatum offusio mentem occupat, ut quod euitare studeas, hoc cogites, animoque uoluas, quod cauere difficile sit homini, exuere autem impossibile, ut uoti magis ea res sit, quam effectus, ut inquit Ambrosius. Quod & Prophetæ testimonio confirmat, dicentis. Declina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam.

Amb. de fuga
sæculi c. 1.

Aug. de bono
perseueran.

lib. 2. cap. 8.

Psal. 118.

Aug. de salu-
tarib. documē,
cap. 64.

Ephes. 6.

Sed nec minus periculosum est bellum illud externum, quod à Diabolo homini infertur, carnem eius occupans. Diabolus enim in carne nostra seminat semina sua, id est, homicidium, fornicationem, concupiscentiam, libidinem, iram, rixam, ebrietatem, superbiam, furtum, & omnem suggestionem malam, dicente Apostolo. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus spiritus aëris huius, aduersus spiritualia in cœlestibus. De Diabolo enim hoc dictum est, qui spiritus malus est, & non uidetur: Et ipse spiritus nequissimus proiectus est de cœlo cum angelis suis, de quibus dicitur in Apocalypsi. Ecce proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos die ac nocte, & ipsi uicerunt eum, propter sanguinem Agni. De quo & Apostolus alio loco dicit. Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet à me, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Denique & in carne Iob tentatus est à Diabolo, dicente Domino. Et data est ei potestas à Domino in facultate eius. Et iterum. Dabo tibi illum in potestatem, præter animam eius. Atque huiusmodi Diaboli bellum tanto periculosius est, quanto qui intentat hostis occultius, per insidias

Apo. 12.

1. Corin. 12.

Iob. 1. & 2.

nos

nos aggreditur. Versutus est enim iste hostis, & tortuosus (ut inquit Augustinus) nec facile depræhendi possunt circuitus viæ eius, nec cognosci species uultus eius, nisi + tu illumines. Nam nunc hic, nunc illic: nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, secundum uarias rerum mutationes, uarias exhibet tentationes. Nam ut tristes decipiat, tristatur & ipse: ut gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: ut spirituales defraudet, in angelum lucis se transfiguratur: ut fortes comprimatur, apparet agnus: ut mites deuoret, apparet lupus. Hæc quidem omnia secundum similitudinem uariarum tentationum effici habent, sicut alios à timore nocturno, alios à sagitta uolante in die, alios à negotio perambulante in tenebris, alios ab incurso, alios à Dæmonio meridiano: Et ad hæc quis idoneus, ut cognoscat, & astutias eius quis cognouit? quis reuelabit speciem indumenti eius, & gyrum dentium eius quis agnoscat? En abscondit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis. Et hoc difficilius perpenditur, nisi à te Domine spes nostra lumen assumamus, ut uideamus omnia. Nam non solum in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec tantum in ipsis uitijs, sed in ipsis spiritualibus exercitijs laqueos abscondit subtiles, & sub uirtutum colore ipsa uitia induit, & transmutat se in angelum lucis. Hæc & multa alia nititur contra nos, ipse filius Belial, ipse Sathan, Domine Dominus noster. Et nunc ut Leo, nunc ut Draco, manifeste & occulte, intus & extra, die ac nocte insidiatur, ut rapiat animas nostras. Et tu eripe nos Domine, qui saluas sperantes in te, ut ipse de nobis doleat, & tu lauderis in nobis Domine Deus noster. Hactenus Augustinus. Postremo Domesticæ & Ciuiles discordiæ, omnem legitime imperandi obediendiq; concordiam, eorum qui in una domo aut Republica uersantur, dissoluunt: qua sublata, primum castissima illa uiri & mulieris societas distrahitur, tum liberorum procreatio & educatio negligitur, & quæ cuiusc; tam uiri quàm mulieris in administranda re familiari, tam domi quàm foris, propria sunt officia, confunduntur. Et si quos forte procreauerint liberos, illos nec nutriunt, nec erudiunt. Et rursus filij parentibus non eum, quem oportet, honorem exhibent: sed nec serui dominis eam, quam oportet obedientiam, operarumq; obsequia præstant. Sic & in administratione rerum publicarum, abrogatis his, quæ ad ueram imperandi obediendiq; rationem pertinent, eò res deueniunt, ut nulla libertatis aut Reipublicæ aut legum, aut dignitatis, aut Principatus sit utilitas: tum nulla etiam reuerentia neq; legum, neq; ciuium, neq; patriæ ipsius, malorum & seditiosorum conatibus obisti possit. Nec minus noxiæ sunt discordiæ externæ, quas uicini in uicinarum domos & familias exercent, à quare & prouerbum natum uideri

Aug. in lib. s. de
liloquiorum.

c. 17.

forte + Domi-
nus illuminet,
ut patet infra
lib. 4. cap. 5.

Variæ ten-
tationes
Diaboli.

Psal. 90.

Iob. 40.

Laquei
Diaboli in
spiritualibus
quoq; exer-
citijs no-
stris.

Discordiæ
Domesticæ

Discordiæ
Politica.

N potest,

potest, quo **Lysimachus** apud **Plautum** in **Mercatore** utitur. Nunc ego, inquit, uerum esse illud uerbum experior, Aliquid mali esse propter uicinū malum. Et ut magnæ cōmoditates à uicinis proueniunt, si boni fuerint: ita multa incommoda, si mali. Quod **Hesiodus** exprimit huiusmodi carmine.

■ ἢ γὰρ τοὶ καὶ γρηῖν ἐγγύωριον ἄλλο γένει,
 γείτονας ἄζωσοι ἔκον, ζώσαντο δ' ἐπκοί.
 πῆμα κακὸς γείτων, ὃ ὄσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνειρα.
 εἰ μὲν ἔτι τοι τιμῆς, ὅς τ' εἰ μὲν γείτονος ἔσθλοῦ.
 οὐδ' ἄρ' ἄρ' ἄπολοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἶκ.

Quod **Erasmus Roterod.** ad hunc modum Latine reddidit.

*Si qua domi inciderit tibi res, tunc illico omisit,
 Adsunt uicini zonis cinguntur, at ipsi
 Affines, noxa est, uicinus ut improbus ingens.
 Contra ita maxima commoditas, si commodus adsit.
 Deest honor huic bona, quem uicinia deficit, at nec
 Intereat bos, ni uicinis ubi improbus adsit.*

Sic & bella externa, quæ à ciuitatibus aduersus ciuitates, uicinos: uel à Regnis contra Regna uicina intentantur, plena periculis sunt: ut quibus ingentes sæpe populos subuersos esse, historiæ tradunt. Quemadmodum **Ætolis** & **Acarnanibus**, **Carthaginensibus** & **Byzantinis**, & quibusdam alijs euenit, qui se mutuis cladibus euerterunt.

Incōmoda
 ex bellis
 etiā iustis

Nec uero ad iniusta tantum bella pertinent, quæ de incōmodis bellorum iam diximus: maxime eorū, quæ **Oeconomica** & **Politica** appellauimus. Nam & ipsa quantumlibet legitima & necessaria, non solum ea quæ enumerauimus, sed multa etiam alia mala comitantur. Cuiusmodi sunt, quod religio neglecta tacet, spretus **Dei** cultus, templorum direptiones fiunt & sacrilegia: horrendæ audiuntur blasphemix, uariæ æduntur cædes, rapinæ, populationes agrorū, depredationes domorum, carceres, uincula, auulsi à sinu matrū filij. Raptæ ad stuprū uirgines, incendia pagorū, urbium, breuiter in bello etiam iusto.

Seneca in **Hercule furente**.

*Ius est in armis, opprimit leges timor,
 ut inquit **Seneca**.*

Et iterum,

*Arma non seruant modum.
 Non temperari facile nec reprimi potest,
 Stricti ensis ira, bella delectat cruor.*

Vnde & prudentes quidam dicunt, non honorū esse hominum bellare, sed ne latronū, ne hominū quidem. Belluarū enim est iste furor, unde bellum nomen accepit, ut inquit **Festus**, & in officijs innuit **Cicero**. Et si quando iusto & sapienti uiro bellandum est, tamen quia non nisi necessitate coactus, bellum inferre debet. Dolendum simul

Aug. de ciuit.
Dei. l. 19. c. 7.

illā

illi est, iustorum sibi necessitatem extitisse bellorum: quia nisi iusta essent, ei gerenda non essent. Ac per hoc sapienti bella non essent: iniquitas enim partis aduersæ, iusta bella ingerit gerenda sapienti, quæ iniquitas utiq; homini est dolenda: quia hominū est, etsi nulla ex ea bellandi necessitas nasceretur, ut alibi docet Augustinus.

Seditionem perniciosiorem esse bello externo,
Cap. IIII.



Atis iam ex his, quæ dicta sunt, liquere puto, quàm noxia & pestifera sint, quæ quomodocunq; rebus publicis inferuntur bella. Iam uero & illud explicandum est, multo tetriora & perniciosiora esse intestina, quàm quæ extrinsecus, contra Rempublicam suscipiuntur bella. Primū enim quemadmodum morbi interni grauius affligunt corpus, & curatu difficiliore sunt, quàm externi: ut quorum non raro causas, quia intrinsecus latent, ignoramus. Et si cognoscantur, tamen ad eos non facile quæ paratæ fuerint, medicinæ penetrare possunt. Ita & seditiones, intestina, ac domestica & ciuilia bella, periculosiora sunt, ijs quæ extrinsecus admoventur. Nam & ipsa sæpe, priusquam cognoscuntur, opprimunt, & cognita iam uix, & sæpe nullo etiam consilio supprimi aut extingui possunt. Est enim natura intestinorum malorum, ut cum maxime nocent, tum minime ea nocere sentiamus. Nam non raro, cum quibus pacem nos tenere putamus, eorū corda ignoramus: & si hodie nosse possimus, qualia cras futura sint, nescimus. Etenim qui amiciores esse solent uel debent, quàm qui una etiam continētur domo, & tamen quis inde securus est, cum tanta sæpe mala ex eorum insidijs extiterint, tanto amariora, quanto pax dulcior fuit, quæ uera putata est, cum astutissime fingeretur, propter quod omnium pectora sic attingit, ut cogat in gemitum. Quod ait Tullius. Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est aduersarius, facile cauendo uitare possis: Hoc uero occultum, intestinum, ac domesticum malum, non solum existit, uerū etiam opprimit, antequam prospicere atq; explorare possis. Propter quod etiam diuina uox illa: Et inimici hominis domestici eius, cum magno dolore cordis auditur. Quia etsi quisq; tam fortis sit, ut æquo animo perferat: uel tam uigilans, ut prouido consilio caueat, quæ aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, grauius exercebitur necesse est, siue semper mali fuerint, & se bonos finxerint: siue in istam malitiam ex bonitate mutati sint. Deinde bello externo, etsi magni,

Comparatio à morbis internis.

Aug. de ciuit. Dei, li. 19. c. 5.

Insidiæ à simulatis amicis.

Matth. 10.

N ij sæpe

Quanta
mala in se-
ditionibus.

Eutrop. lib. 2.
rerum Rom.
Bellis exter-
nis creuit
Ro. po-
tentia.
Vell. Patere-
lus lib. 2. hist.
Ro.

Aug. de ciuit.
Dei lib. 3. c. 17.

Aug. de ciuit.
Dei lib. 3. c. 21.

Ode 16. libri
Epodon.

sæpe exercitus conteruntur, amplissimæ urbes delentur, multæ Re-
giones terræq; longe lateq; vastantur: tamen interim, quia in ipso
uirtute magis, quàm primis studijs cuncta aguntur, spes est bellanti-
bus uictoriæ: quam & sæpe magna etiam cum gloria consequuntur,
nec damna tantum uictores recuperant, sed uires etiam potentiamq;
suam augent, longiusq; dominando propagant. In seditionibus
autem, in quibus quicq; inter se diuisi, suis affectibus ducuntur, interim
nullis non turpibus rebus operã dantes, in eum locum res deducun-
tur, ut qui uincere uidentur, omnium maxime uincantur, seq; et à se ui-
ctos, ipsamq; adeo Rempub. perdant: ut non tam ab hostibus, quàm
suis ipsa uiribus tabescens Respub. perdat atq; consumatur: Immo
quo uiribus potentior, tanto in ea seditio periculosior, ut recte dixerit
Liuus in ciuilibus bellis: Respublicas magnitudine laborare sua.

Sic Romanorum potètia primum Italici, deinde utriusq; Punici, &
post illud Macedonici, utriusq; Syriaci, ac Punici Tertij, & item
Macedonici Tertij, Achaici, Numantini, Iugurtini, & quorundam
aliorum externorum bellorum, in immensum creuit. Quemad-
modum autem potètiæ Romanorum, prior Scipio uiam aperue-
rat: sic luxuriæ posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis me-
tu, sublataq; Imperij æmula, non gradu, sed præcipiti cursu à uirtute,
quæ in externis bellis exercetur, ad uitia decursum, uetus disciplina
deserta, noua inducta, in somnum à uigilijs, ab armis in uoluptates, à
negocijs in ocium conuersa ciuitas. Atq; huic plurimæ turbæ, seditio-
nes, & ad postremum bella ciuilia orta sunt, dum pauci potentes,
quorum in gratiam pleriq; concesserant, sub honesto patrum aut
plebis nomine dominationes affectabant, boniq; & mali ciues ap-
pellati, non ob merita in Rempublicam omnibus pariter corruptis,
sed uti quisq; locupletissimus, & iniuria ualidior, quia præsentia de-
fendebat, pro bono ducebatur. Propter quod Carthagine, æmu-
la Romani Imperij, ab stirpe deleta, tantis deinde malorum agmi-
nibus oppressa Respublica fuit, ut prosperitate ac securitate rerum,
unde nimium corruptis moribus mala ista congesta sunt, plus no-
cuisse monstretur: Tam cito euersa, quàm prius nocuerat tandiu ad-
uersa Carthago, ut alibi uere cõmemorat Augustinus. Ac tales qui-
dem fuerunt seditiones Gracchanæ, Apuleiana, & bella quædam ser-
uilia, Ciuilia item Marij, Syllæ, Cæsaris, Antonij, Lepidi, Augusti,
& si quæ sunt alia, quæ ab Historicis describuntur. Et de bello
Antonij aduersus Octauium Augustum, pulchra Horatij querela
extat, his expressa carminibus.

*Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma uiribus ruit.*

Quam

Quam neq; finitimi ualuerunt perdere Marſi,
 Minacis aut Hetruſci Poſſenæ manus.
 Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer,
 Nouisq; rebus infidelis Allobrox.
 Nec fera cærulea domuit Germania pube,
 Parentibusq; abominatus Hannibal.
 Impia perdemus deuoti ſanguinis ætas,
 Ferisq; ruruſ occupabitur ſolum.
 Barbarus heu cineres inſiſtet uictor, & urbem
 Eques ſonante uerberabit ungula:
 Quæq; carent uentis, & ſolibus, oſſa Quirini
 Nefas uidere, diſſipabit inſolens, &c.

Iam & illud inter incōmoda ſeditionum, haud extremū eſt, quōd
 exulare etiam ſponte ſua coguntur, qui ſeditionū moleſtias ferre non
 poſſunt. Sic interiore illo conſcientiæ bello tribulati, à conſcientia ſua
 exulant, ad quam redire nolunt, ne ibi litibus peccatorū euertantur.
 Sic qui uxores habent malas, ad forū exeunt, et gaudent: Et quando
 iam tempus inſtat, quo redituri ſunt domū ſuam, contriſtantur. In-
 traturi ſunt enim ad tēdia, ad murmura, ad amaritudines, ad euerſio-
 nes: quia non eſt domus compoſita, ubi inter uirum & uxorem pax
 nulla eſt, & melius eſt illi foris circumire. Sic & propter ſeditionem
 ciuilem, in tantam deſperationem ueniunt boni ciues, ut patrios fo-
 cos relinquere malint, quàm ciuiliū diſcordiarū incommoda per-
 ferre. Quod idem Poëta, de eodem ciuili bello loquens, eleganter
 ſubſequentibus carminibus ſignificat.

Forte quid expediat, communiter, aut melior pars,
 Malis carere quæritis laboribus.
 Nulla ſit hac potior ſententia, Phocæorum
 Velut profugit exécrata ciuitas:
 Agros, atq; lareis proprios, habitandaq; fanæ
 Apris reliquit, & rapacibus lupis:
 Ire, pedes quocunq; ferunt, quocunq; per undas
 Notus uocabit, aut proteruius Aphricus.
 Sic placet? an melius quis habet ſuadere? ſecundâ
 Ratem occupare quid moramur alite?
 Sed iuremus in hæc, ſimul imis ſaxa renarint
 Vadis leuata, ne redire ſit nefas:
 Neu conuerſa domum pigeat dare lintea, quando
 Padus Matina lauerit cacumina:
 In mare ſeu celſus procurrerit Apenminus,

Novaq; monstra iunxerit libidine.
 Mirus amor iuuet, ut tigreis subsidere ceruis,
 Adulteretur & columba miluio:
 Credula nec flauos timeant armenta leones,
 Ametq; salsa leuis hircus æquora.
 Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulces,
 Eamus omnis execrata ciuitas,
 Aut pars indocili melior grege, mollis, & expes
 Inominata perprimat cubilia.
 Vos, quibus est uirtus, muliebrem tollite luctum,
 Hetrusca præter & uolate littora.
 Nos manet Oceanus circumuagus, arua beata
 Petamus arua, diuites & insulas:
 Reddis ubi Cererem tellus inarata quotannis,
 Et imputata floret usq; uinea,
 Germinat & nunq; fallentis termes oliua,
 Suamq; pulla ficus ornat arborem.
 Mella caua manant ex ilice, montibus altis
 Leuis crepante Lympha desilit pede.
 Illic iniussæ ueniunt ad mulctra capellæ,
 Refertq; tenta grex amicus ubera.
 Nec uespertinus circumgemit ursus ouile,
 Nec intumescit alta uiperis humus.
 Pluraq; foelices mirabimur, ut neq; largis
 Aquosus Euris arua radat imbribus,
 Pingua nec siccis urantur semina glebis,
 Vtrunq; rege temperante coelitem.
 Non huc Argoo contendit remige pinus,
 Neq; impudica Colchis intulit pedem.
 Non huc Sydonij torserunt cornua nautæ,
 Laboriosa nec cohors Vlyssæi.
 Nulla nocent pecori contagia, nullus astri
 Gregem æstuosa torret impotentia.
 Iupiter illa piæ secreuit littora genti,
 Ut inquinant ære tempus aureum,
 Aëre, de hinc ferro durant sæcula, quorum
 Pij secunda uate me datur fuga.

Tit. Linius ab
 urb. cond. li. 2.

Iam & hoc perniciosior externo bello est seditio, quia sæpe non
 solum armis, sed etiã silëtio & ocio, Rempub. ledunt seditiosi: Quod
 genus militari maxime seditioni proprium est. Quemadmodum in

bello, quod Fabius Consul cōtra Veientes gessit, accidisse tradit Liuius. In eo enim bello Cōsuli plus aliquāto negocij cū ciuibus, quā cū hostib9 fuit. Nam cum preter ceteras Imperatorias artes, quas parando gerēdoq; bello addiderat plurimas, ita instruxisset aciē, ut solo equitatu emisso, exercitū hostiū funderet: insequi fusos hostes pedes noluit, nec illos, etsi nō adhortatio inuisi Ducis, suum saltē flagitium & publicū in præsētia dedecus, postmodum periculum, si animus hosti redisset, cogere potuit gradum accelerare: aut si aliud nihil, instare instructos, iniussu signa referunt, mœsticq; crederes uictos, ex crātes nunc Imperatorē, nunc nauatā ab equite operā, redeunt in castra. Ita unus ille Cōsul Rempub. sustinuit, quam exercitus odio Cōsulis nō armis, sed ocio quantū in se fuit, pdidit. Violentior aliquanto fuit exercitus Appio Consuli, bellum cōtra Volscos gerenti. Non enim uincere tantū noluit, ut Fabianus, sed uinci uoluit: productus in aciem turpi fuga petit castra, nec ante restitit, quā signa inferētem Volscum munimentis uidit, fœdamq; extremi agminis cædem, & c.

Exercitus
odium cōtra App.
Claudium.
Tit. Liu. lib. 2.
ab urb. cond.

De incommodis rebellionis, Cap. V.



Vod si igitur per se malum est seditio, ut non omnino malis argumētis iam demonstrasse uideor: quid mirū, si ex ea alia quoq; mala et incōmoda descēdāt? Porro earū, quæ ex seditionib9 pueniunt incōmoditatū, quædam ad corpus Reipub. quædam ad singulas ei9 partes referunt. Idq; duplici ratione. Nam ut duplex est stat9 Reipub. Ecclesiasticus & Secularis: sic uterq; incōmodis seditionū, quisq; pro sua cōditione tam in personis priuatis, q̄ in uniuerso Reipub. corpore afficitur. Ac de damnis, quæ ex seditionibus ordini Ecclesiastico, & Ecclesiæ ministris, & Catholicis hominib9 afferuntur, abunde à nobis disputatū est in ijs libris, quos de Heretitis & Schismaticis scripsimus. In hoc autē libro de prophanarū incōmodis seditionū dicemus. Sunt igit incōmoda, quibus Respub. ppter seditiones afficit, tranquillitatis publicæ perturbatio, & status Reipub. mutatio. Respub. perturbāt rebellione & factione. Rebellionis incōmoda sunt, inobedientia, & quæ ab hac descēdunt, Regū & Magistratū honorū quidem abdicatio: malorū aut creatio, atq; surrogatio: legū abrogatio bonarū, malarū rogatio: iudiciorū translatio, & si qua sunt similia. Primū n. quæ maior Reipub. perturbatio esse potest, q̄ qua imperādi obediēdiq; cōcordia dissoluitur: Nam ut oīa nō solum in administrationibus rerū publicarū, sed etiā in totius mundi rerū serie & ordine tū sibi recte cōstāt, cū inferiora superiorib9, id est, creature oīes, tam uisibiles q̄ inuisibiles, Deo: et inter creaturas primū in homine rationi cupiditates: in domo patrifamiliās, qui sunt eiusdem potestati subiecti: in ciuitatib9 ciues Magistratui, & in Regnis subditi dominis suis, obediūt: i. in ijs, quæ recte ab ipsis præscribūt & mādāt, custodiūt, debitūq; eis honorē & reuerētiā exhibēt.

Inobediē-
tiæ damna. Ita rursus omnia confusa perturbataq; sint necesse est, quando nec
rationi sensus in homine, neq; in domo patrifamiliâs familia, neq; in
ciuitatibus & Regnis, ciues & subditi, Magistratibus & Regibus
Inobedien-
tia primor-
um pa-
rentum.
Aug. de ciuit.
Dei li. 13. c. 13. suis, eam quam oportet obedientiam exhibent. Immo uero ab
una inobedientia primorum parentum, omnes discordiæ & pertur-
bationes, tam singulorum hominum, quam rerum publicarum, siue
interne siue externe proficiuntur. Postquam enim à primis paren-
tibus nostris præcepti facta transgressio est, ut anima libertate pro-
pria in peruersum delectata, & Deo dedignata seruire, nouum ino-
bedientiæ carnis suæ motum, tanquam reciprocam inobedientiæ suæ
pœnam, senserunt. Quia anima superiorem Dominum suo arbitrio
deseruerat, pristino corporis seruitio destituta: nec inferiorem famu-
lum suum corpus, ad suum arbitrium tenere, nec omnino subditam
habere carnem meruit, sicut semper habere potuisset, si Deo subdita
ipsa mansisset. Atq; hinc caro cœpit concupiscere aduersus Spiritum,
& Spiritus aduersus carnem: quia hæc sibi inuicem aduersan-
tur. Hinc alia lex in membris nostris, repugnans legi mentis nostræ:
hinc inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones,
sectæ, inuidiæ, homicidia, seditiones, hæreses, schismata, bella interna
& externa. Inobedientiam rebellium, comitatur abdicatio bono-
rum Magistratum, & surrogatio malorū. Neq; enim satis habent,
non parere mandatis bonorum, nisi & ipsis omni honore & pote-
state destitutis, alios malitiæ suæ patronos in eorū locum sufficiant,
Abdicatio
bonorum
Magistratuum.
Quomodo & Reges & Principes sæpe à seditiosis sedibus suis ex-
pulsos, aliosq; in eorū locū surrogatos fuisse, in Historijs proditum
est. Sic Veneti & Prasini aduersus Iustinianum Imperatorem re-
bellionem concitantes, primum Ioannem & Tribonianum Consu-
liarios, abire Magistratibus & officijs cogunt. Deinde Hyppacium
leuem hominem Imperatorem consalutant, & cum ad manus Dia-
dema, quo Imperatores redimiri solent, non haberēt, aurum quod-
dam super caput eius ponentes, Romanorum Imperatorem declara-
runt: eoq; Iustinianū Principem compulerūt, ut iam de fuga capien-
da consilium caperet. Quam rem tamen dissuasit Thedora Augusta,
sarius esse rata, seditiosorum arma expectare, quàm in non tolerabile
exilium cum ignominia agi: nec se unū diem uiuere posse declarans,
in quo non Augusta salutaretur, ac subinde iuxta prouerbium pul-
chrum esse dicitās, in sepulchri Elogio Imperatorem ascribi. Quod
consilium bonus quoq; euentus insequutus est. Nam & Belisarij &
Mundi opera omnes Hyppacij coniurati, cæsi. Et ipse Hyppacius è
throno raptus, & ad Imperatorē ductus, altero die à militibus cæsus,
& in mare proiectus fuit. Ioannes uero & Tribonianus prius hono-
ribus deiecti, tempore post eisdē restituti fuerūt. Atq; ad hūc modum
sedata ea seditione, uno die triginta millia è populo desiderata fuerūt.
Sic

Gall. 5.
Procop. lib. 1.
de bello Pers.

Sic Cicero inter alia seditionis Antonianæ incōmoda, illud quoque narrat: Proditores, latrones, incendiarios, aliosque sceleratissimos homines in Senatum suum ascitos atque electos fuisse. Et Plutarchus prouerbio quoque dici solitum affirmat, in seditione discordiaque civili, plerumque sordidissimis etiam uiris honoribus potiri, contingere. Nimirum significans, tum locum habere prouerbium Græcis usitatum. *εν δε διχοσασιν καινδροκλειδης πολεμαρχε*. Id est, Seditione orta, Dux est etiam Androclides. Et item illud: *εν δε διχοσασιν και πέγκακος εμμορετιμης*: Id est, Rebus turbatis, uel pessimus est in honore. Sic Leo Papa, ad Episcopos Africanos scribens, miratur tantum, apud eos per occasionem temporis impacati, aut ambientium presumptionem, aut tumultum ualuisse popularem, ut indignis quibusque, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ, crederetur. Quam negligentiam acrius reprehendens. Non est (inquit) hoc consulere populis, sed nocere: nec præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas enim præsidentium, salus est subditorum: & ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Principatus autem, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus atque acibus non offendit, ipsius tamen initiij sui est perniciosus exemplo. Illud etiam grauius est, quod sæpe seditiosi bonos Magistratus occidere solent. De qua re infra dicemus, quando de crudelitibus seditiosorum agetur. De abrogatione bonarum legum, & rogatione malarum, tum de persecutionibus Legumlatorum, & de iudiciorum translatione, satis multa à nobis supra libro primo, & in his libris, quos de Hæreticis & Schismaticis scripsimus, dicta sunt. Vnum tantum hoc loco addimus, magnam hoc tempore Reipublicæ turbationem ex eo natam esse, quod leges non solum Canonice, sed etiam Ciuiles, ad diuinum cultum, & Ecclesiæ cæremonias & Politiam pertinentes, tot modis hætenus, hæretici & schismatici primū quidem calumniati, ac deinde potentiores facti, per uim etiam abrogarunt: ac iustis ac bonis, non iustas & malas introduxerunt, iudiciaque sacra & Ecclesiastica, in prophanos iudices transtulerunt, ut iam causæ, usurarum, sacrilegiorum, rerum Ecclesiasticarum, Matrimoniorum, immo & controuersiarum scripturarum & religionis, Episcoporum ordinationes & depositiones, aliaque maiora negocia, uni tantum Apostolicæ Sedi referuata, spretis, immo ab officijs suis depositis Ecclesiasticis, in Laicos & prophanos iudices translata decernantur. Ut interim non referam (quod est aliquanto abominabilius) in eum locum res esse per inobedientiam seditiosorum redactas, ut & Laici non uereantur non solum sancta sanctorum intrare, quod utriusque Testamenti authoritate prohibetur, ut in libris nostris de Cæremonijs ostendimus: sed etiam sacra tractare. Id est, quæ sunt Episcoporum & Sacerdotum,

Phillipp. 19.

Plut. in Nicia.

Eras. Chil. 2.

Cent. 2. Adag.

91.

Epist. 85.

61. dist. mi-

ramur.

1. q. 1. Pauci

patris.

Officia Ec-
clesiastica
à Laicis
usurpata
per hære-
sim Luth.

Nacl. uolu. 2.
generatione
36. Cronogr.

dotum, aliorūq; inferiorū ordinū Ecclesiæ propria, officia usurpare.
Quod & in simili prope schismate Henrico IIII, Romanū Imperium gubernante, Laici fecerunt, qui & ipsi baptizarunt, inunxerunt, aliaq; ad sacerdotum officia pertinentia, exercuerunt.

De incommodis Factionum, Cap. VI.

Tit. Liu. li. 3.
ab urb. cond.



Discordia
Ordinum
uenenum
est Reipu.
Plebis ini-
que peti-
tiones.

Procop. li. 1.
de bello Pers.

Factionibus primū ordines Reipub. turbatur: quod est maximum in Reipub. malum. Titus Lilius uenenum Reipub. appellat, ac subinde cuiusmodi omnino malum sit, proluxa eademq; elegantissima oratione declarat. Q. Consul, de factione Patritiorum & Plebeiorum loquens, in qua & multa non solum eiusmodi factionum, sed etiam rebellionum incommoda (Nam & plebis cum patribus discordia, non immerito rebellio etiam uocabitur) enumerat. Discordia, inquit, ordinum, est uenenum urbis huius, patrum & plebis certamina, dum nec nobis Imperij, nec uobis libertatis est modus: dum tædet uos Patritiorum, hos Plebeiorum Magistratum, sustulere animos. Proh Deum fidem, quid uobis uultis: concupistis Tribunos plebis, concordie causa concessimus: Decemuiros desiderastis, creati pasci sumus: Decemuirorū uos peræsum est: abiere Magistratu, manente in eosdem priuatos ira uestra: mori atq; exulare nobilissimos uiros atq; honoratissimos, pasci sumus. Tribunos plebis iterum creare uoluistis, creastis. COSS. facere uestrarum partium: & si patribus uidebamus iniquum, Patritium quoq; Magistratum plebi donum fieri uidimus, auxilium Tribunitium, prouocationē ad populum, scita plebis iniuncta patribus, sub titulo æquandarum legum, nostra iura oppressa, tulimus et ferimus. Qui finis erit discordiarū: & quando unam urbem habere, & quando cōmunem hanc patriam esse licebit: Victi nos equiore animo quiescimus, quam uos uictores: Satis ne est uobis, uos metuenos esse: Aduersus nos Auentinum capitur, aduersus nos Sacer occupatur mons: Esquilias quidem ab hoste prope captas, & scandentē in aggerē Volscum hostem, nemo submouit: in nos uiri, in nos armati estis. Sed age libet iam factionū incommoda aliquot exemplis declarare. Bizantiū populus in duas partes diuisus, duarū sectarū fuit. Quarū altera Venetorū: Altera Prasinorū appellata est. Fullonia hæc nomina fuerūt: Quorum gratia in certamina descēdentes, nihil nō periculorū subibāt. Deniq; ignominiosam etiam mortē oppetere non dedignabantur. Creditū est hunc animi morbū fuisse, qui omnes ciuitates & populos inuaserat. Inter hos igitur orta seditione, cū Magistratus quosdam seditiosorum ad supplicium duxisset: reliqui conuenientes, ductos raperunt, & in carcerem ingressi, eos qui pari seditione, aut alia quauis turpi causa uincti erant, liberarūt: ac ministros & Satellites Magistratum sequentes, interfecerūt. Ciues, si qui boni relictī erant, in pro-

ximam continentem trañcientes confugerunt. Sed & domos incenderunt sediciosi, ex quo quidem incendio Sophiæ templum, & Augustæ domus uestibulum, usq; ad domum Martis uocaram flagrarunt, ac præter hæc porticus quoq; magnæ usq; ad forum Constantini appellatum, tum domus, opesq; maximæ consumptæ &c.

Quin & eo usq; seditio processit, ut nouum sibi Regem eligerent, ut paulo ante dictum est. Similis prope fuit Guelphorum & Gibellinorum in Italia factio. Guelphis uidelicet Pontifici: Gibellinis uero Cæsari adherentibus. Serpsit aut hoc factionum studium adeo latè, ut nulla ciuitas, nullum oppidum, nullus populus ea labe perniciosissima manserit intactus. Vrbs enim in urbem, prouincia in prouinciam, populi pars in alteram, nulla impellente alia, quàm harum partium causa, gessere bella. Sed nec insignia tantum, in prælijs diuisa deferebant: sed etiam diuersi colores, terræ fructus, uestium habitus, ipse hominum incessus, digitorum concrepitus, & oris hiatus, suarum habuerunt partium significationem. Iam uero seditionibus omnibus, siue per rebellionem, siue per factionem ortis, illud commune est: ut ex ijs bella externa uel nascatur, uel nata augeantur, atq; corroborentur: Ac discordias quidem intestinas bella externa parere, ut M. Valerius Dictator in Senatu huiusmodi oratione declarat. Sepe, inquit, experti sunt Romani, confirmari aut bella externa, augeriq; hostium animos domesticis insidijs: adeoq; uictoriam etiam ipsis parari, pulchre coniectabant. Veientes bellum iam populo Ro. intentaturi, æternas esse opes Romanas dicebant, nisi inter se metipsi seditionibus scirent: id unum ueneni, eam labem ciuitatibus opulentis repertam, ut magna Imperia mortalia essent: diu sustentatum id malum partim consilijs, partim paciẽtia plebis. Iam ad extrema uenisse, duas ciuitates ex una fuisse factas, suosq; cuiq; parti Magistratus, suas leges esse: primum in delectibus sequere solitos, eosdem in bello tamen parere Ducibus, qualicunq; urbis statu manente, disciplina militari susti potuisse. Iam non parendi Magistratibus morem, in castra quoq; Romanum militem sequi, proximo bello in acie ipsa, in ipso certamine consensu exercitus traditam ultro uictoriam uictis Equis: signa deserta, Imperatorẽ in acie relictum, iniussu in castra reditum: profecto, si insistetur, suo milite uinci Romam posse: nihil aliud opus esse, quàm iudici ostendiq; bellum. Cætera sponte sua fata & Deos gesturos. Hæc spes Hetruscos armauerant multis casibus inuicem uictos uictoresq;. Hæc & innumera alia incõmoda, quæ progignunt factiones, id est, dissidia inter se ciuium in Repub. maxime uero eorũ, qui Rempub. ipsam administrant, ut recte Cicero ad Quintum Fratẽ de factionibus sui temporis scribens, & multa quæ ad incõmoda huiusmodi discordiarũ pertinēt, in pauca conferēs, dixerit, *τοιοῦτ' ὁ τλάσθαι καὶ πόλεμος ἐστὶν ἄριστος*. Id est, bellũ uniuersa hæc sceleratũ inuehit mala.

Propter

Nauch, uol. 2.
Chronografe
generat. 4. 20

Bella exter
na per in-
testinas di-
scordias.
Tit. Linius
lib. 2. ab urb.
cond.

Factiones
Romam
fecerunt
uincibilem

Propter seditiones Respublicas, & earum statum
& formam, mutari, Cap. VII.



Alterum incommodum, quo Respublica propter seditiones afficitur, est status Reipublicæ mutatio. Quæ ex illa ipsa, de qua paulo ante diximus, bonarum legum abrogatione descendit: Vt & in libris de Hæreticis & Schismaticis ostendimus. Quemadmodum enim quælibet Respublica bonis legibus non solum fundatur, sed etiam regitur & conseruatur. Nam & leges in qualibet Republica dominantur. Bonæ quidem & recte positæ, in bona & iusta: malæ uero & iniustæ latæ, in mala & iniusta. Immo, qui legem bonâ præesse iubet, uidetur iubere Deum præesse & leges: qui autem hominẽ iubet præesse, adiungit & bestiam. Vnde Magistratus in rebus publicis legum custodes sunt, non domini, ut inquit Aristoteles. Ita legibus bonis abrogatis, & in earũ locũ surrogatis malis, ipsa quoq; Respub. uel omnino corruat & subuertatur: uel quæ bona est, in malam commutetur necesse est. Sunt autem tres modi, quibus Respub. gubernantur: Aristoteles species siue formas rerum publicarum appellat. Monarchia siue regnum, Aristocratia, siue Optimatum potestas: & Timocratia siue Censupotestas. His contrariæ sunt, quas Aristoteles transgressiones uocat. Tyrannis, quæ est transgressio Monarchiæ, siue regni. Oligarchia, siue paucorum potentia, quæ est transgressio Aristocratia, siue Optimatum potestatis. Democratia siue popularis, quæ est transgressio Timocratia, siue Censupotestatis. Ex Monarchia fit transgressio ad Tyrannidem. Quia Monarcha eorum, qui ab ipso reguntur: Tyrannus uero suum commodum considerat. Ex Optimatum potestate, ad paucorum potentiam fit transgressio: quia qui præsumt, res ciuitatis præter dignitatẽ distribuunt, & cuncta bona sibi, uel plurima tribuunt. Vnde pauci & prauis, pro paucis & iisdem optimis dominantur. Ex Censupotestate, ad popularem fit transgressio potestatem: quia & in populo multi prauis, pro multis bonis dominari uolunt. Iam & in Domestica societate, hæ formæ & earum transgressiones reperiuntur, ut idem Aristoteles docet. Societas enim patris ad filios, regni præ se fert effigiem. Nati namq; patri sunt curæ, propter quod & Homerus Iouem patrem appellat. Ipsum namq; regnum, imperium est suapte natura paternum. Vnde & patres in domibus suis reges appellantur, iuxta illud Homericum.

Αὐτὰρ ἐγὼν οἰκοιο ἄναξ ἔσομαι ἡμετέρῳ.

Aedibus in nostris ego Regem gessero sane.

Patris autem imperium Tyrannicum fit, quando filijs utitur ut seruis

Aristot. lib. 3.
pol. c. 3.

lib. 3. pol. c. 12.

Lib. 8. Eth.
c. 10.

Consimiles differẽtia in Domestica societate.

seruis, quod olim Persæ fecerunt. Similiter Tyrannicum est Imperium domini in seruos. Nam in ipso agitur utilitas domini. Viri autem & uxoris societas, similis est Optimatum potestati. Pro dignitate namque uir præsidet in his, quæ uirum decent: Sic & quæ uxoris sunt, eadem uxori tribuuntur. Hæc potestas in paucorum potentiam conuertitur, quando uir in omnibus dominatur: Similiter quando uxores dominantur, propter amplitudinem patrimonij. Fratrum uero societas, similis est Censu potestati. Sunt enim pares præter differentiam ætatis: Quo circa si multum ætatibus differant, fraterna inter eos amicitia dissoluitur.

Ac primum quidem illud omnibus rebus publicis, in unaquaque specie commune est, ut quandoque per uim, quandoque per dolum commutentur, ut scribit Aristoteles. Nam & hisdem modis seditiones exercentur, ut supra demonstratum est. Per uim autem, statim ab initio, aut postea compellendo. Fraus duplex est. Nonnunquam enim decepti, ab initio sua demum sponte recipiunt alium gubernandi modum, quem postea uolente conseruant. Ut accidit, quando quadraginta illi Atheniensium Rempublicam susceperunt, affirmantes, quod Persarum Rex pecunias ad bellum contra Lacedæmonios subministraret, ac in eo mentiti, nihilominus postea ui retinere gubernationem conati sunt. Interdum autem ab initio persuadentes, ac postea rursus persuasis, sponte ac uolentibus retinent gubernationem. Deinde in unaquaque specie rerum publicarum, tam bonarum, quam earum, quæ sunt bonarum transgressiones, singule quoque earum ipsarum per seditiones mutationum causæ sunt. Primum igitur popularis status mutationem recipit, propter perfidiam & calumniam: Quam qui sunt Ductores in populo, in ægregios quosque opulentosque exercent. Siquidem hoc modo iniuria affecti, facile aduersus calumniosos & potentiores in populo conspirant, ut quibuscunque possunt rationibus, iniuriam sibi illatam ulciscantur: Qui uoti compotes facti, mox omnem aduersariorum potentiam conterentes, totum simul popularem statum subuertunt, & interdum in paucorum potentiam, interdum in Optimatum potestatem, interdum uero in Tyrannidem commutant. Apud Heracleam potentes in populo illatis iniurijs nobilitatem expulerunt: Illi uero postea conspirantes, & in unum conuenientes, in urbem reuersi, populum oppresserunt, & paucorum potentiam constituerunt. Haud dissimilis apud Megarenenses popularis status interijt. Ductores enim populi, quo pecunias per bonorum publicationem haberent, multos è nobilitate pepulerunt: ex qua re magna exulum multitudo facta. Exules ergo in unum conuenientes, prælio superarunt, oppressoque populo, paucorum potentiam introduxerunt. Vetusis temporibus (ut scribit Aristoteles) quando idem erat Ductor populi et bellidux, populares Reipub.

Lib. 5. polit. 6.
4.

Fraus duplex, qua mutatur forma Reipub.

Exempla mutati status Reipublicæ.

Paucorum
potentia.

in Tyrannidem mutabantur. Qui et antiquorum Tyrannorum plurimos ex popularibus hominibus factos esse affirmat, ob eam nimirum causam, quod qui populum tunc ducebant, ipsdem bello gerendo præfiebantur. Sed quæ res postea mutata est, quando arte Rhetorica superueniente, non tantum Ductores populi facti sunt, qui rerum bellicarum rudes, dicendi tantum arte ualuerunt: Imperiti autem disciplinæ militaris, Tyrannidem inuadere non audeant. Paucorum gubernationes mutantur, interdum in similem speciem, interdum in popularem, interdum in Tyrannicam potestatem: Idque multis modis. Primus, si qui potentes sunt, multitudinē iniurijs afficiant, aut locupletiores, eo quod eos non honorant Magistratibus, per paucis uidelicet existentibus, qui honorificas dignitates usurpant. Homines enim ab honoribus exclusi, nouas res moliri non cessant, quoad ipsi quoque honorentur. Quod Arist. in Massiliensibus & Istro, & apud Heracleam, & in alijs ciuitatibus accidisse scribit. Alius modus est, quo paucorum gubernationes ex se, id est, propter factionem eorum, qui populum ducunt, mutantur. Item alius, quando prodigaliter uiuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonia consumpserint. Optant enim res nouas huiusmodi homines, Tyrannidemque sibi ipsis, uel alijs affectant, quam & seditionibus aduersus diuites concitatis consequuntur: Ut Caparini, & Cleotimi exemplis comprobatur Aristoteles. Quorum alter Dionysio Syracusis, alter Amphipoli seditionem in diuites mouit, quæ & Tyrannidem induxerunt. Alius modus, si qui præsentis paucorum potentia, Rempublicam furtis expilant. Nam uel per ipsos, qui furtum committunt: uel per eos, qui eorum furtum non tolerant, seditionibus concitatis status paucorum potentia in aliam formam commutatur. Quod Apolloniæ in Ponto factum esse Aristoteles commemorat. Fit et mutatio paucorum gubernationis in bello & in pace. In bello, ut quando qui Reipublicæ præsentis, conducto milite utuntur, ut Corinthi Tymophanes: et hæc in Tyrannidem mutatur. In pace, quando propter diffidentiam, quam inter se habent, conductis militibus custodiam tradunt, præficiuntque illis aliquem uirum, qui ad neutram partem magis inclinare uideatur. Et hæc similiter ad Tyrannidem contendit mutatio. Nam qui hoc modo præficitur, sæpe dominus fit utriusque partis: Quod in Larissa accidit, item circa Samum, & apud Abydum, ut inquit Aristoteles. Sæpe etiam paucorum gubernationes dissolutæ fuerunt, ob nimiam dominationem: Seditione uidelicet ex eo orta, quod quidam eiusdem gubernationis participes, huiusmodi excessum non probauerunt: Ut accidit illis, qui apud Guidum, et apud Chium per paucorum potentiam gubernarunt, ut idem ait Aristoteles. Sed et Censupotestas, quæ Respublica uocatur, & paucorum potentia, sæpe casu mutantur. Nam in Censupotestate Magistratus à censu sumuntur,

Censupotestas.

quo

quo mutato, ipsi quoque Magistratus mutantur oportet. Fit autem sæpe, ut propter superuenientem rerum abundantiam, pacem uel aliam fortunę prosperitatē, possessiones fiant maioris precij: propter quod & census, qui ante constitutus fuerat, mutatur. Vnde qui ante inhabiles propter census exiguitatē erant, iam aucto censu, ad cunctos Reipub. gradus, dignitatesque suscipiendas fiant habiles: propter quod et potestas ipsa, quæ à censu sumitur, & Censu potestas dicitur, commutatur. Iam et Aristocratia siue Optimatum potestas, propter seditiones mutatur, quando uel pauci sunt honorum participes, ut apud Lacedæmonios, ij qui Parthenię nuncupabantur, quos depræhendentes res nouas moliri, in Coloniã Tarentum miserè, ut est apud Aristotelem: Vel multitudo eorum fuerit, qui prudentes existimati fuerint, & quasi similes secundum uirtutē: Vel quando aliqui inhonorantur, cum sint magni, & nihilo inferiores uirtute illis, qui honores capiunt: Vel quando uir fortis, et magni animi, non sit particeps honorum. Quod apud Aristotelem Cynedon fecisse dicitur, qui coniuratione ob eam causam facta, circa tempora Agesilai Sparciatas opprimere tentauit. Præterea, cum alij paupertate nimia præmuntur, alij diuitijs abundat, quod maxime in bellis contingit: Propter quod exhausti, et ob bellum pauperes facti, agros æqua portione ciuibus diuidendos esse censent, propter quas causas, ad seditiones cõcitati, ubi uictores euaserunt, potestatē, quæ est Optimatum, in aliam formam Reipub. transmunt. Sed et propter iniurias, quibus qui diuitijs abundat, si Respub. excellentiam eis tribuat, pauperiores afficiunt, seditiones commouentur: propter quas et ipsas, rerum publicarum formæ commutantur, ut Censu potestas ad popularē, Optimatum potestas, ad paucorum potentiam: uel Optimatum gubernatio in popularē, Censu potestas in paucorum potentiam transmuetur. Id autem, quod modo dictum est, in Thurijs contigit, ut scribit Aristoteles. Cum enim agros totos ibi possedisset nobilitas, populus bello exercitatus ac potentior effectus, quam illorum custodes, eos nobiles cõpulit, quicumque cõtra leges tenebant agros, dimittere.

Tyrannis corrumpitur, uel per contrariam Reipub. robustiorem ab extra: uel cum in seipsis seditiones habent: uel quando qui subditi sunt, in Tyrannum insurgunt. Sunt autem duæ causæ, propter quas maxime insurgitur contra Tyrannos: Odium & contemptus. Odium & ira, quæ est odij particula quedam (ut inquit Aristoteles) ex cõtumelia oritur. Contemptus ex praua uita. In uoluptatibus enim uiuentes, facile contempui habentur, ac multas præbent occasiones opprimendi sui. Ac talem ob causam, Tarquinio Superbo Imperium abrogatum fuit, nempe ob uim atque libidinem, & infandum stuprum Lucretiæ illatum. Quo propter Tyrannidem exacto, simul etiam Monarchia in eam, quæ sub Consulibus fuit, Reipublicæ formam, commutata fuit.

Monarchia siue regnum mutatur, quando subiecti aduersus eos, qui

Aristocratia.

In Tyrannos insurgitur ex odio aut contempu. Lib. 5. polit. c. 10.

T. Lilius lib. 1. ab urb. cond. Monarchiæ destrutio.

O ij qui

qui in Monarchia sunt, dominos insurgunt. Id autem fit, quandoq; in corpus dominantis, quandoq; in dominationem ipsam. In corpus dominantis inducuntur homines insurgere, per contumeliam, per metum, & contemptū. Dominatio ipsa corrumpitur duobus modis: Vno, si seditio oriatur inter eos, qui participes sunt regni. Alio modo, si Tyrannice gubernare pergunt, uolentes esse domini plurium, & contra legem. In regnis autem illis, in quibus succeditur per genus, corruptionis causa est, quod plerumq; contemnendi homines succedunt in regnum: & cum non habeant potentiam Tyrannicam, sed regium honorem, contumeliose uiuunt.

*De calumniosis seditiosorum accusationibus, &
quæ has ipsas comitantur, crudelitatis,*
Caput VIII.



*l. si calumnia
tur. ff. de uerb.
fig.*

*Lucianus in
oratione, de
non temere cre
dendo calum
nie.*

*Isocrates in
oratione, de
retributione
quæ est. 15.*

Eccles. 26.

Enio ad incommoda, quibus singulares personæ propter seditiones afficiuntur. Ea sunt, Calumnia & crudelitas. Priscianus à uerbo caluor deriuas tam esse putat, quod decipere significat. Iuxta illud Plauti in Celsina. Vbi domi sola sum, sopor manus caluitur, hoc est, decipit et frustratur. Siue (ut Alciato placet) à uerbo caluire dicta est calūnia: metaphora sumpta à caluis, qui eos frustrantur, à quibus capillis prendendi uidentur. Est autem calumnia, per quam crimina falsa scienter innocentibus intenduntur. Lucianus calumniam definit, Ut sit delatio e mentita odio, clanculū reo, calumniatori credita, delato ad respondendū ac refellendum nō admissio. Quo sanè malo, nec ullum aliud nocentius, nec formidandū magis omnibus bonis est; immo uero lernā quandam omnium fraudum maliciarum, mendaciorū, & fallaciorum, calumniam esse censeo. Illa siquidem bonos non solum iustis uirtutum præmijs defraudat, uiamq; adeo ad uirtutes, resq; præclare gerendas præcludit: sed prorsus delere & extinguere, quicquid usquā est boni conatur. Contra uero malos ita extollit, ut ad honores non alij, quàm mali & scelerati homines, sed nec ijdem tamen, nisi malorum ope, quorū scilicet uoluntatem scelere sibi deuincunt, prouehantur: Illa mendaces gratos efficit (ut inquit Isocrates) eos, qui nihil iniuriæ intulerunt, ut iniuriū uideantur: Illa litigantes facit, ut peierent, ac funditus obscurent ueritatem: Illa falsam audientibus opinionem exhibet: Illa quoscunq; semel apprehenderit, iniquissime perdit. Deniq; tantum malum est calumnia, ut etiam morti à sancta scriptura præferatur. A tribus (inquit Sapiens) timuit cor meum, & in quarto facies mea metuite: Delaturā ciuitatis, & collectionē populi, et calumniam mendacem, super mortem omnia grauia. Quod & idem alio loco significat

significat, dum ait. Vidi uniuersas calumnias, quæ sunt sub sole: & Ecclesiast. 4. ecce lachrymæ eorum, qui calumnias sustinent, nec est qui consoletur eos. Et, In manibus calumniantium eos fortitudo, & non est eis consolator. Et, Laudauī mortuos super uiuentes: & melior super utrosq; , qui nondum natus est, qui nondum uidit opus malum, quod est factum sub sole. Et inter maledictiones, quæ uenient super eos, qui non custodiunt mandata Dei, illa quoq; numeratur. Deut. 28. Omni tempore calumniā sustineas, et opprimaris uiolētia, nec habeas qui liberet te. Vnde Thearidas cū gladiū cote acueret, rogatus à quopiā, Nū esset acutus: Acutior, inquit, calumnia: nimirū significans, rē omnium rerū nocentissimā esse calumniam, & quæ hominis & animum & corpus consumat. Propter quod & Sapiens dixit. Calumnia conturbat sapientē, & perdet robur cordis eius. Et ita quidem cōturbat, ut ea ipsa oppressus, nō facile mandata diuina custodire possit: Quod oratio præ se fert eius, qui in Psalmo dicit. Libera me à calumnia hominum, & custodiam mandata tua. Breuiter tantum malum est, quod omnes boni & piij homines merito reformident, & ut euitent, orare debent, exemplo eius, qui in Psalmo orat. Feci iudicium & iustitiam, non trades me calumniantibus me. Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi. Porro calumnia fit in iudicio per accusationem: et extra iudicium, per quancuncq; delationem. Ac de utriusq; generis calumnia, multa à nobis dicta sunt, in libris de hæreticis & schismaticis, quæ tametsi illic ad hæreticos & schismaticos referuntur, quia tamen omnibus seditiosis communia sunt, non inepte quisquis uolet, hic quoq; ea ipsa ad prophanas seditiones poterit accommodare. Crudelitas est, qua per uiolentiam innocentes opprimuntur. Crudelitas duplicis generis est. Nam quædam calumniosam accusationem subsequitur: quædam nullo præcedente iudicio exercetur. Sed & calumniosam ipsam accusationem, merito crudelitatem dixerimus. Si enim crudelis est, qui famam suam negligit: quanto crudeliores putandi sunt, uel accusatores, qui alienam existimationem & innocentiam, per calumniosas accusationes impetunt & arrodunt: uel iudices, qui innocentes per calumniam accusatos, & crimina intentata, nec confessos nec conuictos condemnant: Quemadmodum enim ad innocentiam tuendam non sufficit crimen negasse: ita nec ad condemnandum accusatum, satis est accusasse, ut Iulianus Imperator Cephidīo Oratori acerimo, Nicanorium, ut furem accusanti, & propter documentorum inopiam his uerbis exclamanti. Nec quis florentissime Cæsar nocens esse poterit usquam, si negare suffecerit. Respondit. Et quis innocēs esse poterit, si accusasse sufficeret: ut refert Ammianus Marcellinus. Ammian. Marcellinus. li. 18. Ad primum igitur genus crudelitatis pertinent accusationes, & quæ has ipsas subsequuntur sunt crudelitates, quas Equites trans-

Calumnia in Metellū. *Calumnia* latī in se per Gracchanam seditionem à Senatoribus iudicijs, in ipsos Senatores uarijs ex causis, sed iisdem tamen per calumniam confarcinatis, exercuerunt. Nec dissimilis huic fuit accusatio, quæ Metello à Glaucia & Apuleio Apuleianæ seditionis authoribus decreta fuit, cui ob id, quod in legem, quam Apuleius tulerat, iurare detrectauerat, Consules per Præconem annunciare iusserunt, igni & aqua tectoq; ab omnibus interdicens esse. Sed & authoribus huius seditionis occisis, cum Cato atq; Pompeius rogationem, de reditu eius, totius urbis gaudio promulgassent, ne ea perficeretur, primum Marij Consulī, & Furij Tribuni plebis factionibus, & simili fere calumnia intercessum est: Sed quam calumniam, non longo post tempore, manifesta uindicta insequuta est. Sequenti enim anno Caius Cornelius Tribunus, Furiū ipsum hac de causa in iudicium uocauit, populus non expectato Furij responso, in conspectu omnium statim ibidem depræhensum lacerauit.

Eutropius lib. 5. rerum Ro.

Appianus lib. 2. de bellis ciuilib. Ro.

Calumnia in Rutiliū.

Similis propè huic calumniæ fuit accusatio in Rutiliū, per eandem factionem instituta. Is adeo fidei atq; innocentie constantia usus, ut die sibi ab accusatoribus dicta, usq; ad cognitionem neq; capillum barbamue demiserit, neq; sordida ueste humiliue habitus suffragatores conciliarit, inimicos permulserit, iudices tentauerit: Orationē quoq; à Prætorē cōcessam, nihilo submissiore animo habuerit, cū euidenti oppugnaretur calumnia, et opinione omnium bonorum iure absolendus putaretur, periurio iudicum condemnatus est: qui Smyrnam cōmigrans, literarum studijs contentus consenuit.

Calumniæ partiū Syllæ et Marij.

Eiusdem generis fuerunt accusationes, quas Marius in Syllanos, & Sylla in Marianos decreuerunt. Ac inter eos, qui à Marianis accusabantur, quidam ut calumniosa iudicia seditiosorum uitarent, mortem sibi consciuerunt. Siquidem Merula Flamen Dialis, uenas sibi incidit: Catulus in cubiculo recens illinito & humido, carbonibus accensis sponte suffocatus est. A Sylla uero accusationes fiebant, uel in pecuniarum exactionibus, uel in alijs ministerijs, uel omnino consilij alicuius in Syllam perpetrati.

In delictorum quoq; numero hospitalitates, amicitie, & collationes, uel dantis uel recipientis ponebantur: uel si quis promptitudinis alicuius aut contubernij in itinere depræhensus extitisset.

De crudeli

De crudelitatibus, quæ nullo præcedente iudicio,
per seditionem in innocentes exercentur,

Caput IX.



Alterum genus crudelitatum diximus, quibus nullo præcedente iudicio, innocentes per seditiones lacerantur. Quales sunt proscriptiones, exilia, publicationes bonorum, uaria genera tormentorum & suppliciorum, cædes, homicidia, sequitia in mortuos, & si qua sunt similia. Et earum rursus aliæ per ipsos seditiosos, aliæ per eos, qui seditiones comprimunt, exercentur.

Crudelitates in innocentes per seditiones.

Initium ciuilium bellorum, fuerunt seditiones Gracchorum, Agrarijs legibus excitatæ, ut aliquoties ante à nobis dictum est. Ac sub initium statim horum tumultuum, immensæ hominum strages factæ sunt, nec legibus & ordine potestatum, sed turbis armorumque conflictibus, nobiles ignobilesque necati sunt.

Gracchanæ seditiones.

Aug. de ciui. De li. 3. c. 24.

Has seditiones insequentæ sunt peiores: neque enim studium fuit dinceps alijs Gracchorum exempla deuitare, sed magis superare fuit propositum. Lucius siquidem Saturninus Tribunus plebis, & Caius Cæsar, Seruilius Prætor, & multo post M. Drusus, multo immaniores seditiones excitarunt, quibus cædes iam tum grauissimæ, deinde socialia bella exarserunt: quibus Italia uehementer afflicta, & ad uastitatem miserabilem desertionemque perducta est. Nam Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Samnites, Lucani, Druso iam interfecto, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Seruium Prætorem, Romanorum Legatum ad se missum, apud Asculum occiderunt, statimque clausa ciuitate, omnes Romanos ciues indicta cæde iugularunt. Bellum sociale insequentum est, & ciuiliat inter quæ atrocissimum fuit Marianum & Syllanum, ob talem ferè causam ortam. Marius affectauerat Septimum Consulatam, & ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quo Sylla cognito impatiens & pertinax, intemperataque ira percitus, cum quatuor Legionibus primum ante urbem consedit, ibi Gradium Marij Legatum, quasi primam uictimam belli ciuilis, occidit, ut Eutropius scribit. Mox urbem cum exercitu irrupit, faces ad inflammandam urbem poposcit, omnibus metu abditis, citato agmine in forum uenit. Marius omnium auxilio destitutus, cum pugnare non auderet, in Capitolium concessit, in quem cum Syllanæ cohortes irruissent, magna suorum cæde diffugit. Multi etiam Mario fauentes urbe pulsi sunt, quorum & necandorum, uel ad Consules deducendorum, omnibus potestas data est: sed & bona eorum in publicum delata sunt.

Aliæ seditiones immaniores.

Aug. lib. 3. de ciui. De li. c. 26.

Appianus lib. 1. de ciuilib. Ro. bellis.

Eutropius lib. 5. rerum Ro.

Post deinde Marius, qui per fugam elapsus, & uarijs casibus agitatus, unà cum Sertorio et Cinna, Sylla iam circa Mithridaticum

O iij bellum

bellum occupato, eruperunt, & bellum aduersus Rempublicam instaurarunt: in quo Marius primum Coloniam Hostiensem ui ingressus, omnia ibi genera libidinis, auaritiæ & crudelitatis, exercuit. Deinde Antium & Arriam ciuitates hostiliter irrupit, cunctosq; in his, præter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit.

Crudelitates per Cinnam & Marium.

Post Cinna cum Legionibus, & Marius cum fugitiuis urbem ingressi, nobilissimos quosq; & plurimos è Senatu uiros Consulares interfecerunt, multos proscripserunt: Ipsius Syllæ domo euerfa, filios & uxorem ad fugam compulerunt. Factæ deinde Syllanorum expulsioniones, honorum publicationes, priuationes dignitatum ac legum, reuocationes earum, quas Sylla condiderat, innumeræ factæ cædes, nec Senatorum aut Equitum delectus habitus, uniuersa Senatorum capita rostris affixerunt. Non Deorum reuerentia, aut uirorum indignatio, inuidiæue timor in his perpetrandis ullus affuit: uerum sceleribus scelera addentes, ad aspectus usi sunt nefandissimos. Quippe homines impie credentes, defunctorum insuper colla secuerunt, miserabilescq; aspectus ad timorem stuporemq; ac spectaculum crudele proposuerunt: Interfectorum capita in foro appensa, nulli sepulchri honos habitus, ex ijs qui interfecti fuere, auib; tantum & canibus laceranda illustrium uiorum abiecere cadauera. Illud etiam crudelitatis addidit Marius.

Crudelitates in occisorum corpora.

Appianus lib. 1. de ciuili. Ro. bellis.
Eutropius lib. 5. rerum. Ro.
Aug. de ciuit. Dei li. 3. c. 27.

Nam cum interfectorum ciuium capita illata conuiujs, oblata Capitolijs, collata rostris ad spectaculum, ornatumq; (ut dictum est) caput M. Antonij eximij Oratoris abscissum, cum inde sanies manaret, in ipso conuiuio manu pertractauit: insultans insuper illudensq; conuitijs, complexusq; P. Annium, qui caput illud cruentus attulerat. Præterea in ipsius Marij oculis trucidati sunt, quibus salutantibus dexteram porrigere noluisse.

Octo millia fugitiuorum cæsa in foro.

Eutropius lib. 5. rerum Rom.

Prælia cruentissima Syllæ cõtra Marianos.

Interea Cinna honorum neces, malorum cæde suppleuit. Nam cum introducta fugitiuorum manus insatiabilis prædandi esset, nullamq; partem authoribus prædæ Consulibus ministraret, in forum quasi stipendij causa sollicitata, militibusq; circumdata, inermis extincta est. Cæsa sunt igitur in illa die in foro urbis, Octo millia fugitiuorum: post hæc residui Senatorum, qui potentiam Cinnæ, sauitiam Marij, Sertorij audaciam, fuga euaserant, transuecti in Græciam, coëgerunt præcibus Syllam, ut periclitanti, immo iam penè perditæ patriæ opem ferret. Itaq; mutatis COSS. Romæ cum Marius, Marij iam defuncti filius, ac Papius Carbo Consulatum accepissent, Sylla aliquot prælijs, cum Marianis partibus confertis, in quibus & multa millia Marianorum cæsa sunt: tandem cum omnibus copijs suis ante ipsam urbem portamq; Collinam signa contulit, grauissimocq; prælio tandem uicit. Octoginta millia hominum, ibi fusa dicuntur: Duodecim cum millia hominum

num sese dedidere, reliquam multitudinem in fugam uersam, infatiabilis uictori ciuium ira consumpsit. Sylla mox ut urbem uictor intrauit, tria millia hominum, qui se per Legatos, contra fas & fidem datam, inermes securosque interfecit. Plurimi tunc quoque, non solum innocentes, sed etiam ipsius Syllanæ partis occisi sunt: quos fuisse plusquam nouem millia, fertur. Ita libere per urbem percussoribus passim uagantibus, Q. Catulus palam Syllæ dixisse fertur: Cū quibus tandem uicturi sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Fertur autem ad hunc modum Romanis in concione conuocatis, loquutus esse. Quoniam (inquit) Crudelis Oratio L. Syllæ, populum meliorem in partem conuerterem, si mihi paruisset: nulli inimicorum, ad extremum usque supplicium parcam. Verum Prætores, Quæstores, Tribunos, & quoscunque alios, qui cum hostibus simul quippiam egerunt, summis pœnis afficiam. Quo dicto Senatores quadraginta: Equites mille & sexcentos, ad mortem condemnauit, descripsit, & premia interfectoꝝ, iudicia his qui accusarent, et supplicia insuper occultentibus ascripsit: Quidam suspensi, & ad Syllam delati, ante pedes eius proiecti sunt: alij tracti uerberatique, ut nemine intente, uocē in tantis calamitatibus ob pauorem emittere audente, in urbe tota, quem uellet Syllanus quisque feriebat. Unde tot funera numerari omnino non poterāt, donec Syllæ à Fursidio suggereretur, sinendos esse aliquos uiuere, ut essent, quibus possent imperare, qui uicerant, tunc iam cohibita, quæ hac atque hac passim furibunda ferebatur licentia iugulandi. Primus ipse infamen illam tabulam proscriptionis, cū magna gratulatione proposuit, quæ hominum ex utroque ordine splendido, Equestri scilicet & Senatorio, occidendorum ac proscribendorū duo millia continebat, quos quia proscripti erant, licebat occidere: Quorum etiam bona diuidebantur, & pars Syllæ, pars percussoris fiebat. Contristabat numerus proscriptorum, sed consolabatur modus: Quia tot cadebant, tantū erat moeroris, quantum lætitiæ. Quia cæteri non timebant, sed in quibusdam eorū, qui mori iussi erant, etiam licet ipsa crudelis cæterorū seueritas, genera mortium exquisita congenuit. Quendam enim sine Laniatus quidam sine ferro, ferro laniantium manus diripuerunt; immanius homines hominem uiuum, quam bestię solent discerpere, cadauer abiectum. Hic Bebius fuit Marianus. Nam duo Bebij fuerunt, alter Syllanus: alter Marianus, & ut Syllanus à Marianis antea unco tractus, dispersis uisceribus interijt: sic Marianus eodem crudelitatis genere interemptus est, ut etiam mirum uideri possit, siue fato hoc, siue consilio factum sit, ambos eiusdem nominis Bebios, uno eodemque etiam fati genere occubuisse. M. Marius Gratidianus, C. Marij propinquus, apud Catuli sepulchrum oculis effossis, & membris particulatim amputatis, in tantis cruciatibus

Inermes
contra fidē
datā occisi.

Appian9 lib.
1. de ciuili. Ro.
bellis.

Crudelis
Oratio L.
Syllæ.

Aug. de ciui.
Dei. li. 3. c. 28:

L. Florus li. 3.
Epith. 21.

Tabula
Proscrip
tionis Syl
lanæ Duo
Millia con
tinebat.

Laniatus
quidam sine
ferro.

Aug. lib. 3. de
ciui. Dei. c. 27.

Dira occisio
M. Marij.

diu

Vindicta
Syllæ in to-
tas ciuita-
tes.

Eutropius lib.
6. & 7. rerum
Rom.

Interempti
eo bello ci-
uili 150.

Milia ciuū
Ro.

Alia post
Syllam bel-
la ciuilia.

diu uiuere, uel potius diu mori coactus est. Cum uero in singulos delationes defecissent, ad ciuitates se Sylla conuertit, easque uicissim puniuit, aliarum arces demoliri iubendo. Quarundam moenia solo æquando, aut publicam multam illis imponendo, aut grauioribus tributis eos affligendo, hoc fine cōclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum, et ciuile Syllanum. Consumpserunt autem ultra centum quinquaginta millium Romanorum uiros, Consulares triginta tres, Prætorios Septem, Ædilitios Sexaginta, Senatores ducentos, absque innumeris totius Italiæ populis, qui sine consyderatione deleti sunt, ut scribit Eutropius. A bello Mariano atque Syllano, ad bella Sertorij atque Catiling: quorum alter à Sylla proscrip- tus, alter nutritus fuerat. Inde ad Lepidi & Catuli bellum: quorum alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat. Inde ad Pompeij & Cæsaris: quorum Pompeius sectator Syllæ fuerat, eiusque potentiam uel æquauerat, uel iam etiam superauerat. Cæsar autem Pompeij potentiam non ferebat, sed quia non habebat, quam tamen illo uicto interfectoque transcendit. Hinc ad alium Cæsarem, qui post Augustus appellatus est, peruenerunt, quo imperante, natus est Saluator mundi, Christus. Nam & ipse Augustus cum multis gessit bella ciuilia. Ac omisis crudelitibus, quas Sertorius & Catilina, Lepidus & Catulus, Cæsar & Pompeius exercuerunt: eas tantum (quantum ad institutum nostrum pertinere uidetur) enumerabimus, quas Triumuirorum, Antonij, Lepidi, & Octauij, tam concordia quam discordia, ciuiles siue inciuiles potius pepererunt.

Triumui-
ri,
Antonius,
Lepidus &
Octauius.

Appianus lib.
3. de ciuili. Ro.
bellis.

Eutropius lib.
7. rerum. Ro.

Hij primum quidem discordes, deinde autem concordēs facti, ac Imperium inter se partiti, & aduersus interfectores Cæsaris, & eorum fautores in urbe potiti uictoria, Syllam imitati, proscriptionis tabulas proponendas esse decreuerunt. In quibus Senatorij Ordinis circa trecentos, Equestris uero ad Duo millia, in quibus etiam fratres & patruj proscribentium inerant: sed & ex potentioribus ad mortem condemnarunt Decem & Septem, inter quos & Cicero fuisse dicitur. His deinde Centum & Triginta, & paulo post Centū & Quinquaginta uirorum proscriptiones addite, ac per uaria urbis loca prolatae sunt: Quorum omnium capita ad Triumuiros diffinito premio deferri iussum.

Horrenda
lex proscri-
ptionis.

Erat autem lex proscriptionis, ut nullus aliquem eorum, qui proscripsi essent, susciperet, aut occultaret, aut aliquo præmitteret, neque pecunijs confideret, ut uel saluaret aliquem, uel iuaret, aut cum illo seruiret. Si quis contra legem fecisset, nulla uenia dignus, & ipse in proscriptorum numerum poneretur.

Præmium
de capitib.
Interfecto-
rum.

Eorum autem, qui interemptorum à se capita Triumuiris apportassent, præmium erat, libero quidem Quinq; supra uiginum mille drachmæ: serui ultra proprij libertatem corporis, decies mille drachmæ

drachmæ Atticæ. Idem quoque præmiū iudicibus erat constitutum. Proscriptione igitur à Triumuiris ad hunc modum annotata, crudelissime in proscriptos sævitum est.

Primum omnes urbis exitus, aut portus aut stagna, aut quodcunque aliud, quod ad fugam suspiciosum erat, aut ad latendum per provinciam profugis patebat, à Turmarum Ducibus obsidebatur, quibus perscrutari omnia ac discutere iniunctum fuerat: Et hæc uno impetu simul facta sunt.

Statim igitur per omnem provinciam ac civitatem, ut quisque quod sperauerat, adeptus fuerat, hominum captiuitates plurimæ subitæque perpetrabantur. Varij ad hæc necis modi, capitum abscissiones mercedis gratia conspiciabantur, fugæ turpissimæ, alijs puteos, alijs subterraneos specus, & immunda quæque subeuntibus: alijs subtectis tegulis operti, miro solentio latuerunt.

Mulieres non minus & pueros, quam percussores formidantes, qui non satis benivolè se erga eos habebant: alijs ad pedes seruorum suorum procidentes, cum clamore & ciulatu, eos dominos suos, & saluatores appellarunt. Quæ res eo miserius uidebatur, quod omnium spe salutis destituti, nulla misericordia ab ullo leuarentur. Nam & suos repente ex necessarijs hostes effectos esse cernebant, uel ob similitudinem, uel munerum promissionem, uel ob repositum in domibus aurum & argentum.

Infidus quippe unusquisque in domesticos effectus erat, & propriam utilitatem benevolentia eorum ante tulerat: fidi autem & beneuoli non auxiliū afferre, non celare aliquem, aut cum ullo conuenire audebant, ob suppliciorū crudelitatem. Erant qui se spontanea fame conficerent, qui laqueis uitam finirent, qui se aquis immergerent, aut è tecto præcipites darent, aut igne se absumerent, aut iugulatoribus se offerrent. Cæterum, quid circa singulos actum, & quo genere immanitatis & crudelitatis in unumquemque eorum, qui proscripti fuerunt, seuitum sit, præter ea, quæ iam in genere dicta sunt, ex Plutarcho, Appiano, alijsque rerum Romanarum scriptoribus cognoscere licet: nos unum tantum ex Appiano, de nece Ciceronis hoc loco ascribemus. M. Cicero igitur, qui post C. Cæsarem potens admodum, quantum popularis Monarchia ualuit, in urbe floruit, cum filio & fratre, ac fratris filio, omnibus denique necessarijs eius, & Clientibus amicisque proscriptione damnatus est.

Quam autem inimici eius in eum crudelitatem exercuerint, ad hunc modum describit Appianus. Is, inquit, fugiens paruam ingressus ratem, maris tempestate deterritus, ad proprios agros, quos ob historiae huius passionem uidisse memini, circa Capuam, Italiae urbem delatus est. Tacite igitur accedentibus his, qui illum inquirebant, quippe præ cæteris ambitiosissime hunc uirum efflagitabat

Antonius,

Fuga præclusa.

Pœnæ Proscriptorū, qui in fuga deprehensi fuerunt.

Miseria fugientium.

M. Cicero nis Proscriptio.

Antonius, & Antonij causa, quàm plurimi corui aduolantes, obstrepere cœperunt, eundem è somno excitantes, uestem quoq; rostris eo usq; attraxere è quiescentis copore, quo ad serui id signum à Deo missum arbitrati, lectica impositum, iterum ad mare per profundam syluam occulto calle detulere. Multis per partes accurrentibus, interrogantibusq;, sicubi Cicero appareret: obuij ob beneuolentiam misericordiamq;, nihil nisi ablatum fuisse referebāt.

Læna, Inter
fector Cice
ronis.

Verum Cerdo quidam Clodij Clientulus, Ciceronis acerbissimi hostis, Læne Turmarum Duci, cum paucis assistenti, callem indicat. Quo cognito, insequitur ille, et Ciceronis seruos longe plures, quàm quos ipse deduceret, auxilio adesse cernens, militariter admodum cœpit exclamare. Ea uoce qui in agris aderant postremi Turmarum Duces aduolant, quos intuentes Ciceronis serui, quàm plurimis accedentibus territi, cesserunt. Læna uero qui propriam causam Ciceronis patrocinio tutatus, pœnam effugerat, caput è lectica primus extulit, simulq; præcidit, tribus feriens, secansq; uulneribus ob inexperientiam. Abscidit & dexteram, qua orationes illas luculentissimas in Antonium, ueluti Tyrannum exarauit, ad Demosthenis in Philippum editarum similitudinem. Quo facto, nonnulli in equis, quidam nauibus præuecti sunt, ut hæc Antonio primi nunciarent.

Præmium
Læne ab
Antonio
datum.

Læna sedenti in foro Antonio, caput manumq; Ciceronis à longe protulit, ostenditq;. Qua ex re exhilaratus, Ducem coronauit, adornauitq; donis, ducentis scilicet, & quinquaginta millibus Drachmis Atticis, quod maximum & pugnacissimum inimicorum olim eius occidisset. Caput manusq; Ciceronis, in foro ante tribunal per spatium temporis pependere, quo in loco & ipse prius orare solitus. Ad id spectaculum multi audientes, uisendi causa conuenere. Ferunt & in die Antonium Ciceronis caput in mensa tenuisse, demum faciatum animo, ab hoc nefando spectaculo abstinuisse. In hunc modum Cicero eloquentia admirabilis, præter cæteros in hanc ætatem usq;, & qui Consularem dignitatem obtinuerat, in maximis patriæ suæ utilis, extinctus, ab hostibus contumelijs affectus est.

Appianus
& Plutar-
chus diuer-
si de Occi-
sore Cic.

Paulo diuersius eandem historiam narrat Plutarchus. Nam proditorem illum ac callis indicem, quem Appianus Cerdonem, & Clodij Clientulum fuisse scribit: Plutarchus Philologum Q. fratris libertum fuisse ait: Eum uidelicet, quem Cicero studijs liberalibus erudierat. Lænam uero, quem Turmarum Ducem fuisse asserit Appianus, Plutarchus nō Læna, sed Popilium, et eundē Tribunum militem fuisse tradit: eum uidelicet, qui iamdudum parricidij reus, opera Ciceronis, qui causam susceperat, defensus, iudicia euasit. Sed nec Læna caput Ciceronis præcidit: sed Herennius Centurio, qui per demonstratam semitam accelerans, illum consequutus est, ubi Cicero percussores imminere cognoscens, suis uti lecticam sisterent imperauit.

imperavit. Inde ceu persæpe consueverat, cum genam sinistrae imposuisset, immotis oculis percussores prospiciens, iugulum apparat. Quod Herennius poscens crine nudum & extra lecticam uulneribus prolatum, quia tunc Sexagesimum quartum ætatis egit annum, caput & manus eius iussu Antonij præcidit. Antonius autem ea accipiens, ingenti uoce proclamauit. Sic habeant finem Proscriptiones. Sic igitur disertus ille artifex regendæ Reipublicæ Cicero, qui Augusto fauit, ut eius potentia cõtra Antonium nutriretur, sperans eũ depulsa & oppressa Antonij dominatione, instauraturũ Reipublicæ libertatem, ab eodem Augusto, cuius dignitatem & potestatem fouebat, Antonio, quadam quasi concordiaë pactione, occidendus permissus est: nec libertatem ille Reipublice, pro qua multum clamauerat, instaurauit, sed ditioni potius propriae subiugauit.

Aug. lib. 3. de
cui. Dei. c. 30.

Alterum genus crudelitatum eorum esse diximus, qui seditiones comprimunt. Cuius multa quidem exempla commemorare possem: Sed quoniam hæc Historiarum studiosis passim obuia sunt, nihil est, ut pluribus lectorem suspendam. Nam satis diu his rebus immoratus, ad alia mihi properandum uideo: unum tantum, ne nihil de hoc genere dicere uidear, affero. Lucius Opimius Consul, qui aduersum alterum Gracchum intra urbem arma commouerat, iam eò cum socijs oppresso & extincto, ingentem ciuium stragem fecit. Cuncta quæstionem haberet, iam iudiciaria inquisitione ceteros persequens, tria millia occidisse perhibetur.

Vindicta
in seditione
fos.

Aug. de ciui.
Dei li. 3. c. 24.

Ex quo intelligi potest, quanta sæuitia fuerit seditionum, quando etiam uictoria contra seditiones obtenta, tanta multitudo hominum, non solum in turbido ipso armorum strepitu, sed etiam iudiciorum, uelut examinata cognitione præcedente interierunt. Sunt & qui ad hoc genus postremũ Syllæ bellum, quod aduersus utrumque Marium patrem & filium gessit, referant, ut per quem oppressa iam à Mario patria, pristinae libertati restituta fuerit. At quam crudelissimè, non in hostes tantũ, sed in amicos etiam sæuierit Sylla, paulo ante declaratum est: Vt recte de ea uindicta, seu sæuitia potius, Lucanus Poëta dixerit.

Lib. 2.

Sylla quoq; immensis accessit cladibus ultor,
Ille quoq; exiguum restabat sanguinis urbi,
Hausit, dumq; nimis iam putrida membra recidit,
Excessit medicina modum, nimiumq; sequuta est,
Qua morbi duxere manus, periere nocentes;
Sed cum iam soli possent superesse nocentes,
Tunc data libertas odijs resolutaq; legum
Frenis ira ruit.

P Seditionem



Nter incommoda seditionum, illud non minimum est, quod una seditio parit aliam. Est enim eius natura seditio, ut ubi semel corpus Reipublicæ inuaserit, quasi repente ad singula etiam intima membra penetret, & nisi radicitus extirpata fuerit, non solum breui tempore repullulet, sed etiam alias ex se seditiones progignet.

Seditio se-
ditionem
parit.

T. Linius. lib.
2. ab urb. cond.
Valerius lib. 2.
c. 2.

Sic secessio plebis, Tribunitiam potestatem patribus ui extorsit, quod ius Cn. Martio, qui Coriolani cognomen habuit, per occasionem diuidendæ Annonæ, denuo patribus recuperare conante, excitata alia seditio est: Quam uix tandem Coriolano in exilium acto, cohibuit atq; sedauit Senatus. Sed eam maius malum insequutum est: Nempe Coriolanus in exilio apud Volscos degens, iniuriæ memor, bellum Romanis intulit, quod una mater Veturia extinxit. Sic Gracchanæ seditiones initium quidem fuerunt in urbe Roma ciuilibus sanguinis, gladiatorumq; impunitatis. Inde ius ui obrutum, potentiorq; habitus prior, discordiæq; ciuium, antea conditionibus sanari solite, ferro dijudicatæ, bellaq; non causis inita, sed pro ut eorū merces fuit. Ex Gracchanis igitur seditionibus, Apuleiana, Drusiana, & ex his bellum Sociale, Ciuilia & Seruilia orta sunt.

L. Florus lib. 3.
Lib. 2. de Hære-
tici & schis-
Lib. 2. Historiæ
Ro.

Sic & ex hæresibus hæreses, ex schismatibus schismata enascuntur: ut aliàs à nobis abunde demonstratum est. Nec id sane mirum: non enim ibi consistunt exempla, ut inquit Velleius Paterculus, unde cœperunt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime euagandi sibi uiam faciunt: & ubi semel recto deerratum est, in præceps peruenitur, nec quisquam putat turpe, quod alij fuit fructuosum.

DE SEDITIONIBVS

DE SEDITIONIBVS

LIBER QVARTVS: QVI EST DE REMEDIIIS, QVIBVS SEDITIONES COMPRIMVNTVR.

*Ad quorum officium pertineat, sedare
seditiones, Cap. I.*



UPER EST *pars ultima instituti* operis huius de seditionibus, quæ remedia continet, quibus seditionum motus, in Republica comprimuntur.

In qua re duo spectanda sunt: Persona tam eorum, qui medentur, quàm eorum, quibus remedia adhibentur: et Ratio medendi. Primum igitur, si magnam apud omnes laudem & gloriã merentur, qui patriam ab iniuriã hostium fortiter dimicantes defendunt: quanto magis laudandi sunt, qui ciuiles & intestinas discordias in Repub. sanant: Quod pulchre apud Platonē cõfirmare uidetur hospes Atheniensis, qui citato quodã Tirtęi Poëtę carmine, primũ summis laudibus effert eos, qui optime se gerũt in bello. Deinde duo belli genera statuens: Alterũ, quod seditionem appellamus, grauissimum sanẽ, ut quod nemo in sua ciuitate esse uelit: et si accadat, quam ocyus fieri potest, sedari cupiat. Alterũ uero belli genus, multo mitius illo, quo aduersus externos & alienigenas utimur. Claros quidẽ eos esse ait, qui externa magno animo bella gerunt. At longẽ clarissimos, qui maximo in bello, id est, in seditione præstant: Theognis Poëtę testimoniũ subinde citans, qui ait: Fidelem uirũ omni argento atq; auro in seditione meliorẽ. Et si autẽ equo iure tam Magistratus quàm subditi, Rempub. à seditionũ incõmodis custodire, et si quibus premitur, ab iisdẽ etiam liberare teneãtur: tamen singulariter ad officium eorũ, qui præ sunt rebus publicis, pertinet, ut pacatæ et quietæ prouinciæ sint, quas regunt. Quod tũ facile obtinent, si sollicitè id agant, ut malis & seditiosis hominibus prouincię careant, eosq; conquirant, & ut quisq; deliquerit, in eum animaduertant. Sic ad Præfecti urbis curam olim pertinebat quies popularium, qui & dispositos milites stationarios habebat, ad tuendam popularium quietem, & ad referendũ sibi quid ubiq; ageretur. Veteres Irenarchas uocant: quia ad tollendas discordias, & pacandos ciuium animos, in

Laudandi plurimum sunt sedatores seditionum.

Plato lib. 1. de legib. Duo belli genera.

l. congruit. ff. de off. præst. d. l. 1. §. quies quoq; ff. de off. præfect. urb.

I unica C. de
Irenarchis lib.
11. In Aut. ut
nulli iud. §. 1.
Et in Aut. de
mā. Princip.
1 diuus §. ff.
de custod. reo-
rum.
Vide Alciatū
lib. 2. Præter-
missarum.
1. munerū §.
Irenarche ff.
de mu. et hon-
orib.

ciuitate præficiantur, ἀπο τοῦ εἰρήνης, id est, à pace & concordia dicti.
Idem etiam cognoscunt, quoties de finibus certatur, quanquam
Martianus generaliter Irenarchas uocat, qui disciplinæ publicæ,
& corrigendis moribus præficiuntur. Sed & in prouincijs Irenarche
iudicio præsidum, à Decurionibus nominabantur, qui ad prouin-
ciarum tutelam, quietis & pacis per singula territoria faciebant
stare concordiam. Alibi Seruatores loci, Hiocolitæ, & latronum
expulsores appellantur. Ac inter cætera illud quoque ad Irenarcha-
rum officium pertinet, ut cum apprehenderint latrones, interro-
gent eos de socijs & receptatoribus, & interrogationes literis in-
clusas atque obsignatas, ad cognitionem Magistratus mittant. Nec
condemnatus intelligitur, qui cum eo elogio missus, uel etiam per
Irenarcham perductus fuerit, sed quasi re integra quærat, si
quis erit, qui cum arguat. Et ideo si quis ἀνάγκησιν faceret, iuberi
oportet uenire Irenarcham, & quod scripserit exequi. Et si dili-
genter & fideliter hoc fecerit, collaudandum cum: si uero parum
prudenter non exquisitis argumentis, simpliciter denotare Ire-
narcham, minus retulisse, sed & si quid maligne interrogasse,
aut non dicta retulisse pro dictis, cum compererit, ut uindictæ in
exemplo; ne quid aliud postea tale facere moliat.

In Aut. de
mā. Princip.
§. deinde coll.
3.
Bald. in l. nul-
lus C. de sum-
ma Trinitate.

Iam & Principum Constitutionibus Irenarcharum officium,
omnibus prouinciarum Rectoribus, & rerum publicarum admi-
nistratores iniungitur. Sicut Iustinianus Imperator ad Tribunia-
num, quæstorem sacri Pallatij & exquæstorem, ea de re rescri-
bens. Conueniens, inquit, est, te prouidere, ut nulli populi ciuita-
tum alterutri seditiones faciant, sed omnem pacem esse Dei ciuitati-
bus, dum æquitas etiam hinc nostris subiectis seruetur, & neque lucri,
neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinetur.

Pœna in
Irenarchas
negligentes.

Eodem pertinet Constitutio illa Friderici Imperatoris de pace
tenenda, qua iudicium quoque & defensorum locorum, & quorumque alio-
rum Magistratuū, curæ & officio imponitur, ut id agant sollicite,
ut huiusmodi pax ab omnibus eorum curæ subiectis fideliter custodia-
tur. Quin & pœna eidem legi adijciuntur, ut si qui iustitiam facere,
& pacem uiolatam legitime uindicare neglexerint, damnum om-
ne iniuriam passo resarcire compellantur. Et insuper, si maior
iudex sit, sacro ærario pœnam decem librarum auri præstet: minor
autem pœna trium librarum auri mulctetur. Qui uero ad prædi-
ctam pœnam persoluendam inopia dinoscetur laborare, is corpo-
ris sui correctionem cum uerberibus patiat, & procul ab eo loco,
quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquenniū uitā agat.

Epistola 2.
Hier. 2.

Idem quoque Canonicis Constitutionibus cautum est, qualis est
illa Alexandri Papæ I. & altera huic haud dissimilis Anthoni Papæ.
Hæc dicit Dominus (inquit Alexāder) iudicate mane iudiciū, & ante
et uite

eruite ut oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, et succendatur: et non sit qui extinguat. Vos ergo, qui in summa specula à Domino cōstituti estis, attendere eos et opprimere oportet, qui in fratres seditiones et scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. De schismaticis uero, Regulis sanctorum Patrum specialiter constitutum est, ut qui schisma fecerit, aut proprium altare erexerit, primum quidem excommunicetur, & si excommunicatione contempta, nihilominus diuisiones & schismata facere perrexerit, per potestates publicas opprimatur. Quæ Regulæ Principum quoque Constitutionibus confirmantur. Sic enim de eadem re Fridericus Imperator constituit. Statuimus, inquit, hoc Edicto perpetuo ualituro, ut Potestas, Consules seu Rectores, quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quod de terris suæ Iurisdictioni subiectis, uniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide pro uiribus exterminare studebunt: Ita quodammodo quicunque fuerit, qui in potestatem, siue perpetuam, siue temporalem, assumptus, hoc teneatur Capitulum iuramento firmare: alioqui nec pro potestatibus, nec pro Consulibus habeantur, & eorum sententias irritas extunc decernimus & inanes. Si uero Dominus temporalis requisitus & admonitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum à tempore admonitionis elapsum, terram illius exponimus Catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis, absque ulla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo iure domini principalis: Dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum apponat. Eadem nihilominus seruata lege, contra eos, qui non habent dominos principales.

*Pœna in
Auctores
schismatū.*

*De statutis &
consue. contra
lib. Eccl. 9. Sta
tuimus.*

Quales esse debeant Irenarchæ, quibus seditionum componendarum cura iniungitur, Cap. II.



Vemadmodum autem qui præsunt publicis administrationibus, iusti debent esse, prudentes, & boni uiri, tum multo etiam rerum usu exercitati: Ita & qui componendarum seditionum negotium aggrediuntur, primum omnium uirtutibus præditi, id est, iusti, prudentes, fortes & temperantes esse debent. Nemo enim integer & fidelis, sine omnium uirtutum numero in seditionibus reperiri poterit, ut inquit Plato. Sed et eloquentem esse oportet, cuius officio atque curæ incumbit, discordantium animos ad amicitiam & pacem reuocare. Est enim eloquentia tum omnibus, qui Respublicas administrant: tum uero ijs, qui ad sedandas discordias,

*Plato lib.
1. de legib.
Ut Irenarcha sit eloquens.*

P iij &



Plutarchus in
Paliticis.

Calliope
Musa Irea
narchæ ne-
cessaria est.

Bonimor-
res eloquē-
tię coniun-
cti ualent.

Virg. lib. 1.
Æneidos.

Sedatores
seditionum
populi.
M. Cicero in
Bruto, de clar.
Orat.

M. Popilius

& conciliandam inter dissidentes ciues pacem destinati sunt, non solum utilis, sed etiam necessaria. Propter quod & Reges olim (ut scribit Plutarchus) tametsi sceptris, & purpura nobiles, satellitibus constipati, deorum demum oraculis inflati & tumidi, uulgi deteritare soliti, ac sibi subiicere: Volebant tamen uerborum Oratores effici, gratiamque dicendi nequaquam aspernabantur. Conciones, in quibus clari solent effici uiri, non negligebantur, nec louem duntaxat consilij præsidem obseruabant, bellicosumque Martem, aut militarem Mineruam: Sed Calliopen quoque uenerabantur, quæ Regibus ueneranda comes accedit, ferociam atque duriciam uulgi suadela leniens atque pudore. Homo certe priuatus de ueste atque habitu populari ciuitatem regere, uoluntatem populi præualere, multitudinis moribus modum facere non poterit, nisi oratione & eloquentia præditus sit, quæ unà suadeat, afficiat, flectat, ducatque multitudinem.

Non igitur mores dicentis tantum sunt, qui persuadeant, nec sola oratio. Re enim uera utrunque est, quod rem efficit, mores nimirum atque oratio: Quemadmodum nauis non solum à gubernatore, sed etiam à Clauo: & equus non solum ab equite, sed etiam à freno in gyrum uersatur. Qui igitur & uirtutibus simul, & eloquentia clari & potentes sunt, hos ego omnium maxime ad sedandas seditiones idoneos esse existimo. Cuius uelut effigiem Poëta his carminibus depingit.

*Ac ueluti magno in populo cum saepe coorta est
Seditio, sæuitque ammis ignobile uulgius,
Iamque faces & saxa uolant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis si forte uirum quem,
Conspexere, silent, arreclisq; auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.*

Cicero inter summos Oratores ingentibus eos laudibus effert, qui dicendo ciuiles discordias compresserunt. Qualis fuit M. Valerius Dictator, qui paucis annis post Reges exactos, cum plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium consedisset, eumque montem, qui Sacer appellatus est, occupauisset, oratione discordias sedauit. Ob quam rem & honores ei habiti amplissimi, propter quod & primus Maximus est appellatus. Ex eadem causa, M. Popilius laudatur, qui cum Consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum Læna faceret (ea fuit uestis militaris, uillorum crassitudine calefaciens Chlamidem) quod erat flamen Carmentalis, plebis contra Patres concitatione, & seditione nunciata, ut erat Læna amictus, ita uenit in concionem, seditionemque cum autoritate, tum oratione sedauit.

Similem

Similem laudem Scipio, & plerique alij meriti sunt, quorum & ipsorum orationibus magnæ seditiones compositæ sunt, quos hic non est locus omnes commemorare.

Necq̄ uero satis est, iustum, prudentem & eloquentem esse, cuius opera componenda seditio est: sed talis etiam à seditiosis ipsis, quorum animos prudentia & oratione sua leniendos suscipit, existimari & haberi debet. Plurimum enim momenti in rebus publicis, prudentiæ & probitatis opinio possidet. Nam oratio quantumlibet salutaris & bona, si à malo proferatur, uel authoris odio displicere solet, nec quantum per se meretur, tantum ponderis & auctoritatis habet. Ex qua causa cū Lacedæmone Demosthenes quidam in Senatu author fuisset sententiæ salutaris, & rei de qua agebatur idoneæ, non fuisset ea quantumlibet bona sententia, uel unius authoris odio à Senatu approbata, nisi Ephori alium ex senioribus delegissent. Qui negotio sententiæ dicendæ sibi demando, eandem pronunciaisset: rati hoc modo gratiorem, & multitudini acceptiorem fore, quæ à bono & sincero, quàm quæ à malo, absoleto, & sordido uase, & ad transfundendam rem salutarem minus bene imbuto, sed absoleto & sordido, prodisset.

Sed & grati sint seditiosis oportet, per quos seditiones sedari debent. Nam quibus infensi sunt, eorum uerba ægerrime audiunt, ne dum consilijs non acquiescunt. Qua ratione seditione & rebellionem subditorum aduersus dominos suos orta, non ipsi domini, sed Legati seditiosis ipsis grati & accepti, facilius seditionem component. Sic plebis seditione aduersus Senatum Romanum & Patres commota, cum tres Legati Consulares, C. Iulius. P. Sulpitius, SP. Tarpeius, ad seditiosos fuissent missi: Qui Senatus uerbis quererent, cuius iussu castra deseruissent, aut quid sibi uellent, qui armati Auentinum obsedissent, belloq̄ auerso ab hostibus patriam suam cepissent, à multitudine conclamatum est. Ut L. Valerium, & M. Horatium ad se mitterent, his sedaturos responsum. Non alia procul dubio ratione, quàm quia sibi gratis & acceptis, & quorum prudentiam cognitam, fidemq̄ minus suspectam habebant, quàm quorum eis fastus & potentia inuisa erat, respondere, eorumq̄ consilia sequi maluerunt. Iam uero quod ad personas eorum attinet, qui à seditionum morbis liberandi sunt, alia multitudini, alia singulis personarum, alia item seditionum authoribus & magistris, alia ijs, qui seducti fuerint atq̄ decepti: Alia uiris, alia foeminis, alia iuuenibus, alia ætate prouectis, remedia adhibebuntur. De quibus omnibus posthac prolixius, & ordine quidem dicemus.

T. Liuius, lib. 8. secundi belli Punici.

Irenarcha bonæ opinionis esse oportet apud populum.

Vide Gellium in noctibus Atticis li. 18. c. 3.

T. Liuius li. 3. ab urb. cond.

Habendam esse rationem

De diuino auxilio, in tribulationibus seditionum
implorando, Cap. III.



Notum est de personis eorum, qui seditionum incommodis medentur: Sequitur iam, ut de remedijs seditionum dicamus. Remedia seditionum duplicia sunt: Diuina & Humana. Diuinū est, quod à solo Deo præstatur, nimirū bonitas illa & clementia diuina, qua Deus in tribulationibus succurrit eis, qui inuocāt nomen eius. Sanè hoc remedio nihil efficacius, nihil præsentius, nihil magis salutare. Siquidem nunquam deest diuina misericordia n̄s, qui sperantes in Dominum, inuocant nomen eius. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? Aut quis inuocauit illum, & despexit eum? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector est omnibus exquirentibus se in ueritate. Ac uniuersale quidem illud remedium est, ad quod in omnibus tribulationibus recurrendum est: Sed quod omnium maxime in tribulationibus seditionum & bellorum iuuat, ipso Domino ita per Prophetam permittente, & dicente, In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: Exaudiui te in abscondito tempestatis: Probauit te apud aquam contradictionis.

Adiutor in
tribulationibus
Deus.
Eccl. 2.

Psal. 80.

Duplex
Tribulatio
Interna &
Externa.

Siue enim hoc de tribulatione & tempestate conscientie intelligamus, quæ est bellum illud internum, & omnium grauissimum, quo concupiscentia rationi, & caro spiritui rebellant: præsens est & salutare illud remedium. In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, &c. Siue de tribulatione, qua ab internis & domesticis hostibus præmimur, accipiamus: idem remedium à Domino expecta. Inuoca ipsum in tribulatione, & liberabit te. Nam & de illis cum sacro Psalme dicere potes. Si inimicus meus male dixisset mihi, sustinuissem utique: & si is, qui oderat me, magna loquutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimes, dux meus & notus meus, qui simul dulces mecum capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum consensu. Veniat mors super illos, & descendant in Infernum uiuentes. Quoniam nequitie in habitaculis eorum, in medio eorum. Ego autem ad Dominum clamaui, & Dominus saluauit me. Siue ab externis hostibus tribularis, si Dominum inuocaueris, liberabit te: Exaudiet te in abscondito tempestatis: Probabit te apud aquam contradictionis.

Psal. 54.

Exauditor
Deus in
tribulationibus.

Psal. 31.
Psal. 68.

Quin & sancti Dei homines, non solum sæpe summi huius medici opem implorarunt, sed etiam ipsius remedio in tribulationibus adiutos se esse testantur. Tu es refugium meum, inquit Psaltes, à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea, erue me à circumdantibus me. Et iterum, Exaudi me Domine, quoniam benigna est misericordia

miserericordiã tuã. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice me: Et ne auertas faciem tuam a puero tuo. Quoniam tribulor, uelociter exaudi me. Intende animæ meæ, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Item, Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te ueniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacumq; die inuocauero te, uelociter exaudi me. His & similibus medici opem a se imploratam testatur Propheta. Opem uero sibi latam esse, ad hunc modum clamat. De tribulatione inuocaui Dominum, & exaudiuit me in latitudine. Dominus mihi adiutor, non timebo quid mihi faciat homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino, quam sperare in Principibus. Omnes gentes circueuerunt me, & in nomine Domini, quia ultus sum in eos. Impulsus euersus sum, ut caderem: & Dominus suscepit me. Fortitudo & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Item. In tribulatione inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui, & exaudiuit de templo sancto suo uocem meam. Et clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius.

Porro diuinum hoc Remedium duabus maxime rebus comparatur: Pœnitentiã, & Oratione. Orationem adiuuat ieiunium & eleemosyna, iuxta quod Angelus ad Thobiam dixit. Bona est oratio cum ieiunio & eleemosyna, magis quam Th. sauros auri reconcondere. Ac ad Pœnitentiã quidem impetrandã, hoc diuinum remedium non solum utile, sed etiã necessarium esse, Dominus apud Prophetã admonet. Si Pœnitentiã, inquit, egerit gens illa, a malo suo, quod loquutus sum aduersus eam: agam & ego Pœnitentiã super malo, quod cogitauit ut facerem ei. Et subito loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantẽ illud. Si malum fecerit in oculis meis, ut non audiat uocẽ meam: Pœnitentiã agam super bono, quod loquutus sum, ut facerem ei, &c. Orationem uerò omnium maxime ad impetrandũ, quod dixi, remediũ clementiæ & misericordiæ diuinæ efficacem esse, idem Dominus innuit, dicens. Petite, et dabitur uobis: querite, & inuenietis. Pulsate, et aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui querit, inuenit: & pulsanti, aperietur. Atq; ad hũc sane modũ sancta mulier Iudith, diuino hoc remedio usa, populũ ab obsidione Holofernis liberauit. Holoferne siquidem Bethuliam ciuitatem obsidente, populum ciuitatem eidem, intra quinq; dies tradere uolentẽ, ad Pœnitentiã & Orationẽ adhortata est, his uerbis. Po-
 suistis uos tempus miserationis Domini, & in arbitrium uestri ũ diem cõstitulistis ei. Sed quia patiens Dominus est, in hoc ipso pœniteamus, & indulgentiã eius fufis lachrymis postulemus. Non enim quasi homo, sic Deus cõminabitur, neq; sicut filius hominis ad iracundiã inflãmabitur. Et ideo humillemus illi animas nostras, et in spiritu con-

Psal. 101.

Psal. 117.

Psal. 17.

Remedium
in Tribula-
tione con-
paratur Pœ-
nitentiã &
Oratione.
Thob. 12.

Hier. 18.

Matth. 7.

Exemplum
de Oratione
ne Iudith in
Tribulatio-
ne obsidio-
nis.

Iudith. c. 8.

criti

triti humiliato, seruietes illi, dicamus flentes Domino, ut secundum uoluntatē suam faciat nobiscū misericordiam suam, ut sicut cōturbatum est cor nostrū in superbia eorū, ita etiā de nostra humilitate gloriamur. Quoniam non sumus sequuti peccata patrū nostrorū, qui de reliquerūt Deū suū, et adorauerūt Deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladiū, & in rapinā, et in confusionē, inimicis suis. Nos autē alterū Deū nescimus, pręter ipsum. Expectemus humiles consolationē eius, & exquiret sanguinem nostrū de afflictionibus inimicorū nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quæ cūq; insurgūt contra nos, et faciet illas sine honore Dominus Deus noster. Et nūc fratres, quoniam uos qui estis Presbyteri in populo Dei, & ex uobis pendet anima illorū, ad eloquium uestrū corda eorū erigite, ut memores sint, quia tentati sunt Patres nostri, ut probarentur, si uere colerēt Deum suum. Memores esse debēt, quomodo pater noster Abrahā tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerūt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem, qui tentationes suas non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improprium murmurationis suę, cōtra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & à serpentibus perierunt. Et nos ergo non ulciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quasi serui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Deinde & ipsa Oratorium suum ingressa, cilicio se induit, & cinerem super caput suum posuit, & prosternens se Domino, longam quidem orationem habuit, quam his tandem uerbis conclusit. Non in multitudine est uirtus tua Domine, neq; in equorum uiribus uoluntas tua est, nec superbi ab initio plauerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio: Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tua misericordia præsumentem, &c. Eodem remedio uisa Hester, & ipsa populum Iudæorum ab insidijs Aman, & Tyrannide Artaxerxis Regis liberauit. Sic enim Dominum Deum Israël deprecata est. Domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui à patre meo, quod tu Domine tulisses Israël de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, ut possideres hæreditatem sempiternam, fecisti: eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim Deos eorum. Iustus es Domine. Et nunc non eis sufficit, quod durissima nos opprimunt seruitute: sed robur manuum suarum, Idolorum potentia deputantes, uolunt tua mutare promissa,

Iudith, c. 9.

Hester 14.
Exemplum
Hester in
tribulatione
maxima
constituta.

promiffa, & delere hæreditatē tuam, & claudere ora laudantium te, atq; extinguere gloriā templi & altaris tui, ut aperiant ora gentium, & laudent Idolorū fortitudinē, & prædicent carnalem regem in fempiternū. Ne tradas Domine fceptrū tuū his, qui non funt, ne rideant ad ruinam noſtrā: ſed conuerte conſilium eorū ſuper eos, & eū, qui in nos cœpit ſequi, diſperde. Memento Domine, & oſtēde te nobis in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fidutiā Domine rex Deorū, et uniuersę poteſtatis: tribue ſermonē cōpoſitū in ore meo, in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odium hoſtis noſtri, ut & ipſe pereat, & cæteri qui ei conſentiunt. Deus fortis ſuper omnes, exaudi uocem eorū, qui nullā aliam ſpem habent, & libera nos de manu inimicorū, et erue me à timore meo. Sic Azarias unus ex tribus pueris, qui aperiens os ſuum in medio ignis, dixit, Benedictus es Domine Patrum noſtrorū, & laudabile & glorioſum nomen tuū in ſecula: Quia iuſtus es in omnibꝫ, quę feciſti nobis, et uniuersa opera tua uera, & uię tuę rectę, et omnia iudicia tua uera. Iudicia enim uera feciſti, iuxta omnia quę induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatē ſanctā Patrum noſtrorū Hieruſalem: Quia in ueritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra. Peccauimꝫ enim, et iniquē egimus recedētes à te, et deliquimꝫ in omnibꝫ, et præcepta tua nō audiuiſimus, neq; obſeruauimꝫ, nec fecimꝫ ſicut præceperas nobis, ut bene nobis eſſet. Omnia ergo quę induxiſti ſuper nos, & uniuersa quę feciſti nobis, in uero iudicio feciſti, & tradiſti nos in manibus inimicorū noſtrorū iniquorū, & peſſimorū, præuaricatorūq; , & regi iniuſto, & peſſimo ultra omnē terrā. Et nunc nō poſſumus aperire os: cōfuſio & opprobriū facti ſumus ſeruis tuis, et in his qui colūt te. Ne, quęſumus, tradas nos in perpetuū, propter nomē tuū, & ne diſſipes teſtamentū tuum, neq; auferas miſericordiā tuā à nobis, propter Abrahamā dilectū tuū, & Isaac ſeruū tuum, & Iſraēl ſanctū tuum: Quibus locutus es, pollicens, quod multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quę eſt in littore maris: quia Domine imminuti ſumus, pluſquā omnes gentes, ſumusq; humiles in uniuersa terra hodie propter peccata noſtra. Sic Daniel in captiuitate poſitus, primū quidē peccata non tantū populi ſui, ſed etiam ſua cōfeſſus, deinde ad hunc modū orauit. Et poſui faciem meā ad Dominū Deum meum rogare, et deprecari in ieiunijs, ſacco & cinere: & orauī Dominū Deum meū, et confeſſus ſum, & dixi. Obſecro Domine Deus magne & terribilis, cuſtodiens pactū & miſericordiam diligentibus te, & cuſtodientibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & reſceſimus & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Et non obediuiſimus ſeruis tuis Prophetis, qui loquuti ſunt in nomine tuo Regibus noſtris, Principibꝫ noſtris, Patribus noſtris, omniq; populo terrę. Tibi Domine iuſtitia, nobis autē cōfuſio faciei: ſicut eſt hodie uiro Iuda, & habitatoribus

Daniel. 3.
Oratio Azariæ in camino ignis.

Daniel. 9.
Oratio Danielis.

habitatoribus Hierusalem, & omni Israël, his qui prope sunt, & his
 qui procul in uniuersis terris, ad quas eiecisti eos, propter iniquitates
 eorū, in quibus peccauerūt in te Domine. Nobis cōfusio faciei, Regi-
 bus nostris, Principibus nostris, & Patribus nostris, qui peccauerūt.
 Tibi autē Domino Deo nostro misericordia & propitiatio: quia re-
 cessimus à te, & nō audiuimus uocē Domini Dei nostri, ut ambula-
 remus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos Prophetas. Et
 omnis Israël pręuaricati sunt legē tuā, et declinauerūt, ne audirēt uo-
 cem tuā: & stillauit super nos maledictio & detestatio, quę scripta est
 in libro Moyfi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones
 suos, quos loquutus est super nos, & super Principes nostros, qui iu-
 dicauerūt nos: ut superinduceret in nos malū magnū, quale nūquam
 fuit sub omni cęlo, secundū quod factū est in Hierusalē. Sicut scriptū
 est in lege Moyfi. Omne malum hoc uenit super nos. Et nō rogau-
 imus faciem tuā Domine Deus noster, ut reuerteremur ab iniquitati-
 bus nostris, & cogitaremus ueritatē tuā. Et uigilauit Dominus super
 malitiā, et adduxit eā super nos. Iustus Dominus Deus noster in ope-
 ribus suis, quę fecit: non enim audimus uocē eius. Et nunc Domine
 Deus noster, qui eduxisti populū tuū de terra Ægypti in manu for-
 ti, & fecisti tibi nomē secundū diem hęc: peccauimus Domine in om-
 nem iustitiā tuā. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua
 Hierusalem, & à monte sancto tuo: propter peccata enim nostra, &
 iniquitates Patrū nostrorū, Hierusalē, & populus tuus in opprobrio
 sunt omnibus per circuitum nostrū. Nunc ergo exaudi Deus noster
 orationē serui tui, & preces eius: & ostēde faciē tuā super sanctuariū
 tuū, quod desertū est. Propter te ipsum inclina Deus meus aurem
 tuā, & audi: & aperi oculos tuos, & uide desolationē nostrā, et ciuita-
 tem, super quam inuocatū est nomen tuū. Neq; enim in iustificatiōni-
 bus nostris prosternimus preces ante faciē tuā, sed in miserationibus
 tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attēde, & fac. Ne mo-
 reris propter te ipsum Deus meus: quia nomen tuū inuocatū est
 super ciuitatē, & super populum tuū. Si ergo qui tanta sanctitate
 pręditi fuerūt homines, ut ignes & Leones circa se innoxios habue-
 rint, non dubitarūt in tribulationibus, Domino peccata sua cōfiteri,
 & ad diuinam clementiam atq; misericordiam confugere: Quanto
 magis nos peccatores, seditionum bellorumq; procellis obruti, in ea
 tribulatione, primum quidem de peccatis nostris pœnitentiā age-
 mus, ac deinde pacē à Domino poscemus, qui, ut est unus idemq; ue-
 rus author pacis, ita & pacem solus largiri potest: non solum tempo-
 raneam illam, sed etiam quam in futuro sæculo, cum sanctis commu-
 nem habebimus sempiternam. Ipse siquidem Deus noster refugium
 & uirtus, adiutor est in tribulationibus, quę inuenerunt nos nimis.

Conclusio
 huius Ca-
 pituli.

psalm. 45.

Seditionibus



Mplorato aduersus seditiosos diuino auxilio, humana quoque remedia sanandis seditionibus adhibenda erunt. Est autem eadem fere seditionum sedandarum ratio, quæ curandorum morborum corporis. Quemadmodum enim in curandis morbis, primum causæ morborum, eorundemque qualitates inquiruntur, quibus cognitis, tum deinde remedia egrotis adhibentur. Quin in ipsa etiam cura ratio habetur, ut alia repentinis, & nullam moram patientibus: alia diuturnis morbis, quos Chronicos medici appellant, medicinæ adhibeantur. Ita & in depellendis à corpore Reipublicæ seditionum malis, primum quidem seditionum causæ inuestigantur, ac his ipsis cognitis, tum eorum medendorum cura suscipitur, & alia subito & aperte ortis seditionibus, alia clanculum conceptis, ac paulatim gliscientibus: & alia rursus in principio, alia in medio, & alia in fine remedia adhibentur. Ac primum quidem id generaliter in seditionibus sedandis, comprimendisque & extinguendis obseruandum est, ut undecumque uel ubicumque ortis seditionibus, in tempore occurratur, immo ne etiam orientur, prouideatur. Nam & in ciuiliū discordiarum morbis locum habet, quod dicitur:

Similitudo de curandis morbis;

Vt in tempore occurratur seditionibus.

*Principijs obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.*

Ouid. lib. 1. de remed. amoris.

Fit enim sepe, ut ex paruo membri uulnusculo uniuersum corpus inficiatur, ac tandem, nisi in tempore conuenientibus remedijs occurratur, intereat, & penitus consumatur. Scintilla res parua est, & penè dum cernitur, non uidetur: sed si fomitem comprehenderit, & nutrimenta sui, quamuis paruus ignis inuenerit, moenia, urbes, latissimos saltus, regionesque consumit. Fermentum quoque res modica uidetur & nihili, sed cum farina conspersum, totam massam suo uigore corruerit: in illius uim transit omne quod mixtum est. Ita & seditio quælibet ex paruis quidem initijs est, sed quæ paruo tempore, nisi mox extinguitur, in immensum crescit, & non solum domos, uicos, & ciuitates, sed etiam prouincias, & amplissima Regna peruagatur: maxime uero hæresis & doctrina peruersa, quæ ab uno incipiens, uix duos aut tres primum in exordio reperit auditores. Sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta uulgare prouerbium. Vnius pecudis scabies, totum commaculat gregem. Igitur & scintilla statim ut apparuerit, extinguenda est, & fermentum à massæ uicina semouendum, Secundæ putridæ carnes, & scabiosum animal à caulis ouium repellendum.

Vulnus.

Scintilla.

Fermentum.

Hieronymus in comment. in Epist. priorum ad Chor.

Hæresis cito crescit.

Q

repellendum.

repellendum, ne tota domus, massa, corpus & grex ardeat, corrumpatur, putrescat, aut intereat. Grauis est & periculorum plenissima pugna carnis & spiritus, quam nos Monasticam seditionem appellamus. Spiritu siquidem seruitur legi Dei: carne autem legi peccati. Itaque carne superante spiritum, in mortem incidimus (est enim lex peccati, ut quicumque peccauerit, moriatur) Spiritu uero carnem uincente, uiuimus. Qui enim legi Dei seruit (quod fit spiritu) uitam habebit. Lex enim spiritus uitae in Christo Iesu, liberat à lege peccati & moris. Et ut prudentia carnis mors est: ita prudentia spiritus uita, & pax. Esi autem carnis aduersus spiritum perpetua pugna sit, ad finem etiam usque uitae nostrae perduratura: tamen & in manu sua uictoriam habet spiritus, si adiutus gratia Dei (quae nunquam inuocanti deerit) ab initio rebellanti carni, id est, concupiscentiae eius, non consentiat. At ubi semel atque iterum carni frenum laxauerit, & concupiscentijs eius indusserit, paulatim peccandi consuetudine subrepente, ita animam perniciose dulcedo & uoluptas consuetudine implicat, ut postea uincere non possit, quod ipsa sibi peccando fabricata est: Propter quod & semel prostrata & uicta, in perpetua confusione iacet, & ignominia. Iuxta illud. Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit: & sequitur eum ignominia, & opprobrium. Sic in domo dissentientibus inter se patrefamilias, & ijs, qui eius potestati subiecti sunt: facile quidem ea discordia, ab initio componi poterit. At, ubi diutius durauerit, uix perturbata semel domus, ad pristinam concordiam reuocari poterit. Et ad eundem modum seditiones civiles in tempore adhibito remedio, sedari possunt, quae ubi latius serpsent, uix magno negotio extinguuntur. Sic seditiones Gracchanæ, Apuleianæ, & aliae, quae ab initio facile componi potuissent, ubi aliquandiu sepultae, ac deinde resuscitatae recruduerunt, non solum non extinctae, sed etiam ex his bella socialia, ciuilia, & seruilia, suborta fuerunt. Ita Arrius in Alexandria una scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est. Sic parua initia fuerunt Hussiticæ factionis, quae ab initio facile comprimere potuisset: At, ubi tempore inualuit, ne summa quidem summorum Principum potestate & potentia extingui potuit. Adhibenda est igitur huic morbo in tempore remedium. Nam saepe uidimus.

Ouid. lib. 1. de
remed. amoris.

Quod fuerat primo sanabile uulnus,
Dilatatum longae damna tulisse morae.

Atque ex hac sane causa processisse uidetur, quod ueterum Constitutionibus expressum est: ut inter causas, quae moram non recipiant, seditiones quoque numerentur. Sic enim habet lex. Constitutiones, quae de recipiendis nec ne appellationibus loquuntur, ut nihil noui fiat,

fiat, locum non habent in eorū personis, quos damnatos statim puniri publice interest: Vt sunt insignes latrones, uel seditionum concitatores, uel duces factionum. In his siquidem causis, ubi latro manifestus est, uel seditio prærupta, factioq; cruenta, uel alia iusta causa, appellatio executionē non impedit: non pœnæ festinatione, sed præueniendi periculi causa. Tunc enim punire permittit Præses, deinde literis excusare. Sed nec ita tamen festinabit prudens Irenarcha, quin omnia bono consilio, nihil præcipitater agat: eius memor, quod prouerbio dicitur. Qui nimium properat, serius absoluit: & sæpe fit, ut ingenio magis, quam uiribus proficiatur. Cuius rei pulchrū sane & memorabile exemplum, nostra ætate edidit Inuictissimus & Gloriosissimus Imperator Carolus, huius nominis Quintus, qui immensam seditiosorū atq; rebellium multitudinē, quæ nullis uiribus uinci posse uidebatur, ipse quasi ociosus, consilio, & prudētia sua, nullo fuso sanguine, superauit, & ad obedientiam suam redegit: ut uere de eo dici possit, quod olim prouerbio celebratū est, Sedendo uicit Romanus.

L. constitut. ff. de appella. l. si quis filio ff. de iniusto rup. & irri. testa.

Irenarcha consilio agat, non præcipit tanter.

De remedijs Monasticæ seditiōis, Cap. V.

NAm uero ad species ipsas seditiōnū descendimus, ut earū tam generalia, & quæ sunt omnibus cōmunia, quam specialia remedia explicemus. Inter quas prima est Monastica, carnis uidelicet aduersus spiritum rebellio: & spiritus aduersus carnē pugna. Quæ merito internū hominis bellum dicitur: quia inter spiritum & carnē geritur. Quæ etsi inter se discordent, tamen à Deo summo Opifice in hoc creata & coniuncta sunt, ut mutua inter eas esset pax & concordia, quæ & perpetua erat futura, nisi propter inobedientiam primi hominis turbata fuisset, & in perpetuam quasi discordiam commutata: ut quamdiu uiuit homo, uerum sit, quod Apostolus dicit. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē. Item. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę. Quin et cessabit aliquando hæc discordia, quando scilicet seminabitur corpus animale, & resurget corpus spirituale. Tunc enim caro nihil concupiscet aduersus spiritum, quando & ipsa spiritualis uocabitur. Quoniam spiritui non solum sine ulla repugnantia, uerū etiam sine ulla corporalis alimenti indigentia, in æternum uiuificanda subdetur. Est aut teterrimum & exitiale bellum, quod aduersus spiritū gerit caro, quæ & magna secū fert incōmoda. Caro enim est, quæ animam perdit: caro est, quæ recipit inimicū cum uitijs. Eadem caro seminat homicidia, seminat fornicationē, seminat concupiscētiam, seminat rixas, seminat libidinē, seminat Idolatriam, seminat cupiditatem, seminat superbiam, & inter fratres discordiam,

Gal. 5. Rom. 7.

1. Cor. 15.

Aug. in lib. de continent. c. 8. Teterrimū bellum inter carnem & spiritū.

Aug. ad fratres in Eremo, sermone 49.

Quæ seminat

feminat inuidiam, feminat cōtra Deum blasphemiam, prouocat schismata, irritat hæreses, & intra Ecclesiã Dei infert diuisiones, & inter populos Christianos ponit offendicula, & inter gentes pugnas, & inter consanguinitatē mutationes, & quod peius est, in corda seruorum Dei diuersa cogitationū genera immittit. Pugnã carnis mox, si caro euaserit uictrix, sequitur bellum conscientie. Virūq; sane horribile, ut quod nulla fuga euitare licet. Quocūq; n. fugimus, hī hostes nos sequuntur, carnē nostram nobiscū portamus, sed nec est, quo fugiamus. Quicquid n. uolumus, fugere possumus: cōscientiã nostram fugere nō possumus. Intra in domū tuam, requiesce in lecto tuo: Intra in interiora, interius nihil habere potes, quo fugias à conscientia tua, si te rodunt peccata tua. Sed nec Deum fugere potest peccator, quomodo timēs irã Dei dicit. Quo ibo à spiritu tuo, et quo à facie tua fugiam: Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descēdero in Infernū, ades.

Bellum
conscientie.

Aug. in
Enarratione.
Psal. 30.

Psal. 138.

Ad Deum
pacis con-
fugere.
Psal. 30.

Pugnare
contra
carnem.
Rom. 8.

Rom. 13.

Aug. de saluta.
docu. c. 64.

2. Cor. 12.
Iob. 1. & 2.

Ephes. 6.

Ad sedandum igit tam atrox, quod intra nos latet, carnis aduersus nos & conscientie nostræ bellum, primū omnium ad Deum pacis, quem fugere nō possumus, confugiemus, ab illo opem petemus, ad illum dicemus. Esto mihi in Deum protectore, & in domū refugij, ut saluum me facias. Quia fortitudo mea & refugium meū es tu, & ppter nomen tuum deduces me, & enutries me. Deinde & nos, quantum in nobis est, contra carnē nostrā pugnare debemus, alioqui si carnali concupiscentie consentientes, secundum carnē uixerimus, moriemur: si autē spiritu facta carnis mortificauerimus, uiuetus, ut inquit Apostolus. Tum autē cōtra carnē pugnabimus, si membra nostra mortificauerimus, quæ sunt super terrā: id est, fornicationē, immunditiam, irā, rixā, ut Apostolus admonet, qui & alio loco dicit. Curam carnis ne feceritis in concupiscentijs uestris. Ceterū caro mortificabitur per abstinentiam in ieiunijs, orationibus & uigilijs. Nam his & similibus rebus, & caro domat, et diabolus exterminatur, qui carnē in potestate habet, nō autē animā, dicente Apostolo. Datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus Sathanæ, qui me colaphizet. Et in carne Iob tentatus est à diabolo, dicente Domino. Et data est ei potestas à Domino in facultates eius. Et iterū. Dabo tibi illum in potestatem, præter animā eius. Ac proinde cōtra diabolū etiam pugnandum est, qui & ipse continuū bellum contra nos gerit, ut supra ostendimus. Carnem autē possidet diabolus, qui & in carne nostra feminat semina sua, id est, homicidia, fornicationē, concupiscentiã, libidinē, irā, rixam, ebrietatē, superbiam, furtū, et omnē suggestionē malam, dicente Apostolo. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus spiritus aëris huius, aduersus spiritualia in cœlestibus. Hæc semina qui recipit, in carne seminare dicitur, ac propterea de carne quoq; metet corruptionē, ut inquit Apostolus. Est igit infestissimus hostis noster diabolus, qui nunq; non circuit tanq; leo rugiens, quærens quem deuoret, tanto formidabilior, quanto callidior. Est u. uersutus hostis ille

ac tortuosus (ut inquit Augustinus, cuius uerba & hoc loco repetere libet, quantum ea ipsa supra quoque libro tertio recensuimus) nec facile deprehendi possunt circuitus uiae eius, nec cognosci species uultus eius, nisi dominus illuminet. Nam nunc hic, nunc illic, nunc agnū, nunc lupū, nunc tenebras, nunc lucē se ostēdit. Et singulis quibuslibet qualitatibus, locis & temporibus, secundum uarias rerū mutationes, uarias exhibet tētationes. Nā ut tristes decipiat, tristatur & ipse: ut gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: ut spirituales defraudet, in angelū lucis se transfiguratur: ut fortes comprimatur, apparet agnū: ut mites deuoret, apparet lupus. Vnde nō solum in carnis operibus, quae de facili cognoscuntur, nec tantū in ipsis uitijs: sed in ipsis spiritualibus exercitijs laqueos abscondit subtiles, & sub uirtutū colore, ipsa uitia induit, & transmutat se in angelum lucis. Has igitur astutias quis agnoscet? Quis reuelabit speciem indumenti eius, & gyrū dentium eius quis agnoscet? & abscondit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis. His & multis alijs machinis, clanculum adoriū nos inimicus ille noster filius Belial: Ideoque & fortiter cōtra ipsum pugnemus necesse est. Nec desunt propugnacula & arma, quibus illum nō solum à nobis propellamus, sed etiam prosternamus. Ac primū quidem propugnaculum, quo cōmunimur, est turris illa, de qua in Psalmo dicitur. Turris fortitudinis, à facie inimici. Turris haec Christus est, ad quem fugientes, non solum tela inimici diaboli per tot loca, tempora, & occasiones contra eos insidiantis, euitabunt: sed etiam in illum, quae uoluerint securi ipsi iaculabuntur. Quisquis igitur tutus esse uult, ne feriat a diabolo, ad turrim fortitudinis fugiat Christum, ad quam diaboli iacula nunquam pertingere possunt: Nec tutus tantū à diaboli iaculis erit, qui in hanc turrim intrat, sed ipse etiam in inimicū diabolū tela iaculari poterit, quibus ipse feriat, & uincatur. Haec nimirum sunt, uerbum Dei, fides, spes, opera charitatis, & oratio: Apopositis stare aduersus insidias diaboli. Quoniam non est nobis colostolus armaturā Dei appellat. Induite, inquit, uos armaturam Dei, ut luctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus Principes & Potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū, contra spiritalia nequitig, in caelestibus: propterea accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecte stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induti loriceam iustitiæ, & calciati pedes in præparationē Euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei, per omnē orationē & obsecrationē orātes, omni tempore in spiritu. Omnium autē maxime oratione dominica aduersus insidias diaboli nos tuebimur, qua nos Dominus caelestē Patrē orare iubet, ne nos permittat induci in tentationem. Hoc siquidem tactus iaculo, non audebit ad nos co-

Aug. in lib.
soliloquiorum
c. 7.
lib. 3. c. 20.

Varia tē-
tationes
diaboli.

Aug. in Enar-
tatione in
Psal. 60.
Propu-
gnacula
nostra cō-
tra diabo-
lum.
Turris for-
titudinis est
Christus.

Ephes. 6.
Armatura
Dei contra
diabolum.

Efficacia
orationis
Dominice.

minus accedere. Scit enim inimicus noster diabolus, qui se his armis
 tuentur, eos sine dubio aduersus ipsum uictoriã obtinere. Neq; enim
 P^{sal.} 17. ignorat, quod in Psalmo dicit David, Quoniam in te, inquit, eripiar
 P^{sal.} 59. à tentatione. Et iterum: In Deo faciemus uirtutem, & ipse ad nihilum
 deducet omnes tribulantes nos. Scit etiam Deum semper para-
 tum esse, ut nos à tentatione (ubi opem eius implorauerimus) eripiat,
 1. Cor. 10. Apostolo Paulo dicente, Fidelis est Deus, qui non patietur nos ten-
 tari, supra id quod possumus: sed faciet etiã cū tentatione prouentum.

De remedijs Domesticæ seditionis, Caput VI.



Omnes ex marito & uxore, parentibus & liberis, do-
 mino & seruis constat. Inter quos, qui ceteris omni-
 bus dominatur, pater familiã; qui autem illi parent,
 familia appellantur. Est autem ita natura compa-
 ratum, ut maritus uxori, parentes liberis, & domini
 seruis dominantur. Natura enim imperant & do-

minantur, qui mente prospicere possunt: Qui autem corpore, quid
 imperatum fuerit, præstare possunt, natura parët. At uxor & seruus,
 quasi instrumẽta sunt illa generationis: hic uero executionis, eorum
 quæ prudentis mariti & domini consilio fuerint prospecta. Vitur
 enim maritus uxore, tanquam instrumẽto ad procreationem libero-
 rum, quibus deinde tota domus propagatur. Nisi enim mas & fœ-
 mina ad generandum coniungerëtur, nec liberos domus nec seruos
 haberet. Seruo autem utitur dominus, ut ea quæ ad sustentandam
 familiam necessaria esse prospexerit, opere ipso exequatur. Liberos
 uero tum procreat, tum honeste educat, ut quos ualentes ipsi suo la-
 bore uentur & alunt, mox imbecilles ob senium facti, à ualentibus
 eadem reportët: & qui uiuere ipsi perpetuo non possunt, etiã mor-
 tui in filijs uiuant, & ut dici solet, natis natorum. Ex duabus igitur so-
 cietatibus domus coalescit, mariti & uxoris, domini et serui. Vnde &
 Hesiodus Poëta dixit. οἶκον μὲν πρότις τὰ γυναικίη βοῦν ἀροῦσα. Id est,
 Primum ædes, deinde uxorem, inde bouem agricolantem. Hic præ-
 cipue ad uictum, illa ad liberos: quo loco per mulierem etiã uirum
 intelligit, & per bouem aratorẽ seruum, & reliquam ad comparan-
 dum uictum necessariam possessionem: Bos enim pauperibus pro
 seruo est. Sunt autem certæ leges, tam coniugum inter se, quàm
 domini ad reliquam familiam, quibus custoditis, concordia fouetur:
 Neglectis uero, discordia & seditio in societate domestica concitatur.
 Concordia inter uirum & uxorem his maxime legibus conseruatur.
 Prima, Vt inter eos iniuria cesset, ut conuicia, amatoria medicamẽta,
 immoderata castigatio, & si qua sunt similia. Secũda, Vt ab externo
 & illegitimo concubitu abstineant: Est enim sacratissima nuptialis
 fatio, Ideoq; nec serere debent coniuges, unde nasci quicquam nol-
 lent:

Arist. lib. 1.
 pol. c. 2.

Vxor in-
 strumẽtum
 ad genera-
 tionem.

Arist. lib. 1.
 Oeconomico-
 rum c. 3.

lib. 2. operis
 ἔργα ἡγεῖν
 ἡμέρα.

Leges con-
 cordiæ in-
 ter uirum
 & uxorem.

Arist. lib. 1.
 Oeconomico-
 rum c. 4.

lent: et si fructus gignat, eorum eos pudeat, et quos maxime celesit. **Tertia**, Sic uenere utantur, ut neque presentes egeant, nec ut cum aberunt, abstinere nequeant: sed ita assuefaciendum, ut & presentes & absentes satis habeant. Et si hi, qui longinquis fuerat ortus sui tempore regionibus separati, inter se conuenerint, & si uir ad peregrina contenderit, nulla longinquitas, nulla absentia, complacita minuatur charitatem. Eadem lex presentes absentesque coniungit: idem uero uinculum inter distantes & consistentes, conjugalis charitatis iura constringit. Eodem iugo benedictionis utriusque colla sociantur, etiamsi alter obeat separatatum regionum longa diuortia: quia non corporis ceruice, sed mentis, iugum gratiae receperunt. Sed & eam pudicitiae legem seruabit uxor, ut ad ipsam uir, non ipsa ad uirum accedere uideatur: neque enim deuitare uirum debet, sed nec tamen ipsa prior tetare. Ut enim hoc meretricis est, & impudentis: sic & illud fastuosae, nec uirum amantis. Sunt & proprias leges uxoris. **Prima**, Probam mulierem omnium, quae intra priuatos parietes sunt, dominam esse oportet: quae autem foris sunt, curabit maritum. In caeteris omnibus mulier uiro parebit, nec quicquam eorum curabit aut tractabit, quae extra domum uel publice uel priuatim aguntur: Ne ei accidat, quod matri Papyrii Praetextati, quae cum filium percontata esset, quidnam Patres in Senatu egissent (nam & puer cum parente suo in curia fuerat) Papyrius festiuo mendacio matrem, quam nimis curiose negocia ad se non pertinentia curare intelligebat, eludens. Actum est (inquit) in Senatu, utrum uideretur utilius, exque Republica esse, unus ne ut duas uxores haberet, an ut una apud duos nupta esset. Quo pueri responso decepta mater, alias quoque matronas, ipsa quanquam imprudens fefellit. Siquidem postridie cum lachrymantibus, atque obsecrantes oraret, Vna potius ut duobus nupta fieret, quam ut uni duae, errore earum patefacto, ludibrio Senatoribus habitae discesserunt. **Secunda**, Non permittet proba mulier quenquam domum ingredi, sine praeepto uiri. Summopere enim formidare debet, quae facile de mulierum corruptione circumferri solent. **Tertia**, Sumptu, uestitu, & apparatu minore etiam utatur uxor, quam leges ciuitatis permiserint. Considerare enim debet, quod nec uestimentorum nitore, nec elegantia formae, nec auri multitudo, tantum ualet ad mulieris commendationem, quantum modestia in rebus, ac studium honeste decoris uiuendi. **Lysandri** filiabus uestes muliebremque mundum praeciosum, **Tyrannus Siculus** misit: ea **Lysander** capere noluit, dicens. Hoc ornamentum dehonestabit potius filias meas, quam ornabit. Sed ante **Lysandrum** hoc **Sophocles** dixit. Non est hic ornatus o infelix: uerum dedecus uidebitur tuaeque insania mentis. Ornamentum enim est (ut inquit **Crates**) quod ornat: ornat autem, quod honestior mulierem facit. Talem uero praestat non aurum, non **Smaragdus**, non **coccineus color**: sed quaecumque grauitatis, mo-

L. consensu & autem ibi pos. ubi not. C. de repud. gl. in c. quemadmodum de iureiu. in Aut. de nup. §. si igitur gl. in c. sicut 7. q. 2. Amb. lib. 5. Exameroc. 7.

Plutarchus in praeeptis conubialibus.

Leges uxoris.

Mater Papyrii Praetextati. Aulus Gellius lib. 5. noct. att. 23.

Ne sit curiosa in uestitu.

Verum ornamentum mulieris.

Quum derationis,

Mundus muliebris.

Iudith. c. 10.

Arist. lib. 2.

Oeconom. c. 1.

Vna fides & religio in coniugibus.

Ambros. de Abraham Patriarcha lib. 11. cap. 9.

Plut. in præceptis conuivialibus.

Eph. 5.

Eph. 6. Coloss. 3.

derationis, & pudoris speciem adhibent. Quam nihil uetat, uxorem honeste quoque mundicia ornatus uti, modo ab honestatis & pudoris tramite non discedat. Nam & natura mulieres mundiciam amant, à qua & mundus muliebris dicitur, quo scilicet mulier mundior fit. Nam & tali ornatu mulieres etiam sanctissimas usas fuisse, traditum est. Sic enim de sancta uidua Iudith legimus, Et descendens in domum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se uestimentis uiduitatis suæ, & lauit corpus suum, & unxit se myrto optimo, & discriminauit crinem capitis sui, & imposuit mitram super caput suum, & induit se uestimentis iocunditatis suæ, induitque sandalia pedibus suis, assumpsitque dextrariola, & lilia, & in aures & annulos, & omnibus ornamentis suis ornauit se: sed ita tamen, ut omnis ea compositio non ex libidine, sed ex uirtute penderit. Quarta, Est præterea mulieri per conjunctionem Matrimonij lex à Deo imposita, ut mores uiri pro lege habeat. Quos si æquo ferat animo, facile reget domum: sin contra, difficilius. Quinta, Non solum in prosperis rebus, secundaque fortuna unanimem se uiro prestare, & seruire uelle debet uxor: uerum etiam in aduersis. Et si defectum patitur rerum, pauperieque prematur, corporis morbo laboret, aut aliqua mentis impotentia, æquo animo ferat, & semper optima loquatur de uiro, obsequaturque in his quæ sunt licita & honesta: id solum cauens, ne quid turpe aut indignum faciat. Sexta, Nec si quid animi perturbatione deliquerit maritus, in memoria habebit mulier, sed ægritudinem ignorantiqueque ascribet. Nam quanto in his diligentius obsequetur, tanto sibi maiorem gratiam habebit, cum ab ægritudine fuerit liberatus: & si iubente aliquid turpe non paruerit, melius recognoscat ad sanitatem reuersus. Illa quoque communis lex coniugibus data est, ut unam confiteantur fidem Christianam, & ut in una Catholica religione uersentur. In coniugio siquidem primum quaeritur religio, non igitur Gentilis ducenda est, non Iudæa, non alienigena, id est, hæretica, & omnis à fide Christiana et Catholica aliena. Prima coniugij fides castitatis gratia est, si Idola colat, quorum prædicant adulteria, si Christum neget, qui præceptor & remunerator est pudicitiae, quomodo potest diligere pudicitiam? Si Christiana sit, non est satis, nisi ambo initiati sint Sacramento Baptismatis. Simul ad orationem nocte coniugibus surgendum est, & coniunctis precibus obsecrandus Deus, ut alibi docet Ambrosius. Quin & Ethnicis ea lex fuit, ut curiosæ religiones & peregrinæ superstitiones à uestibulo domus arcerentur. Nulli enim Deo sacra occulta & abscondita, grata putabantur, quæ à muliere fiebant. Apostolus Paulus eam legem præscribit coniugibus, ut unusquisque uxorem sicut seipsum diligat: uxor autem timeat uirum suum. Idem de parentibus & filiis hæc præcepta tradit. Filij, inquit, obedite parentibus uestris in Domino: hoc enim iustum est. Honora patrem & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, ut sis longæuus super terram. Et uos patres

nolite ad iracundiam prouocare filios uestros: sed educate illos in disciplina, & correctione Domini. Eiusdem lex est de dominis & seruis, quæ sic habet. Serui, obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis uestri, sicut Christo; non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed ut serui Christi, facientes uoluntatē Dei ex animo, cū bona uoluntate seruientes, sicut Domino & non hominibus. Quoniam unusquisq; quodcūq; fecerit bonum, hoc recipiet à domino, siue seruus, siue liber. Et uos domini eadem facite illis, remittentes minas: scientes, quia illorū & uester dominus est in caelis, & personarū acceptio non est apud Deum. Etsi autē filijs & seruis obediētia, uxori & seruis timorē iniungat Apostolus; tamen & obediētis et timoris in his diuersa est ratio, q̄ & uerba Apostoli designāt. Siquidem obediētis filiorū & seruorū, timori item uxoris et seruorū diuersa subiunxit. Ad filios n. dicit. Obedite parētibus uestris in Domino. Ad seruos uero: Obedite dominis carnalibus, cū timore ac tremore. De uxore dicit. Vxor autē timeat uirū suū. Quo loco timor pro reuerentia accipitur. De seruo autē dicit: Obedite cū timore & tremore. Sicut igitur inter seruum & uxorē metus diuersitas: ita & inter filios & seruos discrepat obediētia. Aristoteles, quod ad administrationē domesticā attinet, duas species seruorū facit. Præpositum siue domus procuratorē, & artificem, qui quippiam operatur: ac domino quidem ad seruos has leges præscribit. Prima, Præposito liberaliora, artifice minus liberalia negocia cōmittet. Secunda, Ita seruis colloquetur, ut neq; insolescere, neq; remissos esse sinat: & liberalioribus honorem, operum uero effectoribus cibum abunde ministret.

Tertia, Aut nihil aut parum uini seruis indulgeat. Nam uini potus etiam liberos insolentes, iniuriososq; reddit. Quarta, In seruis tria sunt necessaria: opus, castigatio, & cibus. Ac cibus quidem sine opere & castigatione, ubi defecerint, insolentes eos reddit, & ad iniuriandum procliuēs. Opus autē sine castigatione & cibo res uiolenta est, & impotentes seruos reddit. Quinta, Sunt autē hæc seruis pro uniuscuiusq; dignitate distribuenda, ac melioribus meliora, deterioribus deteriora præstanda. His itaq; mariti & uxoris, parentū & filiorū, dominorūq; & seruorū, inter se seruatis legibus, pulchre domesticæ societatis constabit concordia. Contra uero, ubi hæc ipsæ neglectæ, aut minus diligenter in administratione rerū familiarium custoditæ fuerint, in quacūq; tandem domus parte id fiat, mox dissolutis legibus, quæ sunt uerū societatis domesticæ uinculum, & glutinū quoddam, ipsa quoq; concordia dissoluatur, dissensionesq; & discordiæ subnascentur necesse est. Veluti si maritus uxori iniuriam inferat, uel contra uxor uiro, altero uidelicet in alterutrū conuitia iaculantibus, quod tamen uxori magis proprium est: aut manus inſcientibus, quod frequentius solent mariti: aut si absente uel inscio uiro, mulier uiros suspectos aut incognitos in domum intromittat: maxime uero, si

Lex inter dominos & seruos, Ephes. 6. Coloss. 3.

Differentia timoris & obediētis inter domesticos.

Arist. lib. 1. economic. c. 5.

Leges domini ad seruos.

Ne seruis detur uinū.

Impedimēta concordie inter maritū & uxorem.

Discordia
in moribus
aut in reli-
gione.

Terentius in
Andria Act.
5. Scena 1.

Lex inter
parentes &
filios.

Hieronymus
in comment. in
Epist. Pauli ad
Ephesios.

Duo diuer-
sorum mor-
um parē-
tes Mitio et
Demea, a-
pud Terē-
nium in
Adelph.
Act. 1. Sce-
na 1.

cum quibus non decet, consuetudinē habeat: aut maiores sumptus, quam pro tuenda dignitate & decoro suo, in comparandis uestibus, & reliquo ornatu & mundo muliebri faciat: aut si erga uirum uel mi-
mum morosa sit, aut petulans & procax: aut si eorū quæ extra domū aguntur, nimis curiosa fuerit, aut maritus eorū, quæ ad curam uxoris pertinet, nimis diligens curator: aut si uxor mores mariti fastidiat, et ut plerūq; inepte & insulse solent, si iocāte blandienteq; marito, frontem ipsa contrahat, & agente aliquid serio iocetur & rideat. Nam ea sunt tum tristis, tū contemnētis animi indicia: aut si in aduersis rebus, maritū uel negligat uel cōtemnat, et si quid uel morbo, uel alia intempestiuus urgente sollicitudine affectus impotētius agat, id in peiorem ipsa partē accipiat. Deniq; si non sit par eademq; utriusq; Religionis & fidelis Catholicæ confessio: ex his enim & similibus causis inter maritū & uxore graues plerūq; dissensiones nasci, uel ipsa experientia docet: quas & ipsas non inepte seditiones appellabimus. Iuxta illud Comici. *Perpulisti me, ut homini adulescētulo in alio occupato amore, abhorrenti à re uxoria, filiam darem in seditionē atq; incertas nuptias.* Sic & animū parentū à filijs alienat, si mandatis eorū non pareant: & contra filij quoq; parentū obedientiam relinquunt, si nimis eis duri sint, nec quæ uel honesta ratione permitta sunt, eorū uoluntati indulgeant. Nam utrinq; peccatur: est enim peccatū filiorum, non obedire parentibus. Parentū uero, paruulos atq; laetiētes ad iracundiam prouocare, aut certe iam adulescētibus & maturioris ætatis ea imperare, quæ grauiasunt. Sicut igitur in filijs obsequium & subiectionis merces est demonstrata: ita parētibus moderatū iubetur imperium, ut non quasi seruis, sed quasi filijs se p̄gesse nouerint. Sed & eo peccant parētes, si non recte educauerint liberos: propter quod & præcepto Apostolico adiunctū est. *Educate illos in disciplina, & correctione Domini.* Hieronymus pro eo quod correctionē nos legimus, melius in Græco dici putat *Νοῦθεσίαις*, quæ admonitionē magis & eruditionē, quam austeritatem sonat. Sed nec Ethnici hanc liberorum educandorū rationē ignorarūt, qui & ipsi parentum erga liberos disciplinā cum lenitate & facilitate quadam coniunctam commendant: asperitatē & inclementiam uituperant. Cuius rei Mitio & Demea, quasi exempla in Comœdia proponuntur. Ille enim urbanus & comes pater: hic uero durus & asper inducitur. Ac utriusq; quidem mores Mitio ipse apud Comicū ad hunc modum exprimit.

Fratri, inquit, nati filij

Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,

Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo,

In eo me oblecto solum, id est charum mihi.

Ille ut idem contra me habeat, facio sedulo.

Do,

Do, permitto, non necesse omnia habeo
 Pro meo iure agere, postremo alij clanculum
 Patre quæ faciunt, quæ fere adolescentia,
 Ea ne me celet, consuefeci filium.
 Nam qui mentiri aut fallere insueuerit patrem, ~~omn~~
 Audebit, tanto magis audebit cæteros.
 Pudore & liberalitate liberos
 Retinere satius est credo, quàm metu.
 Hæc fratri mecum non conueniunt, neq; placens.
 Nimum ipse durus, & præter æquum & bonum:
 Et errat longe, mea quidem sententia,
 Qui imperium credat grauius esse aut stabilius,
 Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
 Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:
 Malo coactus qui suum officium facit,
 Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
 Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
 Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit.
 Studet par referre, præsens absensq; idem erit.
 Hoc patrum est, potius consuescere filium
 Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
 Hoc pater & dominus interest: hoc qui nequit,
 Fateatur se nescire imperare liberis.

Iam & ex eo discordiæ domesticæ nascuntur, quod domini in
 seruos imperium exercent uel durum nimis & asperum, uel nimis lene,
 uel inæqualiter inter eos operas, præmia, & mercedes distribuunt:
 aut cum serui uel natura, uel indulgentia & licentia dominorum, uel te-
 mulentia insolentiores in eos, qui ingenio sunt mansuetiore insur-
 gunt, & turbas in domo tam in dominum, quàm in reliquã familiam
 excitant: maxime uero, qui improbi filijs familiars turpium magistri
 & duces amorum existunt, quales plæruncq; in Comædijs serui in-
 ducuntur. Nam paucos reperias, in quos conuenit, quod apud Co-
 micum de Geta dicit Demea.

Terentius in
 Adolphis Act.
 1. Scena 6.

Is mihi est profecto seruus, spectatus satis, cui dominus curæ est.
 Multi uero, qualem se esse faretur apud eundem Poëtam Dæmus.

Perturbauit, inquit, omnia:

Herum fefelli, in nuptias conieci herilem

filium. Hem astutias: quod si quiessem, nihil euenisset mali.

Idem in And.
 Act. 3. Scena 4.

Vnde & prouerbiũ natũ uideri potest, cuius alibi Macrob. meminit,
 Quot seruos habemus, totidẽ habemus & hostes. Ex his igit alijsc; si-
 milibus

Macrob. in
 Saturnalibus

milibus causis, orta domestica seditione, primū omniū diligēs pater-
familiās, unde, & ex quibus causis nata sit, inuestigabit. Vt si propter
suam erga uxorem, liberos & seruos, duritiem & inclementiam ex-
citata fuerit, ipse mores suos commutet, & clementia & comitate ita
emolliat, & componat, ut familia diligere ipsum ac uenerari malit,
quā timere. Siquidem comitas & clementia patrisfamiliās, to-
tam familiam dictis audientem reddunt: duritia autem & inclemen-
tia, rebellem & contumacem. Quod apud Comicum eleganter de
se & fratre, moribus scilicet inter se dissimillimis exprimit Demea.

Terentius in
Adelphis Act.
5. Scena 4.

Re, inquit, ipsa reperi,
Facilitate nihil homini esse melius, neq̄ clementia.
Id esse uerum, ex me atq̄ ex fratre cuius facile est noscere.
Ille suam semper egit uitam in ocio, in conuiujs:
Clemens, placidus, nulli ledere os, arridere omnibus.
Sibi uixit, sibi sumptum fecit, omnes benedicunt, amant.
Ego ille agrestis, scēuus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi uxorem, quam ibi miseriam uidi? nati filij.
Alia cura. Porro autem dum studeo, illis ut quā plurimum
Facerem, contriui in quærendo uitam, atq̄ ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab ipsis fero,
Odium: ille alter sine labore patria potitur commoda.
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt, apud illum sunt ambo: ego desertus sum.
Illum ut uiuat, optant: meam autem mortem expectant, scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos
Paulo sumptu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc, quid ego possim
Blande dicere, aut benigne facere, quando eo prouocat.
Ego quoq̄ a meis me amari & magnipendi postulo:
Si id fit dando atq̄ obsequendo, non posteriores feram.
Deerit, id mea minime refert, qui sum natu maximus.

Leges Do-
mesticę pa-
trifamiliās

Sin uxor molesta erit marito, filijs, aut reliquæ familiæ, benigni-
tate ipsam ad mansuetiores reducet mores: aut si id non iuuerit, mo-
derate eam castigabit: filios rebelles corrigat, alium quidem seue-
rius, alium leuius, ut cuiusq̄ ingenium & mores ferēt: & ita quidem,
ut patrem se, non dominum erga eos, nec duro nimis, sed nec nimis
leni animo esse ostendat. Seruos contumaces durioribus uerbis, & si
ita res exiget, insolentiores uinculis etiam & uerberibus ad obe-
dientiam compellet, incorrigibiles etiam domo expellet. Deniq̄
ita

ita se geret maritus ad uxorem, pater ad filios, dominus ad seruos, Triplex reatum inter se fratres, ut patris sit quasi regnum aliquod in domo, maritum & uxoris quasi Aristocratia, & fratrum inter se quasi Censupotestas. Quorum regiminum leges si transgrediantur, tum ex regno in domo fit Tyrannis, ueluti si pater filijs utatur ut seruis: Et ex Aristocratia paucorum potestas, ut si uir in omnibus dominetur, nec uxori suam quoque potestatem in domo permittat. Similiter si uxor dominetur, ob amplitudinem patrimonij: Et ex Censupotestate popularis potestas, ut si fratres multum ætatibus differentes, inter se dissideant, &c. Quemadmodum superiori libro demonstratum est.

De Delatoribus & indicibus seditionum,
Caput VII.

Nam ad ciuiles discordias uenio, quarum septem sunt Septem reamedia. Inquisitio, diuisio, transactio, uis armata, media contra ciuiles discordias: iudicialis uindicta, causarum, ex quibus nascuntur seditiones, remotio, & contra futura seditionum remedia cautio. Inquisitionis duæ partes sunt: Delatio siue denunciatio, & iudicialis cognitio. Principio igitur rumore aliquo latentis seditionis exorto, mox prudens & diligens Irenarcha, aut cui sedandarum seditionum cura commissa fuerit, diligenter curabit, ut authores & principes seditionum, & clandestinos seditionum conuentus, tractatus, & consultationes caute inquirat. Ad quam rem in primis necessarij sunt delatores siue indices seditionum, quorum opera sollicite seditiones conquirere possit.

Sunt autem Delatores, qui uel crimina, uel facinorosos, uel eorum bona, Irenarchis, alijsque Magistratibus, & fisco denunciant. Porro omnes delatores esse possunt, qui lege non prohibentur. Primum igitur deferre non possunt mulieres, propter sexus infirmitatem, & quia aliena negocia curare non possunt: Alij a deferendo remouentur propter dignitatem, ut clarissimi uiri: Alij propter peccatum deferre non possunt, ut qui fustibus cæsus, in opus publicum erat datus. Similiter qui in metallum damnati sunt: idque ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem utique & merita militiæ. Item milites propter honores stipendiorum, quæ merentur, deferre prohibentur, & quia aliena negocia curare non possunt. Item, qui tutores uel curatores fuerunt, deferre non possunt causam pupillorum, uel adolescentium suorum. Sed nec filij patres, nec serui dominos, nec liberti patronos deferre possunt. Et seruus quidem deferens dominum, in exemplum omnium proditorum sæuissimæ sententiæ subiugatur.

R suam

L. intra ff. de diuers. praescrip. l. nulli §. si. C. de Ep. & cler. ff. ex quibus causis maior l. nec non §. quod eis ff. de test. l. i. & l. questum ff. de proba. L. deferre ff. de iure fisci l. qui accusare ff. de accusa. c. de procurat. l. ita demum & l. qui stipend. ff. qui accusari non poss. l. pe. l. si. c. de delatoribus, lib. 10.

suam iniuriam exequantur, mortemue propinquorum defendant,
 nec à delatione, nec ab excusatione excluduntur: Sicut nec seiplos de-
 ferre prohibentur. Postremo in causa rebellionum, & criminis
 læsæ Maiestatis, omnes quantumlibet alioqui deferre prohibiti, de-
 latores esse possunt. Nec quisquam in causa tam nefarij criminis, à de-
 ferendo remouetur. Cæterum persistere in delatione debent de-
 latores, & probare, quod ab eis fuerit delatum: ac propterea in pro-
 bationibus deficientes, quia calumniari uidentur, calumniatorum pœ-
 nam, sicut & accusatores calumniosi, sustinebunt. Sed & infamia
 notantur delatores, qui non probant. Postremo omnibus, qui se
 læsos esse existimant, aduersus huiusmodi calumniosos delatores, li-
 centia datur, implorandi iudicium seueritatem ferro districtam.
 Rursus uero ut pœnam non deuitant, qui calumniose deferunt: sic
 præmia decerni debere njs, qui quæ detulerunt uera esse probauerint,
 & moribus receptum, & sacris Constitutionibus confirmatum est.
 Quod & ueterum exemplis, & quæ ea de re extant, tam Ecclesiasticis,
 quam civilibus Constitutionibus, liquidò comprobatur. Ac pri-
 mum quidem extant ea de re non pauca, & eadem insignia ueterum
 exempla: Quale est (ut inter multa referam unum) illud apud Liuium.
 Tempore quo Carthaginiensium obsides Seciæ custodiebantur, ex-
 citato à seruis, qui cum obsidibus erant tumultu, indicibus eius tumul-
 tus, quorum unus liber erat, duo serui: Libero quidem centum millia
 gravis æris, seruis aut uicena quina millia æris & libertas, tum pre-
 cium eorum dominis, patres ex ærario dari iusserunt. Et in tabu-
 lis quoque proscriptionis Triumuirorum, qui coniurationem percussor-
 rum Iulij Cæsaris uindicabant, inter cetera continebatur, ut indican-
 tibus coniurationis participes præmia darentur: nec quisquam qui
 ea accepissent, in cõmentarijs eorum perscriberetur, ne hinc cuiquam
 manifestus fieret. Sic Quinto Curio, quia primus consilia coniurato-
 rum Catilinariæ seditionis detexerat, præmia publice à Senatu con-
 stituta fuerunt, qui & inter socios Catilinæ, Cæsarem nominauit, idcirco
 è Catilina se cognouisse dixit. Sed & alter eiusdem seditionis index
 L. Vectius, Chirographum eius Catilinæ datum pollicitus est. Ve-
 rum Cæsar id nullo modo tolerandum existimans, apud Ciceronem,
 ne Curio præmia darentur, effecit, Vectium pignoribus captis, & di-
 repta suppellectile, male mulctatum, ac pro rostris in concione pene
 discerptum, coniecit in carcerem. Autor Suetonius. Deinde in
 Synodo Romana, sub Symmacho Papa celebrata, de his qui coniu-
 rationem eorum, qui Episcopatum Romanum ambiunt, ad hunc mo-
 dum constitutum est. Propter occultas fraudes (inquit Canon) & con-
 iurationum secretas insidias, quas huius sententiæ districtiõnis conse-
 quitur, si quis ad Ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum,
 qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationa-
 bili

e. de delatorib.
 l. si lib. 10.

ff. de iure fisci
 l. res que d. si.
 ff. de iur. fisci
 l. non tantum
 l. senatus in
 princip. & G.
 diuus l. si. C. de
 accus. cõ siml.
 l. omnes iudi-
 ces C. de dela-
 torib. lib. 10.

Præmia de
 latoribus
 ueracibus
 decernenda.

T. Liuius lib.
 2. de bello Mac.
 & Astat.

Appianus lib.
 4. de ciuilib.
 Ro. belis.

Suet. in C. 11.
 lio Cæsare.

bili probatione conuicerit, particeps actionis huiusmodi, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, subleuetur. Sed & Honorij & Archadij de eadem re ciuilibus extat Constitutio, quæ ad hunc modum habet. Sane, inquit, si quis in exordio inicitæ factionis studio ueræ laudis accensus, ipse prodiderit factionem, & præmio & honore à nobis donabitur. Is uero, qui usus fuerit factione, si uel sero, incognita tamen adhuc, consiliorum arcana patefecerit, absolute tantum ac uenia dignus habebitur. Deinde ad hunc modum per delatores & indices seditionum authoribus, & eorum conuentibus & consultationibus patefactis, si necdum satis probatū fuerit crimen, indices ordinariæ inquisitionis processu contra suspectos & diffamatos instituto, rite & legitime super crimen cognoscēt. Et in eos, quos nocentes esse repererint, condignis pœnis animaduertent. Innocentes uero absoluent: Maxime uero id curabunt, ut sine ulla mora amentix duces auferantur.

l. quisquis §. ult. c. ad leg. lul. maiest.

T. Linius lib. 4. secundi belli Punici;

*Quibus modis seditiosorum coniurationes & consilia
dissoluantur, Caput VIII.*



Secundum remedium ciuiliū seditio nū est diuisio, qua scilicet seditiosorum cœtus & coniurationes, consilio & arte dissipantur. In qua re primum danda erit opera, ut qui plurimum tum autoritate, tum fide apud multitudinem ipsam ualent, eos primum periculorum iniecto metu, deinde honorum & premiorum ostentata spe, aut alijs rebus, quibus eorum animus à cōcepta coniuratione deflecti posse uidebitur, inducamus, ut & ad meliorem mentem redeant ipsi, & multitudinis quoq; tum iram mitigare, tum furorem compescere conētur. Nam ad hunc modum capitibus demētix è furiosa seditiosorum turba diuulsis, tum facillime inter se quoq; qui coniurationis sunt participes, dispergentur. Nunquam enim ad contumaciam, pari consensu multitudo prorumpit: sed incitantur à paucis, qui uitiorum scelerumq; impunitate sperant peccare cum plurimis. Idem deinde cum ipsa multitudine aget prudens Irenarcha: nempe & pericula eius, & incōmoda seditio nis obuentura enarrabit: tum fidei eos, qui dominis suis obstricti sunt, fideliter admonebit. Et quam laudem apud omnes, quanq; felicem rerum suarū successum, si eam ipsam fideliter custodierint: Contra uero, quam infamiam apud bonos & graues uiros, si eam nō seruauerint, contracturi sint, quanq; rerum suarū iacturam obituri sint, declarabit. Sed nec ullo eos, contra fidelitatē & obedientiam dominorum suorum, iurisiurandi uinculo obligari contendet, & pro uiribus etiam conuincet: Idēq; oratione, ut non affectata, sic non omnino simplici & neglecta, sed ut res ipsa exiget, ad flectendos simplicium

Diuisio, qua dissipatur consilia seditiosorum;

Prudens admonitio Irenarchæ;

Qualis debet eius esse oratio;

T. Livijs lib.
2. ab urb. cond.
Valerius li. 8.
c. 9.
Plin. de illust.
uiris c. 13.
Verba Me
nenij ad
plebem se
ditiosam.

Vegetius lib. 3.
c. 4. de re mil.

lib. 3. c. 10. de
re militari.

Esaiæ 58.

& deceptorum animos efficace. Qualis fuit illa, qua Menenius Agrippa plebem sacrū montem trans Anienem insidentem, ad meliora & saniora consilia, ac postremo ad concordiam etiam reuocauit. Is prisco illo dicēdi & horrido modo, nihil aliud quā hoc narrasse fertur. Sic enim Livijs narrat historiam. Tempore quo in homine non ut nunc omnia in unum consentiebant, sed singulis membris suum cuiq; consilium, suus sermo fuerat: Primū indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio uentri omnia quarī, uentrē in medio quietū nihil aliud, quā datis uoluptatibus frui: cōspirasse inde, ne manus ad os cibum ferrēt, nec os acciperet datū, nec dentes conficerēt. Hac ira dum uentrē fame domare uellent, ipsa una membra, totūq; corpus ad extremā tabem uenisse: Inde apparuisse, uentris quoq; haud segne ministerium esse, nec magis ali, quā alicui eum, reddentē in omnes corporis partes hunc, quo uiuimus, uigemusq; diuisum pariter in uenas maturū confecto cibo sanguinem. Atq; ad hūc modum narrata fabula, hinc comparationē fecit, Quā intestina corporis seditio similis esset iræ plebis in Patres: Quippe Senatus & populus, quasi unum corpus discordia perirent, concordia ualerēt. Atq; hoc sane exemplo ostenditur, quantum oratio non modo ad diuidendam multitudinē, sed etiam ad reducendam eam uniuersam in concordiam, ualeat. Illud etiam ad dissoluendas seditiosorū coniurationes proderit, si negocium eis bellicum aduersus hostes externos detur: maxime uero factionum ducibus negocia aliqua illis haud ingrata, demandentur. Quo consilio sæpe Romanos usos fuisse legimus, sicut & in ipsis expeditionibus bellicis Dux attentus esse debet, ut in omnibus legionibus, siue auxilijs, uel uexillationibus, à Tribunis uicarijs Principibusq;, si qui turbulenti uel seditiosi fuerint milites, non pro inuidia suggerentium, sed pro rerū ueritate cognoscat, eosq; prudentiori consilio segregatos à castris, ad agendum aliquid, quod ipsis prope uideatur optabile: aut ad castella urbesq; deputent muniendas atq; seruandas tanta subtilitate, ut cum abijciuntur, uideantur electi. Quemadmodum aut in uniuersum sapientis Ducis est (ut inquit Vegetius) inter hostes discordiarum serere causas: nulla enim, quamuis sit minima natio, cito potest ab aduersarijs deleri, nisi proprijs simultatibus seipsa consumpserit. Nam ciuile odium ad inimicorū perniciem præceps est, ad utilitatē suæ defensionis incautum: Ita omnium maxime ad dissipanda seditiosorum consilia proderit, si inter eos discordiarum & dissensionū seminibus sparsis, ipsi inter se cōmittantur, eoq; adigantur, ut quæ in alios nocendi arma parauerāt, ea ipsa in se tandem conuertant. Iustum est enim corā Deo, iniquorū dissolui concordiam: quippe id ipsum Domino per Prophetā præcipiente. Dissolue (inquit) colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui contracti sunt liberos,

Iberos, & omne onus dirūpe. Sane hoc consilio usus **A**p^ostolus Paulus, cum ludgorū (qui tum eius uite insidiabāt, & corā Præside quasi reū mortis accusabāt) alterā quidem partē Saduceorū, alteram Phariseorū esse sciret, exclamauit in Cōcilio. Viri fratres, ego Pharisæus sum filius Phariseorū: de spe & resurrectione mortuorū ego iudicor. Et cū hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Saduceos, & soluta est multitudo, & factus est clamor magnus. Et exurgentes quidam Pharisæorū (nam & illi resurrectionē mortuorū esse dicebant) pugnant, dicētes: Nihil mali inuenimus in homine isto, quid si Spiritus locutus est ei, uel Angelus? Sed & causas seditionū diligenter spectare cōduet: Quippe ex his facile seditiosorū coniurationes dirumpendi consilia capientur. Veluti, si multitudinis seditiosorū, ex pauperibus conflata, auxilium à diuitibus, quos sibi coniurationis fœdere copularūt, pendeat: Recte dissoluentur colligationes iniquitatis, si lege lata diuitibus, sub certa pecuniaria pœna, seditiosorum cōmunionē interdicatur. Qua sane ratione Theodosius Imperator, cōiurationē Donauistarū et Circumcellionū in Africa dissipauit. Siquidē promulgata lege in omnes hereticos, ut quisquis eorū Clericus uel Episcopus ubilibet esset inuētus, decē libris auri multaretur: multi eius pœnæ formidine animaduertētes, in ea heresi nihil se dignū inueniri, ppter quod tāta damna paterēt, mox sine ulla difficultate, ad unitatem & concordiam Ecclesiæ Catholicæ reuersi sunt.

Act. 23.
Diuisio inter Iudæos per Paulum facta.

Dissipare consilia cōiurationis.

August. epist. 50. ad Bonifac. Comitem.

De Transactionibus, quibus seditiosi ad concordiam reuocantur, Caput IX.



Ertium remedium ciuiliū discordiarū est transactio, qua scilicet seditiosi certis legibus, uel datis uel acceptis, ad cōcordiam reuocātur. Quo sane remedio tū utimur, cum ratio iniri nō potest, qua seditiosorū cōiurationes, & consilia cōmode dissolui possint. Primū igitur omnium prudens Irenarcha curabit, ut iusta sit & honesta, quam cum seditiosis facit, transactio. Porro honestā à personis, rebus, & cōditionibus denominam, ut si inter personas fiat, quorū honesta cōcordia esse possit. Similiter si honestis de rebus, legibus, & cōditionibus, pax & cōcordia concilietur, iusta & honesta: Sin autē inter personas, quarū nulla iusta & honesta societas esse possit, aut de rebus turpibus & inhonestis cōditionibus, pax & cōcordia componatur, turpis & iniusta appellatur. Primū igitur in facienda transactione, personę spectandę erūt: & si tales fuerint, inter quas iusta et honesta cōcordia esse possit, nihil prohibebit, quin pax inter eas transactionē, sed iustis tamen et honestis legibus componatur. Sin uero eius conditionis sint, ut nulla inter eos honesta cōcordia esse possit, tum armata potius uī comprimētur mali, quam iniusta inter bonos & malos cōcordia cōcilietur. Itaq;

Transactio honesta.

Transactio inhonesta.

R ij inter

inter Catholicos & hæreticos orta seditione, quoniã iusta & honesta inter eos pax & cõmunio esse nõ potest: siquidem cum hereticis nulla amicitie coiri possunt, ut cum quibus cibũ capere etiã prohibemur, & ne Aue quidem illis dicere debemus. Idcirco nec transactione huiusmodi seditio, si reuerti ad unitatẽ Ecclesię Catholice nolunt hæretici, sed armata potius manu extinguenda erit. De qua re & diuina

lex extat. Sic enim in Deuteronomio scribitur. Si audieris in una urbium tuarũ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandũ, dicentes aliquos. Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterũt habitatores urbis tuę, atq; dixerũt. Eamus, & seruiamus dñs alienis, quos ignoratis: Quere sollicite, & diligenter rei ueritate perspecta, si inuenieris certũ esse quod dicitur, & abominationẽ hanc opere perpetrata, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quę in illa sunt, usq; ad pecora. Quicquid etiam suppellectilis fuerit, congregabis in medio platearũ eius, & cum ipsa ciuitate succendes: ita, ut uniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumultus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicq; in manu tua, ut auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, &c. Deinde danda opera erit, ut de rebus honestis, & iustis legibus, & cõditionibus, pax & cõcordia cum seditiosis transigatur. Fugienda est enim omnis de rebus turpibus & inhonestis conditionibus, inita cõcordia. Qualis est, quæ inter infideles, hæreticos & schismaticos, de persecuendis Christianis & Catholicis initur. Item, quæ inter Catholicos sit & hæreticos, his adiectis conditionibus: Vt Catholici cum hæreticis in fide & religione cõmunicet: Vt Ecclesias, earũq; bona, quæ per uim occupant, retinere & administrare possint, & si quæ sunt similes, de quibus nonnihil etiam in libris nostris de Legationibus diximus. Sunt aut alię leges, quibus rebelliones: alię, quibus factiones componũtur. Ac in sedandis quidem rebellionibus, omnium maxime cauendum erit, ne quid de Imperio & potestate dominorũ, aduersus quos rebellio excitata est, remittatur. Nam ubi semel impune dominorũ Imperium imminutum esse intellexerint subditi, & si acceptis legibus ad tempus quiescere uideantur: tamen ubi uel minimam occasionẽ nacti fuerint, maioris libertatis aut licetia potius consequendæ spe, facile ad semel condonata rebellionem reuertũtur. Sic per primam illam secessionem plebis in Sacrũ mõtem trans Anienẽ fluium, omnibus Tribunitijs seditionibus fenestra aperta fuit: quia in tractatu cõcordiæ conditiones datæ sunt, ut plebi sui Magistratus essent sacrosancti, quibus auxilij latio aduersus Consules esset, neue cui patrũ capere eum Magistratũ liceret. Nam ad eum modũ Tribunis plebis creatis, ac Patrum Imperio nõ leuiter imminuto: mox alia super aliam, plebis nũc illos, nunc alios Magistratus, uel abrogari, uel creari petẽtis, aduersus patres

Fugienda
omnis cõ-
cordia de
rebus inho-
nestis.

De Legation.
lib. 3. c. 11.

Ne quid
propter se-
ditionem
remittatur
de iure &
potestate
superiorũ.

Tit. Liu. li. 2.
de urb. cond.

tres accensa seditio fuit. Quod Quintius Consul in oratione, quam urbi imminētibus Equis Volscisque ad populū habuit, grauiiter cōqueritur his uerbis: Discordia (inquit) Ordinū est uenenum urbis huius, patrū & plebis certamina: dum nec nobis Imperij, nec uobis libertatis est modus: dum tædet uos Patritiorū, hos plebeiorū Magistratum sustulere animos. Proh deūm fidem, quid uobis uultis? Tribunos plebis cōcupistis, cōcordiæ causa cōcessimus: Decemuiros creari desiderastis, creari passi sumus: Decemuirorū uos pertesum est, abiere Magistratu, manēte in eosdem priuatos ira uestra: Mori atq; exulare nobilissimos uiros atq; honoratissimos passi sumus, Tribunos plebis iterū creare uoluistis, creastis: Consules facere uestrarū partiū, & si patribus uidebamus iniquū, patritiū quoq; Magistratū plebi donū fieri uidimus: Auxilium Tribunitium, prouocationē ad populum, scita plebis iniuncta patribus sub titulo equandarū legū, nostra iura oppressa tulimus. Quis finis erit discordiarū, & quando cōmunē hanc patriam esse licebit? Victi nos equiore animo quiescimus, quā uos uictores. Satis ne est uobis, uos metuēdos esse? Aduersus nos Auētiniū capitur, aduersus nos Sacer occupat mons: Esquilias quidē ab hoste prope captas, & scādentē in aggerē Volscū hostē, nemo submouit, in nos uiri armati estis, &c. Iam et illud cauēdū erit, ne blādīs uerbis et adulationibus, prece aut precio, sed salutaribus admonitionibus, nō fictis quidem illis, sed ueris & synceris, subditi ad obedientiam reuocētur: neq; enim diuurnū esse potest, quod est simulatū. In principio quidē uernat, in processu tanq̄ flosculus dissipatur & soluitur: Quod autem uerū & syncerū est, alta radice fundatur. Cuius rei Diuus Ambrosius, ex libris Regū tale affert exemplum. Absalon erat Dauid Regis filius, decore insignis, egregius forma, præstās iuuenta: ita, ut uir talis in Israël nō reperiretur, à uestigio pedis usq; ad uerticē immaculatus. Is fecit sibi currus, & equos, & uiros quinquaginta, qui præcurrerēt ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portā in uia: et si quem aduertisset, Regis iudicia quærentē, accedebat ad eum, dicens, Ex qua ciuitate es tu? Respondit ille: Ex una tribu sum de tribubus Israël seruus tuus. Referbat Absalon, Verba tua bona sunt & directā, et qui te audiat, nō est tibi datus à Rege. Quis constituet me iudicē? & quisquis ad me ueniet, cuiuscūq; fuerit iudicium necessariū, iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus. Et cum accederēt adorare eum, extēdens manus suas, apprehendebat atq; osculabatur eos. Sic cōuertit in se corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi intimorum tangunt uiscerū sensum. Sed delicati isti & ambitiosi, elegerūt honorabilia, & grata ad tempus & iocunda. Vbi aut̄ parua processit dilatio, quam prudens omnium Propheta paulisper cedendo interponēdam putauit, nō potuerūt tolerare atq; sustinere. Deniq; nō dubitās de uictoria Dauid, cōmendabat filium dimicaturis, ut ei parcerēt.

R iij Cæterum

Idem lib. 3: ab
urb. cond.
Oratio T.
Quintij ad
plebem se-
ditiosam.

Vera, non
adulatoria
sūt admo-
nitio Ire-
narchæ.

Ambros. lib. 2,
off. c. 22.
2. Reg. 15.
Absalon
seditiosus.

Ambros. lib. 2.
off. 6. 23.

Fides etiā
hostibus
seruāda est

1. Reg. 4.
Pacta cum
hostibus,
bona fide
seruari de-
bent.

Strabo lib. 4.
Geographia.
Eras. Chil. 1.
Cent. 10.
Adag. 28.

3. Reg. 2.
2. Reg. 3.
Ambros. in
Apologia
Davidis c. 9.

Ceterū prelio cū Absalon & alijs, qui illi adherentes, in patrē David cōiurauerāt, facto: & Absalon quidē in quercu suspēsus, populus autē ab exercitu David cēsus est, in qua pugna uiginti hominū millia ceciderūt. Quo quidem exemplo liquido demonstratur, ea esse perpetua & solida, quæ uera sunt, & quæ sincere potius quā dolo transiguntur: Ea uero, quæ simulatione atq; assentatione parta sunt, non posse diu perseuerare, ac proinde nec concordia simulatis & fictis uerbis pacta, diuturna esse potest. Nam qui fictis & simulatis promissionibus, uel assentatione ad obedientiam redimuntur atq; inuitantur, haud diu in fide manēt. Nam ab initio facile quidem, pmissionibus et assentationibus capiuntur, sed quia antea imperia dominorū suorum declinare assueti sunt, si paulo duriora apparuerint: immo si uerbo perstrinxeris, immurmurāt, deserūt, & ut antea, obedientiam relinquunt. In factionibus autē nihil refert, quibus cōditionibus & legibus, modo non turpibus & iniustis, cōcordia cōcilietur. Postremo illud etiā diligenter custodiendum erit, ut quæ conuentiones & pacta cum seditiosis inita fuerint, ea firmiter custodiantur. Nam & hostibus ueteres fidem seruandam esse censuerunt, non solum Ethnici, sed etiam Christiani. Ut enim iustū est, hominē beneficio affici ab homine: sic nephas est, hominē homini contra iustitiā insidiari, siue amico, siue inimico. Propter quod & ueteres, ut ab omni etiam iniustitiæ suspitione procul abessent, aduersarios molliore appellatione nominarunt, peregrinos uocātes, quos nos hostes appellamus. Et Hebrei aduersarios suos Allophylos, hoc est, alienigenas Latino uocabulo dixerūt. Iuxta illud, quod in libro Regū. I. legimus. Et factum est in diebus illis, cōuenērūt alienigenæ in pugnā ad Israël. Ac proinde quæ cū seditiosis, alijsq; hostibus nostris, pacta à nobis inita fuerint, ea incōcuisse seruāda erūt. Veluti si cōstitutus sit cū hoste certus aut locus aut dies prelio, iniustum certe fuerit aut loco hostem, aut tempore præuenire, siue id cōtra expressa pacti uerba fiat, siue per callidū aliquod cōmentū, uerbis in alienum sensum detortis, contra paciscētium sententiā atq; uoluntatem. Quod Thracēs olim fecerūt, qui pactis cū Bœotijs aliquot dierū inducēs, noctu impressionē in eos fecerūt. Iam negligētius agētes induciarū fidutiā, atq; ex his nōnullos trucidarunt, aliquot uiuos abduxerūt. Deinde expostulantibus de uiolatis pactis, Bœotijs responderunt: Nihil se præter pacta fecisse, dies non noctes pacto cōtineri. Ex qua re deinde ortū prouerbiū, Thraciū cōmentū, quo excogitæ cauillationes denotātur, quibus pacta eludunt. Atq; idem quoq; diuinarū literarū testimonijs cōfirmatur. Nam & David moriturus iam, suprema uoce filium Salomonem conuenit, ut innocentem sanguinem à se tolleret, quem fuderat Dux eius exercitus Ioab, quando Abner, cum de ineunda societate tractaret, dux licet aduersarij agminis, insidijs appetitus occubuit: quem fleuit, et post luctum eius ambulans, depositis infulis, planctus exequiarum iusta curauit,

Quo nimirum facto, diuinus Propheta docuit, etiam aduersarijs fidem esse seruandam, tum honorandam quoque in hoste uirtutem.

Sed nec eandem in omnes hostes seueritatem exercendam, sed pro diuersitate offensionum, & qualitate uictoriae, uel leuius uel atrocius quod in nos peccauerint, ulciscendum esse putauerunt, ut & in hac quoque parte iustitiae equalitatisque ratio haberetur. Interest enim, utrum aliquis pugna aliqua & conflictu graui capiatur, an superiore gratia, uel aliquo euentu. Quod Diuus Ambrosius Madianitarum, & Syrorum hostium exemplis comprobatur. Siquidem, inquit, uehementioribus hostibus & infidis, & his qui amplius laeserint, uehementior

refertur uitio: Ut Madianitis, qui per mulieres suas plerosque peccare fecerant ex plebe Iudaeorum. Vnde & Dei in populum patrum iracundia effusa est, & ideo factum est, ut nullum Moyses uictor superesse pateretur. Gabaonitas autem, qui fraude magis quam bello tentauerant plebem patrum, non expugnaret Iesus, sed conditionis impositae afficeret iniuria: Sic nec Syros Propheta extinguere uoluit, sed cum aliqua potius gratia dimittere. Sic enim legimus, quod in

obsidione eius miserat Rex Syriae exercitum suum, cognito quod Helisaeus esset, qui consilijs & argumentationibus eius obuiaret omnibus. Quem uidens exercitum Giezi seruis Prophetae, de salutis periculo trepidare coepit, cui dixit Propheta. Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. Et rogante Propheta, ut aperirentur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidit itaque Giezi totum montem equis repletum, & curribus in circuitu Helisaei, quibus descendentibus ait Propheta. Percutiat Dominus cecitate exercitum Syriae. Quo impetrato, dixit ad Syros, Venite post me, & ducam uos ad hominem, quem quaeritis. Et uiderunt Helisum, quem corripere gestiebant, & uidentes tenere non poterant. Cuius Rex Israel dixisset: Nunquid percutiam eos pater mihi? Et ille ait: Non percuties, neque enim coepisti eos gladio & arcu tuo, ut percutias; sed pone panem & aquam coram eis, ut comedant & bibant, & uadant ad dominum suum. Appositaque est eis ciborum magna praeparatio, & comederunt & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & ultra non uenerunt latrones Syriae, in terram Israel.

Qui- bus sane exemplis liquido conuincitur, etiam in bello iustitiam fidemque esse seruandam: maxime quam belli duces hostibus promittunt. Nam quae inter se duces belli paciscuntur, tanquam publicae conuentiones, de iure gentium seruandae sunt. Caterum, priuatos nihil prohibet de iure civili, hostes contra promissa pacem fallere. Quo sane casu lo- cum habet, quod dici solet. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat. Vnde & dolum bonum appellant Iureconsulti, si quis aduersus hostem latronemue machinetur. De iure autem Canonico etiam priuatorum pacta seruanda sunt, etiam simplici uerbo inita: quia inter simplicem loquelam & iuramentum, non facit Deus differentiam.

Qui- bus sane exemplis liquido conuincitur, etiam in bello iustitiam fidemque esse seruandam: maxime quam belli duces hostibus promittunt. Nam quae inter se duces belli paciscuntur, tanquam publicae conuentiones, de iure gentium seruandae sunt. Caterum, priuatos nihil prohibet de iure civili, hostes contra promissa pacem fallere. Quo sane casu lo- cum habet, quod dici solet. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat. Vnde & dolum bonum appellant Iureconsulti, si quis aduersus hostem latronemue machinetur. De iure autem Canonico etiam priuatorum pacta seruanda sunt, etiam simplici uerbo inita: quia inter simplicem loquelam & iuramentum, non facit Deus differentiam.

Qui- bus sane exemplis liquido conuincitur, etiam in bello iustitiam fidemque esse seruandam: maxime quam belli duces hostibus promittunt. Nam quae inter se duces belli paciscuntur, tanquam publicae conuentiones, de iure gentium seruandae sunt. Caterum, priuatos nihil prohibet de iure civili, hostes contra promissa pacem fallere. Quo sane casu lo- cum habet, quod dici solet. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat. Vnde & dolum bonum appellant Iureconsulti, si quis aduersus hostem latronemue machinetur. De iure autem Canonico etiam priuatorum pacta seruanda sunt, etiam simplici uerbo inita: quia inter simplicem loquelam & iuramentum, non facit Deus differentiam.

Qui- bus sane exemplis liquido conuincitur, etiam in bello iustitiam fidemque esse seruandam: maxime quam belli duces hostibus promittunt. Nam quae inter se duces belli paciscuntur, tanquam publicae conuentiones, de iure gentium seruandae sunt. Caterum, priuatos nihil prohibet de iure civili, hostes contra promissa pacem fallere. Quo sane casu lo- cum habet, quod dici solet. Dolus an uirtus, quis in hoste requirat. Vnde & dolum bonum appellant Iureconsulti, si quis aduersus hostem latronemue machinetur. De iure autem Canonico etiam priuatorum pacta seruanda sunt, etiam simplici uerbo inita: quia inter simplicem loquelam & iuramentum, non facit Deus differentiam.

In uindicta
cando de
hostibus,
seruanda
est equitas.

Amb. lib. 1.
off. c. 29.

Vindicta
de Madi-
anitis.
Numeri. 31.
Iosue. 9.

4. Reg. 6.
Benignitas
Helisaei
Prophetae
erga Syros

Pacta, quae
duces belli
promittunt,
seruare
oportet.
Dolo fal-
lere pacta
non licet.

l. 1. Non fuit
ff. de dolo.
c. 1. de pactis,
ubi not.

De sedi-

De seditionibus, per uim armatam comprimentis, Caput X.



Editiones uim armata supprimi & extingui posse, multis quidem & iisdem ualidissimis diuinarum literarum, & humanarum scripturarum, tam Ecclesiasticarum quam civilium, testimonijs & decretis, in ijs libris, quos de heret. & schismaticis scripsimus, probatum est. Cæterum, quibus modis aduersus seditiosos bella gerenda sint (quod quartum remedium genus contra seditionem esse diximus) non hoc meum est explicare: sed eorum potius, qui rerum militarium sunt periti & exercitati, quibus merito in hac parte cedo, omnemque illis de tota re & statuendi & decernendi autoritatem relinquo: tum si quæ statuerint atque decreuerint, ijs libenter subscribam. Haud ignarus, si ijs de rebus uel statuendi uel decernendi autoritatem mihi sumerem, idem accidere mihi posse, quod Phormioni illi Peripatetico Philosopho, qui cum Hannibal Carthagine expulsus, Ephesum ad Antiochum uenisset exul, pro quo quod eius nomen erat magna apud omnes gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, ut eum quem dixi si uellet, audiret. Cunctis is se non nolle dixisset, loquutus esse dicit homo copiosus aliquot horas, de Imperatoris officio, & de omni re militari. Tum cum cæteri, qui illum audierant, uehementer essent delectati, quærebant à Hannibale, quidnam ille ipse de illo Philosopho iudicaret: hic Pœnus non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur. Multos se deliros senes sæpe uidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, uidisse neminem. Idem certe non iniuria mihi quoque, si de re militari præcepta dare præsumerem, merito obijci posset: homini uidelicet, qui utcumque in re literaria, & aliquantulum etiam in administrationibus publicis, nunquam tamen in castris uersatus sum. Illud tantum iustum, pium, & prudentem Irenarcham, aliosque, qui ad comprimendos armata manu seditionum tumultus destinati fuerint, obseruare oportebit, ut manus conferturi cum hostibus, primum omnium confiteantur peccata sua, & Dei misericordiam implorent, clamantes & dicentes cum filiis Israël, Peccauimus tibi, quia dereliquimus te Dominum Deum nostrum. Item: Peccauimus, redde tu nobis quicquid placet, tantum nunc libera nos. Et cum Asa contra Zaram Æthiopem pugnaturus, Domine non est ulla apud te distantia, utrum in paucis auxiliaberis, aut in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster: in te enim & in tuo nomine habentes fiduciam, uenimus contra hanc multitudinem. Dominus Deus noster tu es, non proualeat contra te homo.

Quemadmodum igitur principes Reges cum hostibus conflicturi, omnem sæpe spem & fiduciam in Deum collocarunt: Ita & eorum exemplum

Inexperti de bello non debent differere. Cicero lib. 2. de Oratore. Phormio senex delirus.

Ante praelium Dei opem implorare.

Iud. 10.

2. Paral. 14.

plum sequuti Christiani Principes, & quicumq; alij seditionibus militari manu extirpandis prepositi, & ipsi in uirtute Dei, nō in humana potētia confidere debēt, & cum Propheta Dauid dicere. Hī in curribus, & hī in equis: nos autē in nomine Dei nostri inuocabimus, &c.

Psal. 19.

Lucius Florus
lib. 3. cap. 19.

Bella seruilia.

L. Flo. ubi
supra.

Sane hoc remedio belli Romani omniū maxime seditiones seruiles sanarūt. Sic Syrus ille seruus, Eunus nuncupatus, qui collecto exercitu quadraginta amplius millia, & castra Prætorū ceperat, & Duces Prætorios profugauit: tandem Perpenna Imperatore bello superatus est. Simili exemplo seditionem à Cylice seruo cōmotam, qui & ipse conflato exercitu, Prætorios exercitus fuderat, Aquilius bello extinxit. Interclusum siquidem hostem commeatibus, ad extrema compulit, cōmunitasq; copias armis, fame deleuit. Pulchra sane uictoria contra seruos, sed rarioris aliquanto exempli Scytharum aduersus seruos suos, quam Iustinus ad hunc modum narrat. Scythæ (inquit) tertia expeditione Asiana, cum annis VII. à coniugibus & liberis ab fuissent, seruili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum longa expectatione uirorum fessæ, nec iam teneri bello, sed delectos ratae, seruis ad custodiam pecoris relictis, nubunt: qui reuersos cum uictoria dominos, uelut aduenas armati finibus prohibēt. Quibus cum uaria uictoria fuisset, admonentur Scythæ mutare genus pugnae, memores non cum hostibus, sed cum seruis præliandum, nec armorum, sed dominorū iure uincendos: uerbera in aciem, non tela ferenda, omissoq; ferro, uirgas & flagella, ceteraq; seruilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostes accessere, inopinantibus uerbera intentant, adeoq; illos perturbant, ut quos ferro non poterant, metu uerberum uincerent: fugamq; non ut hostes uicti, sed ut fugitiui serui capesserent. Quicumq; capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoq; male sibi consciæ, partim ferro, partim suspendio uitam finierunt.

Iust. lib. 2.

Serui uirgis & flagellis, non armis uincendi.

Præcauenda cruenta in seditionibus uictoria.

Quin & illud curare debent, quibus comprimendarum seditionum cura demandata est, ut quantum fieri potest, incruentam aduersus seditiosos obtineant uictoriam: Quod eō facilius fiet, quo seditiosorum plerunq; inter se discrepantium consilijs iusti Irenarchæ prudentia, ac bellicis ad eam rem pertinentibus stragematis dissipatis, ipsi uelint nolint pestiferam coniurationem deserere cogantur.

DE SEDITIO.

DE SEDITIONIBVS

LIBER QVINTVS, QVI EST DE

POENIS SEDITIONORVM.

*Quis modus, in constituendis seditiosorum poenis,
seruandus sit: ac primum de generali sedi-
tiosorum poena, Cap. I.*



*c. ita plaus
23. q. 4.
Affectus
Irenarchæ
in uindicta*

Edato itaq; utcunq; & compresso ali-
quantulum uel per diuisionem, uel
per transactionem, uel per uim ar-
matam, ciuiliū discordiarum motu:
quintū remedium adhibendum erit,
quam publicam, quæ de seditiosis su-
mitur, uindictam & poenam esse di-
ximus. In qua constituenda pru-
dens Irenarcha, primum omnium ita
affectus esse debet, ut amore corri-
gendi, non odio persequendi eami-
psam infligat. Sic enim non solum castissimæ innocentæ, sed etiam
diligentissimæ seueritatis officium implebit: quin ita etiam modera-
bitur poenam, ne maioris turbationis & periculi causa, quàm præ-
sentis morbi curatio existat. Cum igitur eis, per quos Respublica re-
gitur, adest pace salua potestas disciplinæ aduersus improbos & ne-
farios homines exercendæ, tunc neq; seueritas, neq; segnitie dor-
miendum est illis, sed aculeis poenarum, quæ ad seueritatem perti-
nent, seditiosorum crimina coërcenda: Sic, ut nec patientiæ nomine
torpescere, nec obtentu nimix diligentix seuire uideantur. Nec
iusta est misericordia, qua in perniciem honorum malis parcitur. De
malis siquidem coërcendis, scriptū est in lege. Non misereberis illius,
Et in libro Regum legitur, quod Saul contraxit offensam, quia mi-
seratus est Agag, hostium Regem, quem prohibuerat diuina senten-
tia seruari. Vbi autem per graues dissensionum scissuras, non huius
aut illius hominis est periculum, sed plurimorum strages iacet: De-
trahendum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis, synce-
ra charitas subueniat. Ac generaliter quidem respiciendum est
iudicanti, ne quid durius aut remissius constituatur, quàm causa de-
poscit: & ne maior poena, quàm culpa sit: & ne ipsdem de causis aliij
plectantur, aliij ne appellentur quidem. Nec enim aut seueritatis, aut
clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, pro ut quæq;
res postulat, statuendum est. Ac in leuioribus quidem causis, pronio-
res

*Deut. 19.
1. Reg. 17.*

*c. ipsa pietas
23. q. 4.*

*l. respiciendum
ff. de poenis.
Cic. lib. 1. de
officijs.*

res ad lenitatem iudices esse debent: in grauioribus pœnis seueritas legum cum temperamento aliquo benignitatis mitiganda est, & ut prouerbio dicitur: Sali adhibendum oleum. Ac primum quidem extant de seditiosorū pœna, cōstitutiones tam Canonicae quàm ciuiles. Sic enim in Concilio Chalced. constitutum est. Coniurationum & conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur Pharatrea, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi: hoc multo magis in sancta Dei Ecclesia, ne fiat, conuenit abdicari. Si qui uero Clerici uel Monachi inuenti fuerint coniuratores, aut conspiratores, aut Pharatreas uel factiones componentes aliquas, suis Episcopis, aut alijs omnino cadant de proprio gradu. Et Calixtus Papa de eadem re. Antecessores (inquit) nostri, cum plurima turba Episcoporum, quicunq; huius criminis rei in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt Clerici, honore, quo uiuntur, carere præceperunt: ceteros uero communione priuari, et ab Ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesq; simul utriusq; ordinis uiros infames esse censuerunt, & non solum facientes, sed etiam consentientes. Lex uero ciuilis, quam Leo Imperator tulit, ad hunc modum habet. In nullis, inquit, locis, aut ciuitatibus, tumultuosis clamoribus cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusq; inuidiam petulantia uerba iactentur: Scituris his, qui huiusmodi uoces emiserint, mouerintq; tumultus, se quidem fructum ex his, quæ postulant, nullatenus habituros: subdendos autem pœnis his, quas de seditiōibus & tumultus auctoribus, uetustissima decreta sanxerunt. Est autem seditiosorum pœna, ueterum Decretis & Constitutionibus introducta, eadem quæ est per legem Corneliam in Sicarios, ueneficos, & alios homicidas constituta. Sed & de ui publica tenentur, qui turbæ seditiōisue faciendæ consilium inierint. Atq; hæc sanè pœna seditiosorum generalis est: sed quæ uel remissius, uel durius, pro diuersis criminis circumstantijs, irrogatur. Nam etsi omnis seditio noxia sit & periculosa, et ob id graui etiā pœna dignum crimen sit, ut qua pax & tranquillitas publica, omniscq; adeo iustitia turbatur atq; conculcatur: tum iura & leges, quibus Respublicæ gubernantur, uel negliguntur, uel prorsus subuertuntur, ut supra demonstratum est: Tamen ut in cæteris delictis, ita etiam in seditiōibus accidit, ut propter circumstantias diuersas, alia lenior sit, alia grauior. Ac leuiores quidem remissius: grauiores uero seuerius puniendæ. Sunt autem circumstantiæ, propter quas seditiōes pœna uel grauiore, uel leniore puniuntur: Causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus. De quibus omnibus & singulis, ordine dicemus.

S Propter

c. de seditiosis lib. 2.

c. coniurationum xi. q. 2.

c. conspirationum. xi. q. 1.

l. 3. §. alio ff. ad leg. Cor. de sic.

l. in eadem. l. qui cetu ff. de ui. publ.

l. aut facta in princip. ff. de pœnis. Bald. in l. non ideo minus C. de accus. Idem Bald. in Aut. sed nouo iure. c. de. ep. et cle.



Propter causam seditionum aliam alia grauiorem esse uel
leuiorem, & ob id poena etiam seueriore uel mitiore
dignam, Caput II.

Arist. lib. 2.
Eth. c. 6.
Actus ma-
li simplici-
ter.



Actus in-
differentes

l. i. e. ad leg.
Cor. de Sica. l.
qui iniuria. ff.
de furtis.
l. quid Reipu.
ff. de iniurijs.
l. si non conui-
cij. C. de iniu-
rijs.

Exod. 20.

e. cum homo.
c. non solum.
23. q. 5.

Genes. 22.

e. non frustra.
23. q. 5.

e. miles. 23. q.
6.

Ristoteles inter affectus & actus humanos hanc
differentiam facit, ut quidam per se prauis sint & ma-
li, quique adeo continuo nomine suo cum prauitate
sint coniuncti. Vt maleuolentia, impudentia, inui-
dentia, adulterium, furtum, homicidium: quae ita
mala sunt, ut nullum tempus sit, quo perpetrata,
bona esse aut uideri possint. Quia quicquid istorum, et quandocumque
efficitur, semper delinquitur. Alii actus indifferentes, id est, neque boni,
neque mali sunt, ut qui nullo consilio, sed casu fiunt. Alii boni malie
sunt, non quidem per se, sed secundum eius, qui operatur, propositum.
Atque ad hunc sane modum legibus quoque ciuilibus quaedam tan-
quam per se, & in genere suo mala prohibentur: quaedam propter
bonam malamue eorum, qui agunt, intentionem & propositum:
tum propter bonas malasue circūstantias, uel bona uel mala esse iu-
dicantur. Vnde & uulgaria illa & irita Iurisperitorum uerba nata
sunt. Voluntas & propositum, distinguunt maleficia. Item. In delictis
spectamus, quod principaliter agitur. Item. Affectio operi nomen
imponit, & si qua sunt similia. Adeo autem uoluntas & intentio
opus uel bonum uel malum reddunt, ut ea etiam, quae sunt de gene-
re prohibitorum, si bona intentione fiant, ipsa quoque, mutato nomi-
ne, iusta & bona esse dicantur. Sicut interficere hominem malum
est, & de genere prohibitorum, immo & lege diuina prohibitum.
Nam lex ait. Non occides. Ideoque qui mala intentione hominem in-
terficat, homicida est, & ut homicida poena legis Corneliae de Sicarijs
percellitur. Et tamen qui hominem occidit, uel Deo iubente, uel lege
permittente, uel iudice mandante, neque homicidij reus est, neque ut ho-
micida puniri potest. Ideoque nequaquam contra hoc Praeceptum,
quo dictum est: Non occides, fecerunt, qui Deo authore bella gesserunt.
Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, uerum etiam
laudatus nomine pietatis, quod uoluit filium nequaquam scelerate,
sed obediēter occidere. Sed nec homicidae sunt, qui personam geren-
tes publicae potestatis, secundum ius legis, id est, iustissimae rationis
Imperium, sceleratos morte puniunt. Non enim frustra sunt institu-
ta, potestas Regis, & cognitoris ius, unguis carnificis, arma militis,
disciplina dominantis, seueritas etiam boni patris: Habent omnia ista
modos suos, causas, rationes, utilitates. Haec cum timentur, & mali co-
ercentur, & boni quiete inter malos uiuunt. Igitur miles, cum obe-
diens potestati, sub qua legitime constitutus est, hominem occidit,
nulla ciuitatis suae lege reus est homicidij: Immo nisi fecerit, reus est
Imperij

Imperij deserti atq; contempti. Quod si sua sponte atque autoritate fecisset, in crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaq; unde puni-
 tur, si fecerit iniussus: inde punietur, si non fecerit iussus. Sic qui ob
 tutelam corporis sui, uel ut ab alio propulset iniuriam, occidit alium: l. ut uim. ff. de
 iust. & iur.
 quia iure id fecisse existimatur, nequaquam homicidij reus esse dicitur.
 Cum igitur homo ab homine occiditur, multum distat, utrum fiat no-
 cendi cupiditate, uel iniuste aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut
 à latrone: an ulciscendi uel obediendi ordine, sicut à iudice, sicut à car-
 nifice: uel euadendi uel subueniendi necessitate, sicut interimitur latro à
 uiatore, hostis à milite. Sic contumelia, conuitium, aut quæuis alia in-
 iuria, etsi de genere prohibitorum sit: tamen si non iniuriandi animo l. si nō cōuicij.
 C. de iniurijs.
 l. quod Reipu.
 ff. de iniurijs.
 fiat, neque iniuriæ nomen retinet, nec ab eo, qui se ea læsum esse dicet,
 uindicari poterit. Sic quod Reipublicæ uenerandæ causa, secundum
 bonos mores fit, etiam si ad cōtumeliam alicuius pertinet: quia tamen
 non ea mente Magistratus faciat, sed ad uindictam Maiestatis pub-
 licæ respiciat, actione iniuriarum non tenetur. Et ad eundem mo-
 dum seditio, quamuis & ipsa mala sit, & de genere prohibitorum, ta-
 men si non turbandæ Reipub. causa, sed ex alijs iustissimis & ho-
 nestis causis excitetur, neq; mala esse dicitur, nec qui eam cōcitarunt,
 seditiosorum pœnam sustinebunt. Quemadmodum à crimine &
 pœna conspiratorum immunes fuerunt, quadraginta illi Illyrici &
 Grætiæ Episcopi, qui conuenientes in unum, per confessionem in
 scriptis factâ, & à proprio Metropolitanò, Timotheo uidelicet, Pa-
 triarcha Constantinopolitano, quem Conciliū Chalcedonense ana-
 thematizauerat, discesserunt, & Romam mittentes, Romano Episco-
 po communicare in scriptis professi sunt: quia iustam aduersus hære-
 ticum Episcopum conspirandi, & ab eius communione deficiendi,
 causam habuerunt. Sic nec seditiosorum pœnæ obnoxij fuerunt
 multitudines populorum, qui ab Episcopo suo Dioscoro recesserunt:
 quia non à quibus potuit, manus impositionem acceperat. Iusta enim
 erat dissensionis eorū causa, quam & protinus allegabant, dicentes.
 Quia secundum quod cōtinent Canones sanctorum Apostolorum,
 non est factus Episcopus, & ideo non recipitur. Principes enim in-
 tronizauerāt eum. Sic factionum certaminibus perturbata Repu-
 blica, alijs quidem ad priuatum commodum spectantibus, alijs uero
 maiestatem Reipublicæ defendentibus, eā quidem partem, quæ con-
 gregatis etiam armatisq; hominibus Reipub. iura tuetur, nec seditio-
 sam esse, nec uim publicam priuatamue his, qui priuato commodo
 studentes Reipublicæ, tranquillitatem turbare conantur, inferre.
 Ac proinde nec pœna etiam seditiosorum obnoxiam esse dicemus.
 Nam si uim nobis inferentibus, cōgregatis hominibus, armis repel-
 lere possumus, quo minus de possessione rerū nostrarū deiciamur: l. 3. §. eum igitur.
 ff. de ui &
 ui arma.
 quanto magis permissum est, coactis etiam & armatis hominibus,

S ij eos

Bar. in tract. de Guelph. & Gibell. Liberare Rempub. à Tyranni- de. c. de iud. l. nul- lus & ibi not. ff. de his que in fraud. cre. l. ait Prætor. §. si debitorē ff. de op. noui. nunc. l. de pupillo §. si. & l. sequen.

eos qui uim Reipublicæ inferunt, armis repellere? Sed & Tyrannum Rempublicam, propter commodum priuatum opprimentem, licebit ui armata coërcere: si tamen in defectum auxiliij superioris id fiat, & ut Reipublicæ status conseruetur, non ut noua Tyrannis inducatur. Nam si aduersus milites uel priuatos, qui nocturni populatores agros intrauerint, aut itinera frequētata insidijs aggressionis obsederint, libera resistendi facultas tribuitur, et quod sciuū est punire iudicio, id ui armata, & propria authoritate uindicare: Quanto magis ad repellendam à Republica Tyrannicam crudelitatem omnibus licentia dabitur, ubi iudicis defuerit auxilium, etiam publicam Tyrannorum iniuriam congregatis & armatis hominibus uindicare, ut quam omnes defendere iure naturali tenentur. Idcirco qui ad hunc modū Rempub. à Tyrannide liberant, etiam si id tumultu quodam & perturbatiore motu fiat, tamen ob id minime in pœnam seditiosorum incidunt. Nam regni Tyrannici, quoniam iniustum est, non potest turbatio seditiosa uideri, nisi medicina ipsum modum excederet, maiusq; incommodum ex destructione Tyrannidis, quam ex Tyrannico regimine Reipublicæ afferretur.

Seditiones quædam bonæ & utiles. Cic. lib. 2. de Oratore.

Iam & seditiones quædam à summis Oratoribus non solum non repræhenduntur, ut malæ: sed etiam commendantur, ut iustæ, bonæ & Reipub. utiles. Sicut Antonius apud M. Ciceronem, ostendens, quomodo C. Norbanum sodalem & Questorem suum, quem Sulpitius tanquam seditiosum ciuem accusauerat, ipse defenderit. Omnium, inquit, seditiorum genera, uitia, pericula, collegi: eamq; orationem ex omni Reipub. nostræ temporum uarietate repetiui, conclusiq; ita, ut dicerem, etsi omnes molestæ semper seditiones fuissent, iustas tamen fuisse nonnullas & prope necessarias: tum illa, quæ modo Crassus commemorabat, egi, neque reges ex hac ciuitate exigi, neq; Tribunos plebis creari, neq; plebiscitis toties Consularem potestatem minui, neq; prouocationem patronam illam ciuitatis, ac uindicem libertatis populi Romani dari, sine nobilium dissensione potuisse: ac si illæ seditiones saluti huic ciuitati fuissent, non continuo, si quis motus populi factus esset, id C. Norbano in nefario crimine, ac in fraude capitali esse ponendum, &c. Atq; ex his omnibus colligimus, seditiorum propter causam, uel bonam esse uel malam: & earum quæ malæ sunt & iniustæ, aliam quidem alia esse uel grauiorem uel leuiorē, atq; ob id pœna etiam grauiore uel mitiore dignam. Ac inter iniustas seditiorum, non immerito eorum quoq; conspirationem numerauerimus, qui improbe coeunt in alienâ litem, ut quicquid ex condemnatione in rem ipsius actum fuerit, inter eos communicaretur: Propter quod & lege Iulia de ui priuata, & lege Cornelia de falsis, & pœna concussionis tenentur.

De differentia Personarum, propter quas pœna uel
grauior, uel leuior contra seditiosos constituitur,
Caput III.



Persona in crimine seditionis, ut in ceteris delictis, dupliciter spectatur: Eius qui fecit, & eius qui passus est. Earum autem personarum, per quas seditio concitatur, quædam minoris ætatis sunt, quædam maioris: aliæ mares, aliæ foemine; aliæ nobiles, aliæ plebei; aliæ liberi, aliæ serui. Sic & inter personas, contra quas seditiones exercentur, differentia est. Nam quædam seditiones a filijs in parentes, quædam à seruis in dominos, quædam à subditis in Principes & Magistratus suos, quædam à ciuibus inter se concitantur. Ac propter diuersitatem personarum, utriusq; generis pœnæ quoq; in seditiosos uel sciuiores uel leuiores constituuntur: De quibus deinceps iam ordine dicemus.

In primo igitur genere personarum, primum sibi locum uendicant seditiones iuuentutis, quæ ad concitandos tumultus, propter feruentiorem sanguinem, natura procliuior est: propter quod & leuissimis ex causis, turbulentis se acclamationibus accommodare solet, maxime uero contentione propter nuptias, aut alias iuuentutis illecebras inter iuuenes orta. Ex quibus causis magni sæpe tumultus oriuntur. Cuius rei aliqua exempla ex Græcis scriptoribus ab Aristotele referuntur, & memorabile est, quod Liuius alibi de duobus iuuenibus, unius uirginis nuptias ambientibus, narrat, cuius supra quoq; meminimus. Sed & mulieres sæpe ad seditiones commouentur, qualis fuit apud Scythas Amazonum ex factione Optimum orta, per quam cum duo Regij iuuenes, Plynos & Scholpythus, domo pulsi fuissent, in gentem iuuentutem secum traxere, & in Cappadociæ ora iuxta amnem Thermoodonta confedere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti, tandem per insidias populorum trucidati sunt. Horum uxores cum uiderent exilio suo abditam orbitatem, arma sumpserunt, & fines suos contra finitimos bella inferentes, defenderunt. Et ne foeliciores aliæ alijs uiderentur, uiros, qui domi remanserunt, interfecerunt. Tunc pace armis quæsitâ, ne gens interiret, concubitus finitimorū ineunt: si qui mares nascebantur, interficiebantur. Virgines in eundem ipsum morē, non ocio neq; lanificio, sed armis, equis, uenationibus exercebantur, iniustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarū iactus impediretur: Vnde & Amazones dictæ sunt. Satis quidē cruenta illa, quam dixi Amazonum mulierum seditio: Sed mitior aliquanto Ro. matronarū abrogationem legis Oppiæ petentium, quæ nulla nec authoritate, nec uerecundiâ, nec imperio uirorum retentæ, omnes uias urbis adiuſq;

*l. aut facta G.
Persona. ff. de
pœnis.
Distinctio
inter perso
nas uarias.*

*Seditiones
iuuentutis.*

*Arist. lib. 5.
Pol. c. 4.*

*Iustinus lib. 2.
Amazonū
seditio.*

*Seditio ma
trouarum
Ro.*

T. Linius lib.
4. de bello Ma
sed. & Astat.

Quid stat
uit lex
Oppia.

l. 1. ff. de mino-
ribus, l. 2. §
uerba ff. ad
Sen. Consult.
Vell.
l. Auxilium. §
in delictis.
ff. de minorib.
luuenum
pœna pro-
pter seditio-
nes.

Proverb. s. 6.

l. cum cōditio-
naliter. C. de
questionib.
Pœna mu-
lieris de ab-
actio partu.

l. Cicero. ff. de
pœnis.

in forum obsederunt: Viros descendentes in forum, orantes, ut flo-
rente Republica, crescente indies priuata omnium fortuna, matro-
nis quoque pristinum ornatum reddi paterentur, sed & COSS. Præ-
toresque, & alios Magistratus adire & rogare audebant. Ac parum
abfuit, quin ex illa muliebri seditione, uirorum quoque discordia cons-
citata fuisset, alijs uidelicet abrogationem legis Oppiæ, quam mulie-
res petebant: alijs ut lex, quemadmodum matronæ rogauerant, ab-
rogaretur, suadentibus. Erat autem lex Oppia, quam M. Oppius
& T. Romuleius Tribuni plebis, Q. Fabio & T. Sēpronio COSS.
in medio ardore Punici belli tulerant, ne qua mulier plus semiuncia
auri haberet, neu uestimento uersicolori uteretur, neu iuncto uehicu-
lo in urbe oppidouæ, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum
publicorum causa, ueheretur. Etsi autem in multis iuris articulis
minoribus, & mulieribus, propter ætatis & sexus infirmitatem, con-
tra iuris rigorem subuenitur: Tamen nullum est auxilium, quod in
delictis eis suffragetur. Infirmitas enim ætatis & sexus, non dolus
& calliditas auxilium sumit. Quanquam interdum miseratio æta-
tis, iudicem ad mitiorem pœnam perducit. Ac de pœna seditiosæ
iuuentutis, ad hunc modum ueteres constituerunt. Solent quidem
(inquit lex) qui uulgo se iuuenes appellant, in quibusdam ciuitatibus
turbulentis se acclamationibus accommodare: qui si nihil amplius
admiserint, nec ante sint à Præsidente admoniti, fustibus cæsi dimit-
tuntur, aut etiam spectaculum eis interdicitur. Quod si ita correpti,
in iisdem depræhendantur, exilio puniendi sunt, nonnunquam
capite plectendi: scilicet, cum sæpius seditiose & turbulenter se gesse-
rint, & aliquoties apprehensi tractati clementius, in eadem temeri-
tate propositi perseverauerint: serui cæsi solent dominis reddi. At
mulieres seditiosæ in hoc, sicut in cæteris delictis, parem cum uiris
pœnam habent. Quemadmodum enim mulieres in perpetrando
delictis non minus dolosæ & fraudulentæ, immo sæpe etiam calli-
diores sunt uiris, à quibus & uiri plarumque decipiuntur: Propter
quod recte Sapiens. Ne intenderis (inquit) fallaciæ mulieris, quia
mulier uiri preciosam animam capit: Ita iustum est, ut in eodem ge-
nere delicti, par etiam pœna tam uiros quam mulieres constringat.
Atque ex hac causa in delictis, pro excutienda ueritate, de mulieribus
per tormenta questio haberi potest: de quibus & pœnæ pro
qualitate delictorum sumuntur, siue in se confessæ crimina, siue le-
gitimis probationibus fuerint cōuictæ. Sic mulier, quæ intra quadra-
ginta dies post conceptum partum, intra quod tempus nec dum
animatus est uisceribus suis, post diuortium uim intulerit, ne filium
procreet, temporali exilio coercetur. Quæ uero accepta pecunia,
post quadragesimum diem partum iam animatum sibi medicamentis ab-
egit, lege Cornelia de Sicarijs, & lege Pompeia de Parricidijs tene-
tur,

tur, & ultimo supplicio afficitur. Sic simili pœna plectuntur uir & mulier, qui adulterium cum incestu, furtum, aliaue similia crimina committunt. Atq; ex his omnibus concludimus, se ditiosas mulieres, pœna quoq; legis Cornelie de Sicarijs, & legis Iulie de uir publica, quæ in se ditiosos constitutæ sunt, æque sicut uiros teneri, à qua pœna eas neq; ætas, neq; sexus, modo sint doli capaces, excusat. Infirmetas enim, nō calliditas mulieribus auxiliū præstat, idq; nō in delictis, sed in ciuilibus causis. Neq; enim in delictis propter fragilitatem corporis, mulieri impunitas conceditur. Nam etsi multis fœmina corporis incommodis obnoxia sit, tamen & maiores sæpe dolores, & uulnera etiam maiora, quàm uir sustinere potest.

Cæterum eò priuilegio gaudet pregnas mulier, ut pœna eius, quoad pariat, ac nutrix, quæ partum foueat, haberi possit, differatur: Immo ne questio etiam de ea habeatur, quamdiu pregnans est.

Quamquam non mulieri, sed partui potius, qui non tantum parenti, cuius esse dicitur, sed etiam Reipublice nascitur, huiusmodi priuilegium conceditur.

l. si adulterium cum incestu. ff. ad leg. iud. de adult.

ff. ad SC. Vela lei. l. 2. gl. in l. nihil interest. ff. de auct. ult.

l. pregnantis. ubi Bar. de pœnis.

l. si ea. ff. de uentr. in poss. mittend.

In uno eodemq; genere delicti, pœnas in se ditiosos pro conditione et qualitate personarum, uel se ueriores, uel leuiores constitui, Cap. IIII.



Redit & prudenter ueterum constitutionibus sanctum est, ut pœne pro cōditione & qualitate personarum, uel grauiores, uel mitiores in uno eodemq; genere delicti cōstituantur. Est aut̄ ea personarum, quod ad irrogationem pœnarū attinet, differentia:

Vt eorum qui delinquent, quidam Ecclesiastici sint, quidam sæculares: quidam nobiles, quidam plebei: quidam publicis honoribus & muneribus fungantur, quidam priuatam agant uitam: quidam liberi, quidam serui: & liberorum quidam honestiore, quidam humiliori loco nati: quidam honestioris, quidam sordidioris conditionis: quidam etiam nullius dignitatis capaces sint. Quales sunt artifices Mechanici, ut Pistores, custodes portarum, custodes pratorum, seu pascuorum, Saluarij, aliq; alia eiusdem generis uilia ministeria exercentes. Quarum multa in constitutione Gord. Imperatoris, quæ est sub titulo de excus. munerum, Decimi libri Codicis, enumerantur.

l. Pedius. ff. de Incend. rui naufr. ubi Bar. c. de ord. cog. l. 3.

Multiplex differentia personarū

l. ne quis. C. de dig. lib. 12. & ibi 10. de plat. et l. maximarū ubi idem l. d. de platea. C. de excus. lib. 10.

Sed & utriusq; Ordinis Ecclesiastici et sæcularis, distincti gradus Ordo sunt: Vt in Ecclesiastico ordine, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Suddiaconi. In sæculari, Principes, Comites, Barones &c.

S iij Rursus

Dignitas. Rursus dignitatum quoque, & munerum publicorum differentia est. Quippe eorum, qui dignitate præditi sunt, alij Illustres, alij Spectabiles, alij Clarissimi, alijsque modis alij alijs, uel superiores sunt uel inferiores. Ac propter hanc quidem differentiam personarum, & earundem qualitatem & conditionem, delicta in una persona grauius, in alia mitius puniuntur. Sunt enim discrimina poenarum, neque omnes eadem poena affici possunt. Quemadmodum de Decurionibus constitutum est, ut in metallum damnari non possint, nec in opus metalli, nec furcæ subijci, uel uiui exuri. Et si forte huiusmodi sententia fuerint affecti, liberandi erunt. Sic nec Præses prouinciæ, puniri Decurionem permittere sibi debet, sed recipere eum in carcerem, & Principi scribere de poena eius. Sic nec quaestio de Decurione haberi debet, etiã si munera Decurionatus deposuerit. Nam & propter pristinam dignitatem, quaestionem non patitur. Et generaliter uiri in dignitatibus constituti, usque ad pronepotes, & eorum liberos, plebeiorum poenis & quaestionibus non subijciuntur. Sed & pro qualitate & conditione personarum, discrimen quoque in custodia earum seruandum est, de qua re olim Proconsul aestimare solebat, utrum in carcerem recipienda esset persona, an militi tradenda, uel fideiussoribus committenda, uel etiam sibi: Nam hijs fere modi sunt custodiae personarum. Hoc autem uel pro criminis, quod obijciiebatur, qualitate, uel propter honorem, aut propter amplissimas facultates, uel pro innocentia personæ, uel pro dignitate eius, qui accusabatur, facere solebat: Quo iure & hodie utimur. Nam pro personarum dignitate, & qualitate delictorum, alij carceri mancipantur, alij militi custodiendi traduntur, alij fideiussoribus, uel sibi, id est, cautione iuratoria à se præstita, de sistendo iuri & respondendo dimittuntur.

Sic in grauioribus delictis, in quibus plebeij carceri introduuntur, Illustres militi committuntur, & interim cuiusmodi delictum sit, & qualis poena imponenda, Principi suggeritur. Idem de Decurionibus, Principalibusque ciuitatum, qui capitale crimen admiserunt, obseruatur: ut si quid admisisse uideantur, propter quod relegandi extra prouinciam in insulam sint, uincti custodiantur, et Imperatori, quod quisque commiserit, scribatur. Sed nec Illustres propter crimem publicum uel priuatum, cui tamen non per procuratorem respondere liceat, coram alio iudice, quam Principe, uel cui Princeps cognitionem criminis demandauerit, accusari possunt. Cæterum coram Commissario Principis accusati, etsi absolui quidem innocentes possunt: condemnari tamen nocentes inconsulto Principe non possunt. Atque ex his opinor perspicuum iam fit, poenas pro qualitate & conditione personarum in eos quidem, qui dignitate aliqua præditi sunt remissius: in eos uero, qui loco sunt humiliori, & conditionis sordidioris, seuerius decerni. Quod ita tamen accipiendum est, ut si dignitas crimen augeat,

l. moris §. sed enim ff. de poenis.

Decurio- nes.

l. si matrem. C. ro.

l. pe. C. de quaestioni.

l. diuo. ff. de quaestionib.

Discrimen personarum

in custodia

l. i. ff. de cust. reorum.

l. si grauis. c. de dig. lib. 12.

l. diui fratres.

§. si. ff. de poenis. l. omnes iudices. C. de decur. lib. 10.

l. quoties. C. ubi Senato. uel clarif. 10. de Platea in d. l. omnes iudices. C. de Decur.

augeat, pœna quoq̄ augeatur: Sin uero propter dignitatem leuius sit crimen, ipsa quoq̄ pœna leuior irrogetur. Sin dignitas crimen non augeat, nec minuat, qualitas pœnæ spectatur: ut si corporalis sit, grauior plebeio & priuato, quàm nobili atq̄ in dignitate constituto. Sin uero pecuniaria sit, maior diuiti, quàm pauperi imponatur. Sic quædam delicta Pagano, aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant: militi uero grauiorem uel leuiorem. Nam si miles artem Ludricam fecerit, uel in seruitutem se uenire passus est, capite punitur. Quia ut huiusmodi delicta in persona militis, dignitate, gradu, specieq̄ militiæ augentur: Ita pœna quoq̄ militi, quam Pagano grauior irrogatur. In his enim & similibus casibus, tanto magis quisq̄ pœna dignus est, quanto plus honoris delatum fuerit: & cui plura cõmittuntur, plura ab eodem exiguntur. Sic publice tractare de Religione, crimen est, quod dignitate minuitur. Vnde & pœna in eos, qui dignitate præditi fuerint, leuior erit: siquidem si Clericus fuerit, qui de fide Christiana publicè disputare ausus fuerit, à consortio Clericorum remouetur. Si uero militia præditus sit, cingulo spoliabitur. Ceteri etiam huius criminis rei, siquidẽ liberi sint, de ciuitatibus, in quibus morantur, repelluntur, pro uigore iudiciario etiam competentibus supplicijs subiugandi. Si uero serui, seuerissimis animaduersionibus plectuntur. Generaliter enim in persona seruorum obseruatur, ut grauius puniantur, quàm liberi. Nã ex quibus causis liber fustibus cæditur, ex his seruus flagellis cædi, et domino reddi iubetur: Et ex quibus causis liber fustibus cæsus, in opus publicum damnatur, ex his seruus sub pœna uinculorũ, ad eius temporis spatium flagellis cæsus, Domino reddi iubetur, &c. Sed tamen exemplo seruorum puniuntur etiam liberi, sed plebei tamen & humiles personæ.

Nec obstat, quod alibi dicitur. Quos par facinus coinquinat & æquat, eos similis quoq̄ pœna comitari debet. Nã etsi in genere suo impares sint pœnæ, quæ in Clericos & Laicos, nobiles & plebeios, publicis muneribus & honoribus fungētes, & priuatos statuuntur: tamen relatione secundũ proportionem facta ad personas et earum qualitates & cõditiones, æquales esse iudicantur. Vt igitur in eadem genere pœnæ inæqualitas est, si una eademq̄ pœna nobilis & plebeius afficiatur: Ita si diuersi generis pœnæ, altera quidẽ grauior plebeio, altera uero leuior nobili inferantur, recte æqualitas esse dicetur. Veluti, si nobilis et plebeius in uinculis detineatur, aut tormētis subijciantur: una quidem pœna, et in genere suo æqualis est, quæ utriq̄ irrogatur, sed relatione facta ad personas, inæqualis est: Quippe alteri leuis, alteri grauis. Rursus uero multa pecuniaria imposita diuiti & pauperi, una quidem eademq̄ æqualis pœna est in genere suo: Sed quia diuiti leuis, at pauperi grauis est, relatione ad conditionem personarum facta, merito inæqualis esse dicetur.

*l. illicitas in fi.
ff. de off. præsid.,
l. quedam. ff. de pœnis.
l. 2. & l. omne ff. de re. milit.
l. Presbyteri. c. de Epis. & Cler. & ibidẽ gl.
l. nemo. c. de sum tri. et fid. Cath.*

*l. in seruorũ.
ff. de pœnis.*

l. Capitaliũ. §. fin. ff. de pœnis.

l. si quenquam c. de Ep. & Cle.

Bar. in l. capitaliũ §. solent. ff. de pœnis. gl. in c. non cõguntur. 41. dist. & gl. in c. contumaces. so. dist.

Et

Bar. in l. si ff.
de rerū diuis.

Et hæc omnia, quæ de differentia pœnarū diximus, ut pro conditione & qualitate personarum, uel mitius uel seuerius infligantur, ita accipiēda sunt, si pœnæ pro uniuscuiusq; personæ cōditione, qualitate, & dignitate diffinitæ fuerint: nam ita certum erit, quæ pœna quam personam & dignitatem astringat. At si pœna generaliter in omnes sine personarum & dignitatum differentia concepta fuerit, omnes quoq; nulla personarum differentia ratione habita, obligabit.

l. nullus. C. ad
leg. iul. ma. l.
Manicheos C.
de heret. l. si
quenquam. C.
de Ep. & Cle.
gl. in c. cū per
Manconella. de
accusa.

l. et si excepta.
ubi. glos. C. de
males. et mat.
l. si quis decu-
rio. C. ad. leg.
Cor. de fals. l.
1. C. de priuat.
carcerib.

l. iudices. c. de
dig. lib. 12. ubi
10. de Plat.

Bar. in l. n. G.
exercitus. ff.
de his qui not.
infa. tex. in l.

iudices. C. de
dig. lib. 12. &
tex. in l. et si ex-
cepta C. de ma-

les. & math.
l. si quis alia
quid G. autho-
res. ff. de poen.

Qualis est pœna exceptorum criminum, ut læsæ Maiestatis: In causa siquidem Maiestatis, omnibus æqua conditio est. Item hæresis & Simonia: nam & ipsa in omnes æquo iure stringuntur. Sic & Magi, malefici, Mathematici, & rei criminis falsi. Item, qui priuati carceris exercent custodiā: qui tanquam ipsius Maiestatis uiolatores, ultimo supplicio subiugantur. His connumeramus, qui muneribus & honoribus publicis fungentes, in officijs suis peccasse, tum furtis se aut alijs sceleribus commaculasse, fuerint conuicti. Nam & tales non dignitas, sed pœna omnibus tam publicis quàm priuatis personis communis debet comitari. Quin & ab officijs remouentur, & quo minus ad ea ipsa redeant, inhabiles redduntur. Nam qui semel in officio male uersatus fuerit, is deinceps quoq; male in ipso uersaturus præsumitur. Cæterū ne in his & similibus casibus, in quibus Clerici, milites, Doctores, aliæq; personæ dignitatibus præditæ, cruciatibus & tormentis subijciuntur, alijsue pœnis priuatorum & plebeiorum afficiuntur, iniuria aliqua dignitati inferatur: Constitutum est, ut non ante ad irrogationem pœnæ procedatur, quàm qui pœna afficiendi sunt, exauthorati, & qua fruuntur dignitate, fuerint exuti. Atq; hæc sane differentia pœnarum, in personis quoq; seditiosorum obseruanda est. Nam & ipsi pro qualitate & conditione personarum, uel grauius uel mitius puniuntur. Sic enim habet lex. Authores seditionis & tumultus, populo concitato, pro qualitate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestijs subijciuntur, aut in insulam deportantur: nisi certa in seditiosos pœna diffinita, aut propter atrocitatem criminis seditionis æqualis in omnes, nulla personarum aut dignitatum habita ratione, fuerit constituta.

Propter

Propter personas eorum, in quos seditiones exercentur, poenam uel grauiorem statui, uel leuiorem,

Caput V.



M & propter personas eorum, in quos seditiones exercentur, poenae uel seueriores constituuntur, uel mitiores. Nam crimina, quae in parentes, in Ma-

d. l. aut facta.
ff. de poenis.

gistratus & publicas personas perpetrantur, seuerius puniuntur, quam quae in personas externas & priuatas committuntur. Et ad eundem modum grauiore poena dignae sunt rebelliones, quam factiones, id est, seditiones, quae a subditis in dominos, quam quae a subditis inter se concitantur.

l. qui de crimina.
ne. C. de accus.
l. si quis adult.
cu incestu. ff.
ad leg. iul. de
adult.

Quemadmodum autem in alijs accidit, ut ex uno facto plura crimina nascantur, ut ex eo, quod stuprum in sororis filiam committitur, adulterium & incestus nascitur, & qui sacratissimas uirgines rapuerit, stuprum & sacrilegium committit. Similiter, qui uxorem alterius rapit, simul adulter est & raptor. Ita & ex uno facto, quo subditi in dominos suos insurgunt, multa crimina oriuntur, quae & diuersa nomina sortiuntur. Siquidem qui dominorum suorum obedientiam per seditionem relinquunt, interdum deficientes, interdum proditores, interdum transfugae, interdum rebelles, interdum rei criminis laesae Maiestatis appellantur. Deficientes: quia ab ijs,

l. si quis ne di.
ca rapere. C.
de ep. & cle.
L. unica. C. de
rap. uirg.

quorum sub Imperio sunt, desistunt, & in hostium numero se conferunt. Proditores: quia aliud actibus praeseferunt, aliud occulte in mente agitant. Rebelles: quia quorum potestati & Imperio subiecti sunt, eis repugnant, & debitam obedientiam subtrahunt. Transfugae: quia de terris domino suo subiectis, ad hostes, uel ad eos, cum quibus nulla amicitia est, fide suscepta, transfugiunt.

l. amissione. §
qui deficiunt.
ff. de cap. dimi.
nu.

Rei criminis laesae Maiestatis: quia aduersus Ro. Imperium, uel eos, qui in terris suis Imperij authoritatem tenent, & eorum securitatem machinantur. Iam uero ut rebellium differentia est. Nam alij a supremis, alij ab inferioribus potestatibus deficiunt: Ita & poenarum discrimina sunt, quae in rebelles constituuntur. Ac primū quidem rebellium Ro. Ecclesiae poena est, ut a comunione fidelium separerentur, omnibusque priuilegijs & beneficijs, quae a Ro. Ecclesia habent, destituantur. A qua quidem poena nemo, quantalibet dignitate praeditus, & ne Imperator quidem Ro. si rebellis Ro. Ecclesiae extiterit, eximitur. Nam & Fridericus I. ab Alexandro III. Philippus a Celestino III. et Innocentio III. excommunicati. Otto III. ab Innocentio III. primū

l. postliminū.
§ transfuga.
ff. de cap. &
post. l. reuers.
ff. de re milit.
l. proditores.
ff. et. c. ad leg.
iul. maist. per
tot. tit.

anathemate percussus, deinde in pertinacia perseverans, in Concilio Praesulū Romae celebrato, Imperiali dignitate priuatus fuit. Sic et Fridericus II. quia Ecclesiae Ro. rebellauit, ab Honorio III. primū excommunicatus, deinde Imperio regnisque priuatus, & propter contumaciā

Poena in re
belles Ro.
Ecclesiae,
Excōmuni
catio.

eius,

Excōmuni
caui a Ro.
Pont. Im
peratores
Ro.

c. ad apostol.
de re. iud. li. 6.

cuius, omnes Imperij et regnorum suorum subditi, à sacramento fidelitatis absoluti, ac postremo, ab Innocentio III. per sententiam ab Imperio depositus fuit. Sic & quidam alij Imperatores, ab alijs Pontificibus Ro. propter rebellionem, eodem genere pœnæ percussi fuerunt. Sed & qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales offenderint, non secus atq; uiolatores eorum, qui ad latus Romani Principis militant, ut criminis læsæ Maiestatis rei, puniuntur.

e. felicit. de
pœnis. lib. 6.

Constitutio
Bonifacii
VIII.

Psalm. 108.

De qua re extat constitutio Bonifacii Papæ VIII. Si quis deinceps (inquit) in hoc sacrilegij genus irreperit, quod sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insequutus, uel percussit, aut ceperit, uel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, uel factum ratum habuerit, aut consilium dederit aut fauorem, aut postea receptauerit uel defensauerit scienter eundem, sicut reus criminis læsæ Maiestatis, perpetuo sit infamis, diffidatus nihilominus & bannitus: sit intestabilis, ut nec Testamenti habeat liberam factionem, nec ad alicuius bona ex Testamento, uel ab intestato uocetur. Quatenus ab omni successione repulsus, publicaq; repulsa confusus, minus inueniat suæ malitiæ successorem: fiant habitationes eius desertæ, & ut non sit qui eas inhabitet, dentur cuncta ipsius edificia in ruinam, & ut perpetuæ notam infamiæ perpetua ruina testetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus in iudicio respondere teneatur. Quicquid etiã in bonis inuenitur ipsius, fisci uel Reipublicæ dominio applicetur, ut ex illis nil trãsmittat ad posteros, sed potius cum ipso quodammodo dampnentur & sua.

Si qui uero feuda, locationes, officium, uel beneficium spirituale uel temporale ab aliquibus Ecclesijs obtinet, sit eis ipso iure priuatus: que sic liberè ad Ecclesias reuertantur, quod Ecclesiarum rectores de ipsis pro sua uoluntate disponant. Quod si quis prædictorum filium uel filios habeat, nepotè uel nepotes, per rectã lineam descendentes, beneficiatum seu beneficiatos quouis beneficio (etiam si Pontificalem adeptus, uel adepti fuerint dignitatè) sint eis ipso iure priuati, spe promotionis omnino sublata. Nulli præterea taliũ filiorũ atq; nepotum ex uirili sexu descendentium ab eisdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Ecclesiastici uel mūdani, seu ad alicuius loci regimen sit ascensus: Sit eis postulandi negata facultas, sit notorie iudicatus, & quodlibet aliud officium seu ministerium publicum interdictum. In iudicijs eorum assertio contra quenquã, nihil fidei, nihil credulitatis inueniat, ut ad testimonium prorsus reddantur indigni: Sit eis ad Ordines ascensus inhibitus, sit ad beneficium uel officium Ecclesiasticum denegatus accessus, & (ut magis famosa sit eorum infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, eisdem super aliquo præmissorum, omni spe dispensationis adempta. Præsenti nihilominus adiungimus sanctioni, ut ex insequutione prædicta, sicut

ex iniectiōe manuum uiolenta, ipso factō excommunicationis sententiam quis incurrat, & tam infecutor, quā alij supradicti, tāri mali participes, quamdiu in sua contumacia perdurabunt, singulis Dominicis diebus & festiuis, pulsatis campanis, & candelis accensis, per omnes illius loci Ecclesias, in quo tantum facinus fuerit attentatum, nec non ciuitatum & Diocesum uicinarum excommunicati publice denūcientur: nec ab alio, quā à Ro. Pontifice, possint absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo constituti.

Cum autem fuerint absoluendi, primo sufficienter & idoneè Pœnitentię iniungendę forma. caueant, quod inferendę pœnæ parebunt, & auxiliante Domino, pœnitentiam peragent iniungendam: deinde per omnes illius loci Ecclesias principales, uicinarumq; locorum, Dominicis diebus & solennibus, incedant nudi coram populo, fœmoralia tantum habentes, & ferulas deferentes in manibus, cum quibus per easdem Ecclesias publice fustigentur, iuri postmodum ultra mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus: nec exinde postmodum reuersuri, absq; Sedis Apostolicę licentia speciali.

Verum cum talis gratiam reconciliationis meruerit (beneficio absolutionis obtento) indulgeatur ei licentia, ut suam & suorum iniuriam prosequatur, & debitorum illorum quę contracta fuerint, de postmodum acquisitis repetitio non negetur.

Illud autem non duximus omittendum, quod si quis fuerit in præmissis nudo Concilio aut simplici fauore culpabilis, iudex in talem pœnam metiatur ex culpa, ut secundum quod excessus exegerit, uindicta procedat. Cæterum, quia dignum est, ut nefandi ratione flagiti, ultionis seueritas amplius extendatur, & propter enormitatem culparum, plagarum modus exuberet, nec pœnis solitis contentetur: Statuimus, ut ad collaterales, fratres uidelicet nepotes & pronepotes, talium possit extendere pœnas, in huiusmodi nostra constitutione contentas, circumspectio Romani Pontificis, pro ut circumstantiæ rationabiles suadebunt.

Præmissis etiam dignū censuimus annectendum, ut si quisquam aliquo prædictorum excessuum, quenquam de Clericis uel Religiosis nostræ familiæ, uel Cardinalium afficere forte præsumperint, proportionetur pœna delicto: Ita, quod uindicta ex æquo excessu respondente, ab offensa nostrorum cohibeantur deinceps manus temerariæ formidine ultionis, quas Dei uel nostra, seu fratrum nostrorum reuerentia non coercet. Si quis uero per se, uel per alium occiderit Cardinalem (quod absit) uel dederit causam mortis, ultra quam promissa teneant: sic in eum potestas Iurisdictionis insurgat, sic rigor ultionis insiliat, quod contra uitę subsidium mortis solatium inuocet, uiuens pœnæ, non culpæ: uindictæ speculum, non offensæ.

Per hoc quoq; sæcularibus potestatibus non adimimus facultatem

tem utendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholicos Principes ædiderunt. Quis enim locus regiminis potest esse tutus, Quis rector securitate gaudebit, si Romana Ecclesia, quæ omnium Ecclesiarum, disponente Domino, caput est & magistra, casibus istis subiicitur? Si eius filij speciales huiusmodi periculis exponuntur? Quem Ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem, contumelia tanta non tangeret, & confusio tam aspera non moueret? Porro si filius est, dolebit: si fidelis, matre fidei læsa lædetur.

Quapropter si Princeps, Senator, Consul, Potestas, uel alius Dominus siue Rector, contra præsumptores prædictos præsentis Constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tam ipse quàm Officiales ipsius, infra mensem (postquam res ad notitiam eorum peruenerit) eo ipso sententiam excommunicationis incurrant.

De rebellionem uero Archiepiscoporum, Episcoporum, aliarumque Ecclesiasticarum personarum, & earundem pœna, alio loco à nobis dictum est. Illud etiam addendum hoc loco uidetur, rebelles Ecclesiæ Romanæ, sæpe etiam ab Imperatoribus Romanorum fuisse punitos. Sic Desiderius Italiæ Rex, Romanæ Ecclesiæ rebellis, à Carolo Magno Imperatore punitus fuit. Idem quoque Carolus Paschalem Primicerium, & Campulum Presbyterum, qui coniuratione facta in Leonem Papam Tertium, eum ceperant, ac Pontificali amictu priuatum, multisque uerberibus cæsum, tam crudeliter tractarunt, ut oculis & lingua captus putaretur: capite plectendos pronunciauit, sed pro quibus intereedens Pontifex sacratissimus, tantum à Carolo Rege obtinuit, ut his uita condonaretur, & in Franciam tantummodo relegarentur.

Sic Otto Imperator Primus, Romanos Ioanni Papæ XIII, rebellantes: ut quem captum primum in Adriani molem, quod sancti Angeli castrum uocant, perduxerant, ac mox hominem exulatum in Campaniam miserant, seuerissima pœna affectit. Nam Consules, Præfectum urbis, ac Decarchones (hij enim rebellionis auctores erant) in carcerem detrudi iussit, Consules uinctos in Germaniam deportari fecit, Decarchones equulio suspensi sunt, & Præfectus urbis, amentiaque caput, ludibrio per urbis plateas, compitaque habitus: & interea dum traheretur flagellatus, in carcerem coniectus, inde ad Consules in Germaniam deportatus est. Sunt tamen qui scribant, Præfectum ipsum excarnificandum ipsi Pontifici traditum, ab rasa barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiani, aliquandiu stetisse. Inde autem ablatum, a sinuque superimpositum, uerso ad clunes uultu, & manibus sub cauda ligatis, atque ita per urbem ductum, uirgis cæsum, postea in Germaniam exulatum missum. Pœna rebellium Imperij est, ut primùm deportentur, id est, banno Imperiali subiiciantur: nam banniti hodie deportatis æquiparantur.

Defensor
Ro. Pont.
Carolus
Magnus.
platina in
Leone 3.

Otto Pri-
mus.
Naucl. lib. 2.
generatio. 33.
Chronogra.
Pœna in
rebelles
Papæ Ioan.
XIII.

Pœna in
rebelles
Imperij.

æquiparantur. Olim à Senatu Romano hostes Imperij declarabantur, quæ pœna eadem fuit, quæ est hodie Imperialis Banni. Ideoq; impune ab omnibus etiam priuatis & propria authoritate capi, & ut serui detineri, tum spoliari bonis, & occidi possunt.

Deinde omnia eis, quæ ab Imperio habent priuilegia, munera, & honores adimuntur, omniaq; adeo in eis publica iura subuertuntur, ut nec Magistratus, nec Iudices maneant, nec nouo aliquo publico munere fungi possint.

Sed & terras, si quas habent, & Iurisdictiones amittunt: nam & hæc ad iura publica pertinent, tum subditi eorum ab omni fidelitate absolui intelliguntur.

Feudis quoq; Imperij priuantur Vasalli rebelles, qui amicitiam fecerunt cum Vasallis dominorum suorum. Qua ratione Soccinus refert Albertum de Carpi, bonis feudalibus ab Imperatore Maximiliano fuisse priuatum: quia amicitiam cum Gallorum Rege Cæsaris inimico fecerat.

Et nuper Ioannes Fridericus Dux Saxonix, propter rebellionem & Electoratus dignitate, & feudis, quæ ab Imperio habuit, à Gloriosissimo Imperatore Carolo, huius nominis Quinto, hoc eodem iure priuatus est.

Eadem pœna in proditores constituta est: nam & ipsi feudis, propter crimen proditionis priuantur. Quia fidem dominis non seruant, propter quod & proditores appellantur. Qui uero ab inferioribus potestatibus deficiunt, ea tantum iura perdunt, quæ ab his habent, quorum obedientiam relinquunt. Vt si Rex sit Regni, si Dux Ducatus, si Comes Comitatus, si Episcopus Episcopatus, si Ciuitas Ciuitatis, beneficijs, priuilegijs, Iurisdictionibus, muneribus, & honoribus destituuntur.

De pœna uero rebellium, qui & ñdem Maiestatem læserunt, talis extat Constitutio. Quisquis (inquiunt Honorius & Arcadius Imperatores) cum militibus uel priuatis, uel barbaris scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum uel dederit, de nece etiam Illustrium uirorum, qui consilijs & Consistorio nostro intersunt: Senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) uel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate uoluntatem sceleris, qua effectum puniri iura uoluerunt) ipse quidem, utpote Maiestatis reus, gladio feriat, bonis eius omnibus fisco nostro addictis.

Sane hæc lex duo capita habet: Primum, ut rei criminis læsæ Maiestatis, gladio ultore puniantur. Alterum, ut eorum bona publicentur, ac fisco uendicentur. Atq; huius quidem Constitutionis pœnam, omnes semper Principes in reos Maiestatis exercuerunt.

Sic Bernardus Italix Rex, quia bellum aduersus Patruum suum Ludouicum Imperatorem, cognomento Pium, molitus fuerat, pri-

Bar. in l. amissione § deficiences ff. de cap. dimi. ff. ad leg. Cor. de Sic. l. 1. §. si de re milita. l. proditores. Præpos. Alex. in tit. hic finitur lex in princip.

Gl. in l. 1. §. cum patronis ff. de off. præfect. urbi. in c. 1. §. 1. quib. mod. feud. amit. & per multa alia q̄ allegat Decius. Conf.

§ 44. in secunda parte partis. Gl. in c. 1. §. 1. in uerbo qui fratrem quam ad hoc not. iac. de Bel. in tit. quib. mod. feud. amit. Alex. conf. 136. uolu.

l. quisquis c. ad leg. Jul. Mai.

Nacl. uolu. 2. generat. 28.

num Maiestatis iudicio ab Imperatore damnatus, deinde Aquif-
grani gladio cæsus est. Ac talem quidem pœnam anno supe-
riore Inuictissimus Imperator Carolus, huius nominis Quintus,
in Ioannem Fridericum, Saxonix Ducem, pronunciauit. Sed quam
precibus pro eo à quibusdam Magnatibus apud se pro condemnato
Duce interpositis, clementer remisit, uitamq; Duci donauit.

Nacl. uolu. 2. generat. 40. Pœna in Henricum potentissimum Ducem Saxonix à Friderico I.

Sic Fridericus Imperator, huius nominis Primus, Henricum Sa-
xonix Ducem, nepotem suum, quia per rebellionem tempore, quo
Alexandriam in Italia obsederat, ab eo defecerat: Primum quidem,
ut ad accusationem contra se propter crimen prodicionis, & læsæ
Maiestatis institutam responderet, ad curiam citauit. Deinde cum
respondere nisi intra terras suas Dux detrectaret, Imperator lege
lata, ut Imperatori euocare Principem pro iustitia ad locum quem-
cunq; uellet, intra terminos Imperij sui existentem liceret, & eadem
lege per sententiã confirmata, Ducatus quos habebat Dux, omniaq;
bona publicauit. Ac Noricum quidem Ducatum Ottoni Palatino,
de Vuittlspace: Ducatum uero Saxonix Bernardo de Anhalt
contulit.

Nicol. Basilius in addit. etc.

Simili pœna Maximilianus Imperator Emichonem Comi-
tem de Leyningen, quia ab Imperio per rebellionem defecerat, &
ad hostem Francorum Regem transfugerat, affecit. Primum enim
Maiestatis reum ipsum declarauit, deinde Banno Imperiali tam
ipsum quam omnia bona eius subiecit. Cuius etiam castella, uillas,
munitiones & agros, Comes Palatinus, aliq; Principes, in dedi-
tionem suam ex mandato & permissione Imperatoris receperunt.

Pœna in Ducem Mediolanen. à Friderico I. Nacl. uolu. 2. generat. 39.

Sunt & aliæ pœnæ, quas pro conditione & qualitate persona-
rum & temporum, Imperatores rebellibus irrogarunt. Qualis
est, quod idem Fridericus Imperator, post captum Mediolanum,
Guolfagum Principem Mediolanensem, quia Imperio rebellis fuerat,
ac multa in urbe contra Imperatorem molitus fuerat, captum tri-
duo sub mensa ad modum canis tenuit, & multis flagellis cædi fe-
cit. Qui postquam multis annis in Germania in compedibus re-
tentus fuisset, tandem ruptis compedibus euasit.

l. si quis id quod in princ. ubi Bar. ff. de iurisd. iud. l. eorum ubi Bar. ff. de pœnis. l. as. inst. de actio. q. pœnales nu. 15.

Postremo illud etiam ad pœnam rebellium, proditorum, & eo-
rum, qui ex causa Maiestatis damnati fuerint, pertinet: Quod eo-
rum domos destruuntur, & solo æquantur, imagines in perpetuam
eorum infamiam & opprobrium, in publico depinguntur, & si
quæ statuæ ad honorem eorum erectæ, aut imagines pictæ fuerint,
detrahantur & aboleantur.

Et si autem generaliter in persona eorum, qui crimina perpetra-
runt, si uita functi fuerint, cum morte eorum simul etiam & crimina
& pœnæ extinguantur: Tamen repetundarum & Maiestatis iu-
dicia etiam mortuis reis, cum quibus nihil actum est, exercentur, ut
bona

bona eorum fisco uendicentur. Vnde & ex quo quis tale crimen contraxit, neq; ex bonis suis alienare, aut manu mittere, nec iure ei debitor soluere potest. Quin & memoria eius, qui crimen læsæ Maiestatis, siue diuinæ, siue humanæ commisit, damnari potest, ut sæpe constitutum est. Iam & propter atrocitatem huius criminis, pœna non solum suos tenet authores, sed etiam in filios eorum redundat. Quod eorundem Principum constitutione his uerbis expressum est. Filij uero eius, quibus uitam Imperatoria specialiter lenitate concedimus (paterno enim deberent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuantur) a materna uel auita omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni. Testamentis extraneorum nihil capiant: sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos prorsus honores, ad nulla Sacramenta perueniant. Sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & uita supplicium. Deniq; iubemus etiam eos notabiles esse sine uenia, qui pro talibus unquam apud nos interuenire tentauerint. Sed nec filia a pœna paterni criminis sunt immunes, quanquam minor in eas, quam in filios pœna constituitur, ut eadem lex his uerbis declarat. Ad filias sane eorum, qui quolibet numero fuerint, falcidiam tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, uolumus peruenire, ut habeant mediocrem potius filia alimoniam, quam integrum emolumentum, ac nomen hæredis: Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, minus ausuras esse confidimus.

Pœna in filios reorum læsæ Maiestatis

Pœna in filias reorum læsæ Maiestatis

d. l. quisquis §. ad filias C. ad leg. lul. Maiest.

Eadem pœna, qua parentes rei læsæ Maiestatis, & eorum filij plectuntur: Satellites quoq; consen ac ministri, filijq; eorum tenentur, ut eadem constitutione cautum est.

Pœna in consencios et ministros.

Cæterum consencios accipimus, parentes & dominos, filios & seruos, qui crimen læsæ Maiestatis, quod uel perpetratum est, uel perpetrandum erat, sciuerunt. Sed quod tamen illi, cum propter patriam & dominicam potestatem possent, non prohibuerunt: hii uero, cum sub Imperio eius essent, in quem crimen commissum est, non reuelarunt: Sed nec tamen reuelare tenentur subiecti, nisi crimen, quod perpetratum, uel perpetrandum esse sciunt, probare possint. Qui enim solum audit & non reuelat, immunis est a delicto: nec quod ostendi non potest, iudicum animos commouere debet.

Sali. in d. l. quisquis §. id quidem. C. ad leg. lul. Maiest. l. utrum ubi Bar. & Hyp. de Mars. ff. ad leg. Pomp. de Parricid. l. nostris C. de calumniatori.

Cæterum cum plura sint genera criminis læsæ Maiestatis: Vnum, quod in Principem, aut in eos, qui ad latus Principis militant, committitur. Alterum, quod in Rempublicam Romanorum perpetratur. Tertium, quod in eos admittitur, qui superiorem non recognoscunt. Ad primum tantum genus referenda est pœna, quam in reos criminis læsæ Maiestatis, & eorum filios & filias, lege Honorij &

Triplex crimen læsæ Maiestatis

L. 1. 2. § 3. ff. ad leg. Maiest.
 Arcadij constitutam esse ostendimus. Ac proinde qui Rempublicam Romanorum lædunt, non personam Principis, ut quorum opera, dolo malo consilium inicum fuerit, quo armati homines cum telis lapidibusue in urbe sint, conueniantue aduersus Rempublicam, locaue occupentur, uel templa: quoue cœtus conuentusue fiat, hominesue ad seditionem conuocentur: quorumue opera, dolo malo consilium inicum fuerit, quo quis Magistratus populi Romani, quoue Imperium potestatemue habeat, occidatur. Quoue quis contra Rempublicam arma ferat, aliacq; eiusdem generis in Rempublicam, non in personam Principis aut Consiliariorum eius, machinatus fuerit: etsi crimen læsæ Maiestatis committant, & ob id capite plectantur, tamen ob paternum crimen, hoc casu neq; filij, neq; filiaë puniuntur.

L. fallaciter C. de abdi. not. in l. hostes ff. de cap. & postli. reuers.
 Similiter qui patriam oppugnant uel produnt, quicq; crimen læsæ Maiestatis committunt aduersus inferiores potestates, etiam nullum superiorum recognoscentes, puniri quidem ipsi capite possunt: At eorum filij filiaëq; paterni criminis pœnam minime sustinebunt. Nam qui non recognoscunt superiorem, siue de facto, siue ex præscriptione tanti temporis, cuius inicitij non est memoria hominum, siue ex priuilegio principis. Etsi Principis loco in tetrīs suis habeantur, tamen non sunt Princeps: quia aliud est, esse Principem, aliud haberi loco Principis.

L. mercis ff. de uerbor. sig. Bar. in l. 1. ff. de legit. & suis, & in l. si is qui pro emptore ff. de usu cap.
 Ideoq; constitutio, quæ in personam Principis, & eorum, qui ad latus eius militant, concepta est, locum non habet in eo, qui proprie non est Princeps, sed Principis loco habetur: Maxime, quia odia restringi conuenit, & in pœnis benignior interpretatio facienda est.

Nec constitutiones pœnales extendi debent, nisi ad casus expressos: etiamsi casus non expressi ex Identitate rationis contineri uideantur.

*De Authoribus seditionum, & eorum pœnis,
 Caput VI.*

L. in hoc iudicio ff. de seruo corrupt.



Authors seditionis dupliciter peccant.

Nec quocq; generaliter constitutum est, grauius puniri Authores & Principes delicti, quàm eorum adhærentes, auxiliares, socios, atq; magistros. Vnde non immerito in Authores quocq; & Principes seditionum, quàm in multitudinem ab eis deceptam, seueriorem pœnam ueteres constituerunt. Siquidem grauius delinquant, qui non ipsi tantum delictum perpetrant, sed etiam alios ad delinquendum hortantur, & ad aliquid improbe faciendum, uel cogitandum sollicitant. Ita enim duplici nomine peccant, & quia delinquant ipsi, & quia Authores sunt, ut alij quocq;

quoque delinquant: quos uel malos cum boni sint, uel cum sint mali, L. 1. § 2. ff. de
deteriores reddunt. Qua ratione in eum, qui seruo persua- scr. cor.
sisse quid diceretur, quo deteriorem eum faceret, poenale iudicium da-
tur. Veluti, si quis seruo persuadeat, ut iniuriam faciat, uel errori,
uel malis artibus deditus sit, uel seditiosus, uel amator, uel ut ratio-
nes Dominicas intercidas, uel adulteret, uel ut rationes sibi com-
missas turbet, uel si luxuriosum eum uel contumacem faciat, &c.
Nam in eum, qui his alijsue similibus modis seruum corruperit,
quanti ea res erit, in duplum actio datur.

Ac tanto grauius etiam delinquant seditionum authores, quia Seditionis
Authores
grauissime
peccant,
non unum aut alterum deteriorem faciunt, sed totam multitudi-
nem, immo saepe magnas prouincias, & amplissima regna cor-
rumpunt: Quod facile intelligent, qui ueterum historias legent,
maxime, quae de Hæresiarchis prodixæ sunt, quarum non paucae
à nobis in ijs libris, quos de hæreticis scripsimus, relatæ sunt.

Quin & nostris temporibus uidemus, quæ multitudines, im- Quanta
mala ex se-
ditionibus
nostri tem-
poris.
mo quæ prouinciæ & regna, à quibusdam Hæresiarchis cor-
rupta sint. Quod & omnis generis immanissima crimina, ut
blasphemix in Deum & sanctos eius, sacrilegia, raptus sacrarum
Virginum, illicita coniugia, rapinæ, incendia, Templorum & Mo-
nasteriorum deuastationes, Episcoporum, aliorumque ministro-
rum Ecclesiæ, proscriptiones & exilia: Ecclesiasticorum iudicio-
rum in prophanas personas translationes, legum tam diuinarum
quàm humanarum contemptus & abrogationes, & innumera alia
eiusdem generis teterrima monstra, quæ authoribus Hæresiarchis
nata sunt, liquido testantur. Qui igitur grauius delinquant, iustum
est, ut seuerius etiam puniantur: Quod & ueteres fideliter ob- Mitius in
deceptam
multitudi-
nem, quàm
in Autho-
res animad-
uertitur.
seruarunt, qui non solum grauius in seditionum Authores, quàm
deceptam multitudinem animaduertent: sed saepe etiam poena
de Principibus seditionum sumpta, multitudini pepercerunt, aut
saltem de seueritate aliquid remiserunt.

Nimirum scientes, nunquam ad contumaciam pari consensu
multitudinem prorumpere, sed incitari à paucis, qui uitiorum sce-
lerumque impunitate sperant peccare cum plurimis.

Quod si fieri medicinam necessitas extrema persuaserit, re- Veget. lib. 3.
c. 4.
ctius est more maiorum (ut alibi inquit Vegetius) in Authores
criminum uindicari, ut ad omnes metus, ad paucos poena perueniat.

Sic ob falso nunciatam militi Scipionis mortem, aliasque non- Tit. Livi. li. 2.
secundi belli
Punici.
nullas ob causas orta seditione in Hispania, cum denuo repressa se-
ditio fuisset, de eo consilium haberi coeptum est, Vtrum in Au-
thores seditionis tantum animaduertetur, an plurium supplicio
uindicanda seditio esset: Ac uicit sententia lenior, ut unde culpa
esset orta, ibi poena consisteret: ad multitudinem satis esse casti-

T iij gationem,

Verba Sci-
pionis ad
milites.

gationem. Quod & Imperator deinde uinctis seditionum au-
thoribus, ac oratione sane quam eleganti & efficaci ad milites ha-
bita, eam ipsam his uerbis concludit. Itaq; (inquit) quod aduersus
uos uniuersos attinet, si erroris poenitet, satis superq; poenarum
habeo. Albius Calenus, & Actius Umbrius, & caeteri nefariae se-
ditionis auctores, sanguine luent quod admiserunt, uobis supplicij
eorum spectaculum non modo non acerbum, sed laetum etiam, si
sana mens redijt, debet esse: de nullis enim quam de uobis infestius
aut inimicius consuluerunt.

In Amos Prae-
phet. c. 9.
Poena in
haereticis.

Atq; eodem sane consilio erga haereticos quoq; utendum
esse, Beatus Hieronymus existimat. Ideo enim, inquit, Magistri hae-
reticorum percutiuntur, ut salui fiant discipuli: nimirum innuens,
authoribus & inuentoribus haesum nouarum, & ueterum resusci-
tatoribus punitis, facile deceptorum multitudinem reuerti: De quo
& in libris nostris de haereticis a nobis dictum est.

l. constitution.
ff. de appellat.

Jam & illud ad seueritatem poenae aucthorum pertinet, quod
ubi semel poena constituta est, nullam moram eiusdem exequutio
recipit. Vnde Constitutiones (inquit lex) quae de recipiendis nec ne
appellationibus loquuntur, ut nihil noui fiat, locum non habent in
eorum personas, quos damnatos statim damnari publice interest:
ut sunt latrones uel seditionum concitatores, uel Duces factionum.

l. 3. §. item qui
auctor ff. ad
leg. Cor. de
Sica.

l. si quis alia
quid §. auct.
ff. de poenis

Caeterum de poena aucthorum seditionum, haec ferè leges extant.
Qui auctor seditionis fuerit, lege Cornelia de Sicarijs tenetur.
Item, Autores seditionis & tumultus, populo concitato, pro quali-
tate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut bestijs subijciuntur, aut
in insulam deportantur.

Bar. in l. quoa-
niam C. ad leg.
Iul. de ui publ.

Sed & ciuilitè tenentur seditionum auctores de omnibus
damnis & iniurijs, quae quibuscunq; modis in ipsa seditione siue per
singulos, siue per ipsam multitudinem data sunt. Nam huiusmodi
circumstantiae delictum aggrauant in persona principa-
lium, non sectatorum. Singuli uero quicq; id
tantum quod ipsi peccarunt, praestare tenentur.

Propter lo-

Propter locum & tempus, in seditiosos uel grauius
uel leuius animaduerti, Cap. VII.



Am etiam locus & tempus faciunt, ut quod delictum non est, fiat delictum: aut quod delictum est, uel seuiore, uel mitiore poena luendum sit.

Ita negotiationes, contractus, & commertia hominum, non solum illicita non sunt, sed etiam ita in Republica necessaria, ut sine his ne societas quidem hominum consistere possit: & tamen si hæc ipsa in locis sacris exerceantur, adeo illicita sunt, ut grauibus etiam poenis, qui in hoc genere delinquant, afficiantur. Nam & Christus, Dominus & Saluator noster, flagello de funiculis facto, de templo eiecit uendentes, oues & boues, & columbas: & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit: & his qui columbas uendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.

Negotia-
tiones in
templis illi-
citæ sunt.

Ioan. 2.

Sic contractio rei alienæ fraudulosa, delictum quidem est, nempe furtum: Sed quod grauius sit, si sacrum de sacro, uel non sacrum de sacro, ablatum fuerit. Nam huiusmodi delictum, propter locum sacrum, non solum furtum, sed etiam sacrilegium esse dicitur.

Inst. de obliq.
quæ ex delicto
nasc. §. 1.
c. si quis. 17.
q. 4.

Sic iniuriam ex loco æstimamus uel leuem, uel atrocem: Veluti, si cui in theatro, uel in foro, uel in conspectu Prætoris facta sit.

Inst. de iniur.
§. Atrox.

Sic desertor, si in urbe inueniatur, capite puniri solet: alibi apprehensus, ex prima desertione restitui potest. Sic grauius punitur delictum, quod in ciuitate, quàm quod in rure fuerit perpetratum.

l. non omnes
§. desertor ff.
de re milit.
Bald. in. l. cum
ancillis. C. de
incest. imp.

Similiter propter tempus, delictum augetur & minuitur. Quæ admodum grauius est furtum nocturnum, quàm diurnum: Et atrociores sunt effractores nocturni, quàm diurni. Ideoque hi fustibus cæsi, in metallum damnari solent: Diurni uero post fustium castigationem, in opus perpetuum uel temporarium dantur.

Gl. in l. si ut
allegas C. ad
leg. Cor. da
Sicar.

Sic qui diu uagatus, ad castra reuertitur, emansor dicitur: & desertor, qui per prolixum tempus euagatus, reducitur. Quorum utiq; poena propter tempus grauior est, quàm eius, qui euagatus mox rediit: Immo & emansores & desertores, pro numero temporis uel grauius, uel leuius puniuntur.

l. 2. ff. de
effractorib.
l. 3. §. Emans.
et §. desertor
ff. de re milit.

Sic mitius propter tempus punitur, qui adulterum nocturno tempore depræhensum occidit, quàm qui diurno.

l. Græchus et
ad leg. Iul. de
Adult.

Ad eundem modum in seditiosos propter locum & tempus uel grauius, uel leuius constituitur. Sic atrocior est seditio, quæ in loco sacro, quàm quæ in prophano concitatur. Nam qui in sacrosanctis Ecclesijs, alijsq; uenerabilibus locis, in quibus cum pace & quiete uota competit celebrari, seditionem mouerint, aut cõclamationibus usus fuerit, tumultu mouerit, aut impetum cõmiserit, aut conuenticula collecta

l. denunciamus
C. de his quæ
ad Eccles.
confug.

collecta multitudine collegerit, aut celebrare conatus fuerit, ultimo supplicio subiacebit, ut Martianus Imperator constituit.

Sic non solum periculosior, sed etiam maiore pœna dignior est seditio, quæ eo tempore concitatur, quo foris bellis infestamur, quàm quo pacem cum externis habemus. Nam & facilius uincuntur, qui inter se diuisi sunt & dissentientes, quàm qui coniuncti & concordantes: Et facilius euelluntur pili caudæ equinæ singuli & paulatim, quàm omnes ui & impetu. Et idem Christus Saluator noster admonet. Omne, inquit, regnum in se diuisum, desolabitur. Et supra quoque ex historijs demonstrauimus, tum maxime apud omnes semper nocuisse externa bella, quæ in dissentientes inter se ciues, & ciuili discordia laborantes, intentata fuerunt.

Plutarchus in
uita Sertorij.
Matth. 23.

Propter Euentum, seditionem grauius, uel mitius
puniri, Caput VIII.

Euentus ex
proposito
æstimandus
est.



e. de occidend.
23. q. 5.

l. uulgaris §.
si quis æss. de
furtis.

l. quoniam
multa C. ad
leg. iul. de ui
publ.

l. i. §. incend.
ff. de incend.
rui. & naufr.

Ventus quoque spectatur, ut delictum uel durius, uel remissius puniatur. Est autem Euentus malus, ex proposito & uoluntate delinquentis æstimandus, ut si earum rerum sit, quæ nobis uel licitæ rei operam dantibus, uel saltem nihil male agentibus, nec agere uolentibus accidunt: minime nobis, quod male euenit, imputetur. Recte enim cum Canone dicere possumus: Absit, ut ea quæ propter bonum ac licitum facimus aut habemus, si aliquid hoc præter nostram uoluntatem cuiusque mali acciderit, nobis imputetur. Qua sane ratione qui Matronam non matronali habitu, sed meretricia ueste indutam, appellauerit, aut comitem ei abduxerit, iniuriarum non tenetur: quia non matronam, sed meretricem se appellare putauit. Sin uero earum rerum sit, quæ illicitæ rei operam nobis dantibus, etiam si præter uoluntatem & propositum nostrum accidunt: merito quod male & secus etiam quàm uoluimus accidit, nobis imputandum erit. Sic qui aurum surripuit, qui es surripere se putabat, eius quod surripuit, furtum committit: & qui rem sacram furto subtrahit, quam prophanam esse putabat, ut sacrilegus punietur.

Sic rem alienam inuadens, ut de possessione dominum efficiat, si quis forte uel ex possidentis parte, uel eius qui possessionem temere tentauerit, interemptus sit, etsi occidendi animum non habuerit, qui de possessione per uim occupanda sollicitus fuit: quia tamen illicitæ rei operam dedit, propter perpetratum homicidium ultimo supplicio afficietur.

Simili modo qui in unam domum ignem immiserit, eoque incendio aliæ quoque domus cõbustæ, aut ex adiacentibus domibus quid raptum fuerit:

fuerit: & si unam tantum domum comburere uoluit qui incendium fecit, tamen aliarum quoque nomine iudicium in ipsum dabitur.

Sic qui abortionis aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciunt, tamen si ex eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. Si uero euentus delinquentis animo & uoluntati respondeat, quanto peior erit euentus, tanto atrocior quoque poena in delinquentem statuenda erit. Immo saepe etiam qui effectu sceleris potiri non possunt, propter solam uoluntatem puniuntur.

Et ad eundem sane modum in crimine seditionis euentus spectatur, ut de eo etiam teneantur seditiosi, maxime seditiosorum auctores, quod male euenit: Etiam si ab alijs peccatum fuerit, ac peius etiam quam uoluerint acciderit, tamen quanto euentus fuerit magis noxius, tanto in delinquentem seuerius animaduertatur: Quin etiam in crimine rebellionis & laesae Maiestatis, eadem seueueritate uoluntas, qua effectus punitur.

l. si quid alia quid. §. qui abortionis ff. de poenis. l. i. ff. de extraord. cri. ubi Bar. Doct. in l. si quis ne dicam C. de ep. & cler. l. i. §. diuus ff. ad leg. Cor. de Sicar. & l. diuus. ubi Bar. ff. eo Tit. l. quisquis C. ad l. lul. Mai.

*De poena multitudinis seditiosorum,
Caput IX.*



Actenus de poenis singularum personarum, & circumstantijs, crimen seditionis aggrauantibus, dictum est: Superest, ut de poena multitudinis seditiosorum dicamus. Multitudo seditiosorum duplicis generis est: Quaedam a Praesidente, Regentibus, & legitimis Magistratibus regitur, & haec uniuersitas siue communitas dicitur, ut ciuitas, exercitus, &c. Regentes uniuersitatis, interdum procuratores, interdum patres, interdum curatores appellantur. Quaedam confusa turba est, quae non habet Praesidem, uel Magistratus legitimos, & haec proprie multitudo uocatur. Nec interest siue ex ipso corpore communitatis eligantur, siue aliunde aduocentur Regentes: nam & alienigenis munera publica demandari possunt, ut supra demonstratum est.

Multitudo duplex.

c. de decur. lib. 10. l. qui conditioni. ubi 16. de Plat. C. de his qui spont. mu. susc.

Sunt & congregationes quaedam hominum, quae & ipsae Regentes & Magistratus sibi praeficiunt, sed quae tamen ius uniuersitatis non habent: Cuiusmodi sunt, conuenticula haereticorum, Monopolarum, aliaque illicita collegia. Etsi autem uniuersitas nihil aliud est, quam homines ipsi, ex quibus corpus communitatis constat: tamen fictione iuris uniuersitas uice personae fungitur, quae aliud est, quam homines uniuersitatis.

Illicita collegia.

l. mortuo ff. de fideiuss.

Siquidem de populo non modo uno aut altero, sed omnibus etiam decedentibus, nihilominus idem manet populus. Sicut idem iudicium manet, si unus aut alter, uel etiam omnes iudices fuerint mutati. Et Legionem eandem haberi dicimus, ex qua multi decesserunt, quorum

l. proponebatur. ff. de iud.

quorum in locum alij subiecti sunt. Itemque nauem, si adeo refecta esset, ut nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eandem existimari dicemus. Alioqui, si quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri, foret, ut eius ratione nos ipsi non in id esse, qui ab hinc anno fuisset; propterea, quod, ut Philosophi dicerent, ex quibus particulis minimis consisteremus, hæc quotidie ex nostro corpore decederent, aliaque extrinsecus in earum locum succederent. Quapropter cuius rei species eadem consisteret, rem quoque eandem esse existimari oportet. Itaque idem hodie populus est, eadem ciuitas, eadem uniuersitas, quæ ab hinc centum annis fuerunt, etiam si intra tantum tempus homines, ex quibus ipsa communitas & societas hominum consistit, sæpe decesserint, alijque in eorum locum accesserint. Idcirco uniuersitas personam repræsentat, quæ non est homines singuli, ut quæ partibus commutatis, ipsa tamen eadem semper manere existimatur.

Porro eorum, quæ ab uniuersitate geruntur, quædam à Rectoribus & maioribus iudicibus uniuersitatum, quædam à populo, quædam à consilio populi explicantur; Sed nec rata sunt, quæ à populo, uel consilio populi geruntur, nisi quæ toto populo, aut Consiliarijs populi, authoritate potestatis, uel alterius Magistratus, uel sonotubæ, uel pulsata campana, uel uoce præconis, solenniter ad locum publicum conuocatis, ac duabus, ut minimum, partibus conuenientibus, à maiore parte earum decreta fuerint atque ordinata.

Adeo autem per Regentes & Consiliarios repræsentatur uniuersitas, ut quæ ab ipsis gesta fuerint, ea ab ipsa uniuersitate gesta esse intelligantur. Sic & quod maior pars populi fecit, tota uniuersitas fecisse uidetur. Iam & delinquere potest uniuersitas, quia & dolum committere potest. Idque dupliciter: Committendo & Omittendo. Committendo delinquit uniuersitas: quoniam & Regentes uel Consiliarij uniuersitatis officia sua iniuste administrant. Veluti si iniustas leges ferant, iustas abrogent, publica munera & honores inæqualiter inter ciues distribuunt, uel iniustis eos exactionibus onerent, aut si populus hæc ipsa, aut maior pars populi communicato consilio perpetret. Omittendo, ut si ea negligant Præsidentes & Consiliarij, quæ ad iustam Reipublicæ administrationem, tum ad publicam pacem & tranquillitatem, & ciuium salutem pertinent. Veluti si à malis & seditiosis hominibus, ciuitatem uel prouinciam non purgent: si in facinorosos homines non animaduertant: si ui oppressos, de manu calumniantium non eruant: si causam uiduarum & pupillorum, non iudicent, &c. Item si populus ipse Magistratum male in officio suo uersantem, non repræhendat, nec iniustis eius factis contradicat. Et in hoc genere uniuersitas etiam nullo communicato consilio delinquit. Sicut & committendo etiam nullo communicato consilio delinquit,

ff. de reg. iuris l. aliud. §. refertur ubi not. l. nominationum c. de decur. li. 10. l. nulli ff. quod cuiusque uni. no. ubi Doct.

Gl. in rub. ubi not. c. que sit long. consue. Felinus in c. dilectus de Simonia. l. quod maior ff. ad municip. l. metu. §. animaduertendum ff. quid met. caus.

Hier. 21.

Esa. 1.

Hier. 5.

quit, si delictum causam successiuam habeat: nam tunc communitas tenetur, etiam si nullum consilium præcesserit, ut in rebellionem, &c.

Atque ex his omnibus, ut opinor, satis intelligimus, quibus modis uniuersitas delinquat: Reliquum est, ut de pœnis eius dicamus, ac de pœnis communitatum, quæ hæreticorum doctrinam amplectuntur, aut eorum uel personas uel doctrinas fouent, & schismatum eorum se participes faciunt, satis superque à nobis in libris de hæreticis & schismaticis dictum est. Hoc loco de pœnis communitatum, prophanas seditiones concitantium & exercentium, agemus, ac rem omnem, quo clarius cognosci possit, in breues aliquot conclusiones contrahemus. Prima conclusio. Communitas siue uniuersitas ob crimen seditionis, siue committendo siue omittendo perpetratum, ciuilitè & criminaliter puniri potest. Ciuilitè, ut si legis ad resarcienda & emendanda damna condemnatur. Criminaliter, ut si solo adgretur ciuitas, aut Imperiali Banno subijciatur. Secunda conclusio. Communitas quæ Deo rebellis est, ut quæ hæreses amplectitur, earumque authores uel sectatores fouet & defendit, præter eas pœnas, quæ iure tam Canonico quàm ciuili, in hæreticos constitutæ sunt, etiam diuino iure seuerissime plectuntur. Sic enim habet lex diuina.

Si audieris in una ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare illic dicentes. Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos deos non nouisti: interficiens necabis omnes, qui sunt in ciuitate eged gladij, & incendes ciuitatem igni, & erit sine habitaculo in æternum, non reedificabitur etiam nunc, ut auertatur Deus ab indignatione iræ suæ: & dabit tibi misericordiam, & miserebitur tibi, & multiplicabit te, si audieris uocem Domini Dei tui, & obseruaueris præcepta eius. Hæc lex ut olim Iudæos in ueteri Testamento obligauit: ita non minus hodie Christianos Euangelica lege promulgata constringit. Quod si enim ante aduentum Christi circa Deum colendum, & Idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt: quanto magis post aduentum Christi seruanda sunt, quando ille ueniens, non tantum uerbis nos hortatus est, sed etiam factis: De qua re latius in libris de hæreticis scripsimus. Tertia conclusio. Communitates & ciuitates, quæ Rom. Ecclesiæ, & qui huic præest Rom. Pontifici, rebelles fuerint, ut quæ authoritatem eius imminuerint, iudicia contempserint, ac reuerentiam & honorem ei debitum subtraxerint: Quæ item personam ipsius, uel etiam Reuerendissimorum dominorum, Cardinalium, hostiliter insequutæ fuerint, aut contumelijs alijsue iniurijs affecterint: primum Pontificia dignitate hoc ipso priuatæ erunt, deinde Ecclesiastico interdictione subiacebunt: De qua re latius in libris de hæreticis scripsimus. Quarta conclusio. Communitates & ciuitates Rom. Ecclesiæ aut Imperio Romano, & qui his præsunt, Rom. Pontifici & Imperatori Romanorum, rebelles: primū omnia quæ iuris

lason. qui ad hoc allegat multa in conf. 139. quarta partis.

l. metu G. ania maduertendum ff. quid met. caus. l. si usufr. ff. quibus mod. usufr. amit. l. nulla communitas C. de Ep. & Cler.

Deut. 13. & c. si audieris 23. q. 5.

l. Felices de pœnis lib. 6. not in c. Romana G. in uniuers. de sent. excōm. lib. 6. Bar. in extrada uag. qui sint rebelles in uerbo rebelando.

inno. in c. gra-
uem de sent.
excommuni.
et not. in c.
priuilegia. de
re iud. lib. 6. in
gl. et doct.
Ar. C. de iure
fisci l. certa for-
ma lib. 10. et
Bar. in extra-
uag. qui sint
rebelles in uer-
bo rebellando
in fi.

l. si usufr. in-
tus ff. quibus
mod. usufruct.
amitt.

Nacl. lib. 7.
generat. 39.

Platina in
Clemente 5.

Pœna in
cendij.

ciuilibus sunt, amittunt, ut Iurisdictiones, priuilegia, dignitates, Magi-
stratus, &c. Ac propterea priuilegia quoque uniuersitatum, studio-
rum generalium, amittunt ciuitates, quæ propter rebellionem fue-
rint condemnatæ: Ea autem, quæ sunt iurisdictionum, retinent, ut do-
minia rerum. Quamquam & ea ipsa, si à priuatis capiantur, occu-
pantium fiant: sicut & publicantur, si læsæ Maiestatis per senten-
tiam fuerint condemnatæ. Quinta conclusio. Homines ciuitatis

propter rebellionem condemnatæ, ciuitatem amittunt: propter
quod & dimittere eam, & cum omnibus suis bonis ad aliam se
transferre coguntur. Sexta conclusio. Quemadmodum singuli
ab his, quorum sub Imperio sunt, desistentes, non solum ut rebelles,
sed etiam ut criminis læsæ Maiestatis rei, ultimo supplicio puniun-
tur: Ita ciuitates & communitates rebelles, quia & ipsæ crimen læsæ

Maiestatis committunt, pœna summi supplicij afficiuntur. Quod
tum fit, cum uel aratrum in ipsam inducitur: quam pœnam olim
Carthago passa est: Et Bartholus similem se sententiam Henrici
Imperatoris uidisse refert, qua Brixia ciuitatem aratro subiiciendam
esse pronunciauit. Sic Fridericus Imperator, huius nominis Pri-
mus, quem Barbarosam uocarunt, rebellionem ciuitatis Mediola-
nensis uindicaturus, cuncta ipsius mœnia euertit, urbemque solo adæ-
quata, aratrum per circuitum duci, & sal in perpetuam damnatio-
nem seminari iussit. Idem Placentinis & Brixiensibus, ne denuo
à fide desciscerent, secundum iuramenta præstita, præcepit muros
suos & fossata deicere, turres euertere: & eodem modo reliquas
quoque rebellium ciuitates disposuit. Eadem seueritate in Cremen-
ses, & Brixenses rebelles, usus est Henricus Septimus Imperator:
nam & ipse cuncta earum ciuitatum mœnia euertit.

Similis ferè pœna est, quod ciuitates rebelles incendio deuastan-
tur, quam quidem pœnam nostra ætate passum est oppidum Vucin-
spurg, in Ducatu Wuirttembergensi situm: Ita Sueuico foedere publi-
cæ pacis, omniscum adeo Germanicæ libertatis custode fidelissimo, ac
omnium quæ usquam eo tempore exoriebantur, rebellionum acer-
rimo uindice, decernente: quippe propter crudelissimum facinus,
quod in ea seditione, qua ruricolæ Lutheranorum persuasionibus
corrupti, uniuersam prope superiorem Germaniam turbauerant,
in nobilitatem Germanicam, cui tum antiquissimæ & generosæ
profapiæ, ipse generosissimi & fortissimi animi Comes ab Helffen-
stein, tanquam Capitaneus præfuit, immanissime perpetratum est,
exactis primum ciuibus, totum deinde oppidum in perpetuam non
solum tanti sceleris uindictam, sed etiam necessariæ uindictæ me-
moriam & exemplum, incendio consumptum est. Cuius rei ideo me-
minisse libuit, quia & me tum iuuenem, tum uicem publicam, & in pri-
mis dulcissimæ patriæ meæ, ex intimis præcordijs, quantum tum

mihī non solum communis sensus, sed etiam publicæ honestatis ratio suggererat, miserante, Tragœdia illa plusquam cruenta peracta est. Et hæc pœna à solo Principe irrogatur. Nam etsi domus particulares sint priuatorum: tamen ciuitas uniuersaliter considerata, est Principis, sicut & pulchra pallatia ciuitatis. Ideoq; ciuitas sine uoluntate & authoritate Principis destrui non potest. Nam si Prin-

Bar. in extrâ
uag. qui sint
rebelles in
uerbo rebel-
lando.

Sed & Banno Imperiali subijcitur communitas & ciuitas rebellis, quæ & ipsa pœna grauissima est: quod & supra de singulorum rebellium pœna demonstratum est. Septima conclusio. Illud quoq; ad pœnam communitatum & ciuitatum rebellium pertinet, quod non solum ab ipso Principe, & ab ijs, qui rebus publicis præsumunt, pœnis, quas dixi, coërentur, sed etiam à priuatis hominibus, quæ contra Principem ipsæ & Rempublicam deliquerint, uindictari possunt. Nam & priuati homines ciuitates rebelles hostiliter inuadere, earumq; ciues capere, bona prædari, ædificia ruralia comburere, aliaq; in ipsos, quæ in hostes solemus, quasi iure belli exercere possunt. Quæ uero publici iuris sunt ciuitatum, priuati uendicare non possunt: Sicut nec urbana ædificia, quibus destructis, urbs deformatur, comburere possunt. Cæterum multitudo, ut nihil aliud est, quàm singulæ personæ multitudinis, & quæ nullum corpus repræsentant: Ita delictum multitudinis singulos tenet, eosq; nocentes, non uniuersos nec innocentes. De pœna uero multitudinis, quæ hæreses & falsas doctrinas amplectitur atq; defendit, in libris nostris de hæreticis satis multa scripsimus. Quæ uero ad pœnam earum multitudinum pertinent, quæ prophanis seditiōnibus agitantur, ex sequentibus conclusionibus, quantum quidem ad institutum nostrum pertinet, cognoscere licebit.

Bald. in tit.
de pace const.
in uerb. Ro-
manorum.

l. 3. in fi. ff. de
acquir. rer. do.

Delictum
multitudinis
singulos
tenet.

Prima conclusio. Multitudine seditiosa delinquente, non uniuersi & innocentes, sed perpetrati delicti rei, & nocentes puniuntur. Veluti si collecto cœtu, multi homines in Ecclesiam irruant, ac sacerdotibus & ministris, uel in ipso cultu, uel loco sacro iniuriæ aliquid intulerint, etiamsi leuato uexillo, & pulsata campana id fecerint, si non præcesserit deliberatio & consilium, singuli, non uniuersi huiusmodi sacrilegium perpetrasse dicentur: Propter quod singuli quoq; & iñdem nocentes, non uniuersi, nec innocentes punientur.

Bar. in l. aut
facta q. non
nunquam ff. de
pœnis.

Secunda conclusio. In arbitrio prudentis Irenarchæ positum est, ut ipsam etiam multitudinem puniat, si id è Republica esse, & ad restaurandam publicam pacem & tranquillitatem conducere existimauerit. Primum enim omnium Reipublicæ interest, ne crimina maneant impunita. Deinde, ut ita in facinorosos animaduertatur, ut

V ij pœna

l. ita uulnera-
tus cum multis
cōcord. ibidem
in gl. ff. ad
leg. Aquil.
c. non potest.
23. q. 4.

Lamprid. in
Alexandro.

pcena proſit magis, quàm obſit delinquentibus, & ſalutarem illis
afferat medicinam: tum innocentes etiam à contagione, & ab
instantibus periculis illeſos cuſtodiat. Cum enim contagio pec-
candi multitudinem inuaſerit, diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericor-
dia eſt: Nam conſilia ſeparationis & inania ſunt, & pernicioſa atq̃
ſacrilega. Quia impia & ſuperba ſunt, & plus perturbant infirmos
bonos, quàm corrigant animoſos malos. Qua ſane ratione Ethnici
quoq̃ olim turbas, & multitudines peccātes emendarūt. Sic Alexan-
der Seuerus, integras Legiones exauthorauit: Quirites eos appel-
lans, id eſt, ex militibus factos Paganos atq̃ Quirites. Et idem de
exauthorata apud Antiochiam Legione exclamauit. Quirites di-
ſcedite, atq̃ arma deponite. Quo ſane mirando exemplo depositis
armis, depositis etiam ſagulis militaribus, omnes non ad caſtra,
ſed ad diuerſoria militaria reſſerunt.

Simile eſt, quod ad milites dixit Iulius Cæſar.

Lucanus.

*Vadite meq̃ meis ad bella relinquit fatiſ,
Inuent hæc arma manus.*

Et paulo poſt.

*Vos defecta ſenes exhaustaq̃ ſanguine turba,
Cernetis noſtros iam plebs Romana triumphos.*

Et ruruſus.

*Iam certe mihi bella geram, diſcedite caſtris,
Tradite noſtra uiris ignaui ſigna Quirites.*

Decimare
Legiones.
Budaus in
Annot. in l. 2.
ff. de his qui
not. inſam.

Plutarchus in
Crasso.

Idem etiam ueteribus in uſu fuit, quod ex M. Cicerone colligi-
mus, ut ſi à multis eſſet flagitium rei militaris admiſſum, ſortitione
in quosdam animaduertetur, ut metus uidelicet ad omnes, pcena
ad paucos perueniret. Fuit autem moſ antiquus, quo in Decimum
quonq̃ militem ſortitio animaduertebatur capitaliter: Vnde Deci-
mata Legionis appellata eſt, ut alibi doctiſſimus declarat Bu-
daus. Hanc morem ſequutus M. Craſſus, aduerſus Spartacum de-
lectus Imperator, milites, qui contra mandatum eius pugnam cum
hoſte parum foeliciter conſeruerant, primum quidem abiectis armis
ad ſe fugientes, ſumma ignominia excepit: Deinde iterum armatis
concedens, ſponſores ab eis armorum ſeruandorum poſtulauit, &
ex eis quingentos, qui primam fugam in acie ceperant, quicq̃ alijs
timendi fuerant auctores, in Quinquaginta Decurias partiti eſt.
Inde ex earum qualibet unum ſorte delegit, quem in totius exercitus
oculis ultimo affecit ſupplicio: peruetuſtum ſane Romanorū punien-
di morem, in conſuetudinem reuocans, qui non minorem damno
ignominiam continet, plurimumq̃ aſpicientibus horrorem incurit.

Tertia

Tertia conclusio. Quoties à populo aut à turba peccatur (quia in omnes propter multitudinem uindicari non potest) inultum solet transire, Ideoque priora dimittenda sunt Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauenda: quia hoc casu peccante multitudine, seueritati aliquid detrahitur, & locum habet, quod Canon dicit, Non aspere, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium: Quin potius cum multitudo corrigi non potest, & idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus, ut per illud signum quod Ezechielii sancto reuelabatur, illæsi euadere ab eorum uastatione mereamur.

Quarta conclusio. Vbi autem male aliquid à multitudine fit, & quasi ex autoritate defenditur, non debet dormire seueritas. Nam quæ est illa iustitiæ inimica bonitas, palpare criminosos, & uulnera eorum usque in diem iudicii incurata seruare?

Omniùm autem maxime proderit, ut turba iniquorum, cum facultas est in populis promendi sermonem, generali obiurgatione feriat: & maxime, si occasionem atque opportunitatem præbuerit flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis uapulare.

De Calumniatoribus legum, & poenis eorum, Cap. X.



Am & qui crimini seditionis alia facinora adiungunt, grauius puniendi erunt, siue singuli, siue uersi. Ut si blasphemia in Deum & Sanctos eius, si sacrilegium, si furtum, si rapina, si plagium, abigatus, incendium, raptus uirginum, aliaue his similia perpetrarint seditiosi, præter poenas generaliter in seditiosos constitutas, eorum etiam criminum, quæ seditioni accesserint, poenam sustinebunt. Ac de poena blasphemorum, sacrilegorum, incendiariorum, & quorundam aliorum criminum, quæ falsarum doctrinarum assertionibus & schismatibus, præterquam ab hæreticis & schismaticis adiunguntur, in libris de hæreticis. De poenis autem calumniatorum, detractorum, delatorum, & falsorum accusatorum, in libris nostris, quos de calumnia scripsimus, satis à nobis dictum est. Nunc de poena eorum dicendum erit, qui iuste positas leges, tam Canonicas quam ciuiles, calumniantur. Quod & ipsum crimen seditioni adiunctum, ac omnibus ferè seditiosis peculiare est, ut supra demonstrauimus. Id autem tribus modis facere consueuerunt. Quidam enim eo nomine leges abrogandas esse dicunt,

V in quia

Alia crimina seditioni adiuncta.

Seditiosi abrogant leges.

c. quoties
i. q. 7.

c. comessationes
4. 4. dist.

c. non potest.
23. q. 4.

Ezech. 9.

c. si quis
50. dist.

d. c. non potest.
23. q. 4.

Authoritas
condendi
Canonos.

Coniuitia
in uniuersitatibus.

Hæretici
sunt tales
coniuitiatores.

c. 1. 2. dist. c.
generali de
elect. lib. 6. gl.
in c. nulli fas.
19. dist.

Panor. in c.
cum non liceat
de prescrip.
c. in istis 4. dist.

Calumniæ
in leges &
Canones.

Pœna in
calumniatores
legum.
l. nemo c. de
sum. tri. & fid.
Cath.

l. ff. ad leg.
Cor. de fals.

quia non sint latae ab his, qui condendarum legum potestatem habent. Quod ferè omnes semper solent hæretici, qui sanctorum Patrum & Conciliorum Decreta, quos sacros Canones appellamus, ideo reiiciendos esse clamant: quia neque Ecclesia Romana, nec qui illi præest Romanus Pontifex, nec sacrosanctæ Synodi, siue uniuersales siue locales, condendorum Canonum habeant auctoritatem. Quin & scholas Catholicas, & Vniuersitates studiorum generalium, & qui in his literas diuinas & sacros Canones, ad sensum sanctæ et Catholicæ Ecclesiæ, quæque adeo Spiritus sanctus flagitat, & Catholicorum Doctorum captui suggerit, profiteritur: Synagogas Diaboli, & falsarum & incommodarum opinionum confectores & astructores, eaque quæ docent figmenta humana, inanes nugas & uanitates appellant. Quoniam autem qui talia asserunt, id est, qui sanctam & Catholicam Ecclesiam, & sacrosancta Concilia statuendorum Canonum auctoritatem habere negant: quique conditos & receptos à Catholica Ecclesia Canones, quasi uim legum non habentes, reiiciunt, ac auctoritatem interpretandarum scripturarum approbatis Ecclesiæ Doctoribus derogant, hæretici sunt: merito hæreticorum quoque pœnam sustinebunt.

Alij leges eo ipso reiiciendas esse dicunt: quia iniuste eas ipsas latas esse existimant. Contra quos dicit Canon. In istis temporalibus legibus, quanquam de his homines iudicent cum eas instituunt: tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. De qua re & aliàs fusius scripsimus.

Alij leges tam Canonicas quam ciuiles, tanquam iniustas calumniantur: quia uerbo Dei contrariæ sint. Quod nostra ætate faciunt hæretici & schismatici, qui Canonicas ac Imperiales Constitutiones, ad conseruandam sanctæ Romanæ Ecclesiæ auctoritatē, atque Ecclesiasticam auctoritatem latas, tanquam diuino uerbo aduersantes, & in primis cum ipsorum conscientia minime consentientes, abrogandas esse contendunt: Alias etiam eo nomine abijciunt, atque condemnant, quod corpori legum ciuiliū ementito falsorum aucthorum & Legumlatorum titulo sint insertæ. Ac in tales legum calumniatores locum habet pœna, quæ à Martiano Imperatore in eos constituta est. Qui, quæ semel iudicata, ac recte disposita sunt, reuoluere et disputare contenderint, ea est: Vt si Clericus fuerit, à consortio Clericorum remoueatur. Si uero militia præditus fuerit, cingulo spoliatur. Cæteri, si liberi sint, de ciuitatibus expulsi, in exilium aguntur, pro uigore iudiciario, etiam competentibus supplicij subiugandi. Si uero serui, seuerissimis animaduersionibus plectentur.

Alij falsis & abrogatis Constitutionibus, tanquam ueris utuntur. Et his secundum ueterum Constitutiones, lege Cornelia aqua & igni interdicitur, Nouo autem iure de his Iustiniani

Imperato-

Imperatoris Constitutio extat, quæ sic habet. Sciant, inquit, omnes, tam litigatores, quàm disertissimi Aduocati, nullatenus eis licere de cætero Constitutiones ex ueteribus tribus Codicibus, uel ex his, quæ nouellæ Constitutiones ad præsens tempus uocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solo eidem nostro Codice inferis Constitutionibus necesse esse uti: falsi crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint, cum sufficiat earundem Constitutionum nostri Codicis recitatio, adiectis etiam ueterum iuris Interpretatorum laboribus, ad omnes dirimendas lites.

Alij iustas leges, quas negare non possunt, prudenter & iuste Depravare esse latas, deprauando corrumpunt. Quod omnium maxime hæretici solent, qui leges non solum humanas, sed etiam diuinas falsis uel adiectionibus, uel detractationibus, uel compositione falsa, uel detorta allegatione, uel interpretatione falsa deprauant: Vt late de hac re in libris de hæreticis scripsimus.

Qui igitur leges, siue Ciuiles siue Canonicas, ad eos quos dixerim modos, deprauant, atq; corrumpunt, lege Cornelia de falso tenentur. Sed nec ius ciuile calumniari, nec uerba eius captare: quin potius qua mente unaquæque lex lata sit, animaduertere oportebit. Qui enim uerba legum captant, ac non uerum earum sensum amplectuntur, fraudem legi facere existimantur: Maxime uero, qui sacris doctrinis aduersantes, uerba scripturarum, non secundum traditionem Patrum, sed iuxta suum sensum, ac propriam ingenij uirtutem uel intelligentiam docent. Sunt enim multa uerba in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi unusquisq; sponte præsumpserit: Sed quæ res maximam in se habet blasphemiam, ut qua sensus scripturarum, quem sanctus Spiritus flagitat, inuertitur, & agnita diuina ueritas impugnetur. Itaq; non sensus extrinsecus, alienus, & extraneus, in scripturis sanctis quærendus est, ut quoquo modo ex scripturarum authoritate confirmetur: sed ex ipsis scripturis sensus capiendus est ueritatis. Qui secus faciunt, ac scripturarum uerba captantes, sensum ueritatis inuertunt, pro hæreticis habendi sunt: Quorum & doctrina anathematizanda est, & ipsi ut hæretici seuerissime puniendi.

*c. de iustitia
no cod. cōfir.
§. hunc igitur
Panor. &
doct. in c. nos
uit. de iud.*

legum sensus.

*l. hodie ff. ad
leg. Cor. de
falsis. l. si quis
id quod ff. de
iurisd. omniū
iud.*

*L. pe. ff. ad
exhib. Bal. in
l. benignus ff.
de legib.*

*c. relatum
37. dist.
c. hereses 24.
q. 3.*

De seditiosis, qui Iudices & Magistratus calumniantur,
deq; poenis eorum, Caput XI.



Quid Ca-
lumnia.

L. si. C. de
accus. & l. si.
C. de calum-
niatoribus.

Deut. 19.
Exod. 20.

L. i. ff. ad leg.
Cor. de Sica.
Bald. in c. i.
uers. quod falso
de pace tened.

Canon
contra de-
tractores.
c. ex merito
6. q. 1.
Psal 49.

On solum autem iura & leges, sed etiam Iudices & Magistratus, quibus earundem exequutio deman-
datur, calumniantur, eorumq; famæ & uitæ insi-
diantur seditiosi. Quod & ipsum crimen seditioni
adiunctum est, & ob id competenti etiam pœna
coërcendum. Est autem Calumniâ, per quam falsa
crimina scienter innocentibus intenduntur, siue in iudicio per accu-
sationem & falsa testimonia: siue extra iudicium per conuitia, fa-
mosos libellos, prodiciones, detrectationes, aliasq; similes alienæ
existimationis offendendæ technas.

Est igitur prima & eadem generalis calumniatorum pœna, ut
similitudine supplicij coërcantur, id est, eadem pœna, quam con-
fessus conuictusue, qui calumniam patitur, sustineret, plectantur.
Sic enim habet lex. Quisquis crimen intendit, non impunitam
fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad uindictam
poscat similitudo supplicij. Huic haud dissimilis est pœna, qua lex
diuina in falsos testes constituit. Si steterit, inquit lex, testis mendax
contra hominem, accusans eum præuaricationis: stabunt ambo,
quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum, & iu-
dicum, qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentissime perscrutan-
tes inuenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum menda-
cium: reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de
medio tui, ut audientes ceteri timorem habeant, & nequaquam talia
audeant facere. Non miseraberis eius, sed animam pro anima, oculo
pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro
pede exiges. Sed & iure ciuili cautum est, ut qui operam dat,
quo quis falsum iudicium profiteatur, ut quis innocens conueniatur
uel condemnetur. Item qui falsum testimonium dolo malo dixerit,
quo quis publico iudicio rei capitalis damnetur: quiue Magistratus
iudexue quæstionis, sub capitalem causam pecuniam acceperit, ut
publica lege reus fiat, lege Cornelia de Sicarijs teneatur.

Porro de pœna eorum, qui falsis detractionibus aliorum famam
& existimationem lædunt, sic habet Canon. Caueat unusquisq; ne
aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne ipse aut alijs de-
trahat, aut alios detrahentes audiat. Sedens, inquit Propheta, aduer-
sus fratrem tuum loquebaris detrahendo, & aduersus filium matris
tuæ ponebas scandalum. Parcant singuli detractioni linguæ, custo-
diantq; sermones suos, ut sciant, quia cuncta quæ de alijs loquuntur,
sua sententia iudicabuntur, nemo inuito auditori libenter refert.
Officium singulorum sit, non solum oculos castos seruare, sed etiam
linguam,

linguam, nec quod in cuiusq; domo agatur, alia domus unquam per eos nouerit: habeant omnes simplicitatē columbæ, nec cuiquam machinentur dolos & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs. Sed & homicidæ sunt, non solum qui manibus hominem occidunt, sed etiam quorum consilio, fraude, & exhortatione homines extinguuntur. Similiter detractores, quia & qui occidit fratrem suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicida esse demonstratur. Est autem detractor, qui quæ à Deo alicui collata sunt, negat uel inuertit. Velui qui sapienti sapientiam, casto castitatem detrahit: uel qui, quæ bono zelo fiunt, ea malo zelo fieri afferunt: Sicut Iudæi dicebant, Christum in nomine Beelzebub demonia enecere. Ac illorū quidem pœna est diuina, ut uitā æternam non habeant, dicente Apostolo. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est: & scitis quoniam omnis homicida non habet uitā æternam, in se manentem. Humana, ut quasi calumniatores, & alienæ famæ insidiatores puniantur.

Præterea infamia notantur, & à communione fidelium separantur detractores, nec ad ferenda testimonia admittuntur: De qua re ita Anacletus Papa. Deteriores sunt, inquit, qui doctorum uitam moresq; corrumpunt his, qui substantias aliorum prædiacq; diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt. Nostri quoq; detractores, & morum corruptores nostrorum, siue qui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos decipiunt, & ideo iuste infames sunt, & merito ab Ecclesia extorres fiunt, &c.

Et Clericus maledicus degradatur, nec unquam absq; satisfactione ad officium reuocatur. Quin & iniuriarum tenentur ijs, quorum famam falsis detractationibus læsisse conuincuntur: Et si qui ob infamiam & egestatem iniuriarum iudicium contemnere, nec læso satisfacere possint, eam rem iudex acrius in eos exequetur, ut qui non habent in ære, luant in corpore. Nam pro qualitate personarum uel fustibus subiiciuntur, uel exilio temporali, uel interdictione certæ rei coërcentur. Si quis uero librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ædiderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiam si alterius nomine ædiderit, uel sine nomine. Item. Qui ædendum, emendum, uendendum ue curauerit. Similiter si quis famosum libellum siue domi suæ, siue in publico, uel quocunq; loco ignarus repererit, non statim corruperit, uel igni consumpserit, sed uim eius manifestauerit: de iure civili, quasi auctor huiusmodi libelli, capitali sententiæ subiacebit. De iure aut Canonico, Iesu Christi corporis & sanguinis participatione priuabitur. Et si tanti mali sibi conscius & prohibitus, corpus & sanguinem dum percipere præsumpserit, anathematis ultione percutietur; & si illam quoq; pœnam cōtempserit, flagellis quoq; subigetur.

Sic

*c. periculose de poenit. dist. 1.**c. homicid. de poen. dist. 1.**Gl. in d. c. homicidiorum de poen. dist. 1.**Matth. 12.**1. Ioh. 3.**c. deteriores 6. q. 1. Archi. in c. summa iniquitas 6. q. 1.**c. Clericus maled. 4. 6. dist. 1. si quis iniur. & l. si. ff. de iniurijs.**l. lex Cornel. § si quis librum ff. de iniurijs.**l. unica C. de fam. libellis.**c. quidā 5. q. 1.**c. qui alterius 5. q. 1.*

c. si peccauerit
2. q. 1.

Sic nec immunes à pœna sunt, qui aliorum occulta peccata reuelauerint: Est enim grauissimum peccatum, occultum proximi peccatum reuelare. Nam qui solus nouit, quod alius in ipsum peccauit, & eum coram omnibus arguit, non corrector, sed proditor est erroris, ut inquit Sapiens. Et qui reuelat arcana, fraudulenter ambulat. Et iterum. Quæ uiderint oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum.

Proverb. 11.

Sed nec pœna uacabunt, quorum consilio & opera, innocentes existimationis bonorum uel iacturam passi esse dicentur: qui uel tale aliquid reuelauerint, quo Respub. detrimentum patiat. Omnium uero seuerissime puniendi sunt, qui innocentium uitæ insidiati fuerint, ut qui clam, uel palam eos occiderint, aut ut occidantur, opẽ auxilium uel præstiterint. Nam qui hæc atq; his similia necandorum hominum causa perpetrauerint, lege Cornelia de Sicarijs tenentur.

ff. & C. ad
leg. Cor. de
Sicar.

Atq; hæc sane crimina grauissima quidem in suo genere esse constat, quod & ex genere pœnarum, quibus coërcentur, facile cognoscere licet. Siquidem ex seueritate pœnæ, simul etiam atrocitas delictorum cognoscitur. Sed quæ multò redduntur atrociora, & ob id grauioribus etiam pœnis plectenda, si in Magistratus, aliasq; personas publicas admittantur. Nam crimina quæ in priuatos perpetrata priuata essent, si in personas publicas committantur, uel usurpando uel offendendo, publica fiunt: ut non solum publico iudicio uindicentur, sed etiam unicuiq; de populo ea ipsa uindicandi potestas concedatur. Cuiusmodi sunt priuati carceris usurpatio, Legatorum uiolatio, & similia.

Bald. in Rub.
c. qui accus nō
poss. l. 2. ff. de
publ. iud. Bald.
in l. reos C. de
accus.

ff. de postul. l.

1. in princip.

ff. de iurisd.

omnium iud. l.

si familia.

2. q. 7. c. si quis

Episcopo.

Oldr. conf. 7.

L. 1. C. de

priuatis car-

ceribus.

Sic & propter eandem rationem publicum crimen esse dicimus, quod in Deum & sanctos eius committitur. Item quod in sacrosanctam Religionem nostram, in sacerdotes, & ministros Ecclesiæ perpetratur.

Quibus modis in crimine seditionis procedendum sit, Caput XII.

L. prolatam
C. de sent. &
interl. om. iud.

In extrauag.
qui sint rebel.
Petr. Cor. cōf.

96. 4. partis.

Bald. conf. 96.
3. partis.



Nerimine seditionis, ut in cæteris quoq; delictis, solitus iudiciorum ordo seruandus est: ut nemo nisi confessus uel conuictus, ac per sententiam rite condemnatus, puniatur. Nam etsi rebelles sint, & appellentur etiam, qui occultæ rebellionis opera faciunt, ut Henrici Imperatoris constitutione declaratur: tamen ut rebelles puniri non possunt, nisi de rebellionē legitime condemnati: siue corporalis, siue pecuniaria, aut alia quæcunq; pœna imponenda sit. Nam nec priuilegia amittunt seditiosi, nisi de seditionis crimine condemnati, ut alibi inquit Baldus.

Vnde

Vnde quod Paul. de Castro alibi diffinit, rebellem non esse, nisi qui condemnatus sit, de pœna rebellibus imponenda accipiendum esse puto: non de nomine, & esse rebellium. Nam etiam non condemnati rebelles sunt & appellantur. Sed qui tamen ut rebelles, nisi per sententiam condemnati, rebellium pœna affici non possunt.

Paul. de Cast.
conf. 212. in se-
cunda parte.

Porro in crimine seditionis, maxime uero rebellionis & læsæ Maiestatis proceditur, per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem, summarie & de plano, sine strepitu & figura iudicij: ut Henrici Imperatoris Septimi constitutione declaratur, cuius hoc loco uerba inserere libet, quæ sic habent. Ad reprimendum multorū facinora, qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduersus Romanum Imperium (in cuius tranquillitate, totius orbis regularitas requiescit) hostili animo armati conantur, nedum humana, uerum etiam diuina præcepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum Principi sit subiecta, sceleratissimis facinoribus, & assiduis rebellionibus demoliri, ne ex eorū absentia in detestando læsæ Maiestatis crimine, processus & à sententia retardentur, & tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita: Hac edictali, Deo propitio, perpetuo ualitura lege sancimus, ut in quocūq; læsæ Maiestatis crimine, & maxime, ubi contra Romanorum Imperatores & Reges, aliquid, quod dictum tangat, asseratur commissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem, summarie & de plano, sine strepitu & figura iudicij, pro ut illi, qui Iurisdictioni præest, uidebitur expedire. Ad hoc, Si qua communitas, corpus uel collegium, uel alia quæuis persona, cuiuscunq; status, dignitatis, uel conditionis existat, super dicto crimine per nuncium, uel per literas, seu per edictum publice propositum, citata uel citatum neglexerit in termino personaliter, uel legitime comparere: contra ipsam uel ipsum perinde ac si præsentialiter omnibus interesset, uel lis foret legitime contestata, tam ad receptionem testium, & eorum publicationem, & sequentia, quàm ad diffinitiuam sententiam, & eius executionem procedatur, legibus & consuetudinibus non obstantibus quibuscunq;.

In extrauag.
ad reprimend.
quomodo in
cri. lese Mal.
proced. sit.

Rom. 13.

Cæterum, quæ ad accusationem, inquisitionem, denunciationem, omnemq; adeo processum, tam plenarium quàm summarium in ciuilibus & criminalibus, ac partes eorum, quæ sunt, citationes, petitiones, exceptiones, & defensiones, probationes, sententiæ, &c. pertinent: plene à nobis in libris de hæreticis & schismaticis disputatum est. Quorum sane usus, quoniam seditionibus omnibus, & quæ ex causis sacris, & quæ ex prophanis descendunt, communis est: non alienum fuerit, quæ specialiter de processu in causis hæresum à nobis scripta sunt, ea communiter ad causas quoq; prophanarum seditionum accommodare. Illud tamen hoc loco addere libet, quæ de processu in causa rebellionis, & criminis læsæ Maiestatis sancita sunt, ut horum:

Inno, quem
omnes sequuntur
in c. 1. de
cōstit. Latissime
me Hip. de
Marf. in l.
unus S. cogni-
turum ff. de
quest.
Bal. in prælud.
feud. in 18. col.
gl. in l. pe. ff.
ex quib. caus.
maior.
Latissime
Francis. de
Aretio conf.
163. cl. Pasto-
ralis de re iud.
cum similib.
Abbas in c. cū
non ab homine
de iud. quem
alleg. & seq.
foli. in c. Ru-
dolphus de re-
scriptis.
L. constitut. ff.
de appella.

horum criminum rei, non nisi citati, defensi, & rite condemnati, puniri possint: Ea in obscuris tantum non notorijs, nec quæ moram non recipiunt, locum habere. Nam in enormibus & notorijs, non est necesse iudicarium ordinem obseruari: maxime in personis eorum, quos damnatos statim puniri publice interest, sicut & aliàs in enormibus iura transgredi permissum est. Vt Innocentio placuit, cuius sententia ab omnibus communiter recepta & approbata est.

Ac propterea in notorijs, etiam non citatus condemnari potest, etiamsi in alijs causis sententia in non citatum & defensum lata, sit ipso iure nulla: maxime, si crimen ita notorium sit, ut nulla declaratione indigeat, certumque sit, nullam etiam defensionē reo competere.

Sic nec sententia opus est in notorijs, etiam declaratoria: nec appellatio eorum recipitur, quos publice interest damnatos statim puniri, ut latrones, seditionum concitatores, & duces factionum.

Alia ad eandem rem pertinentia diligentissime à Bartholo, perspicacissimo simul & diligentissimo iuris Interprete, in ijs commentarijs, quos in præfatam legem scripsit, explicantur: quæ & nos exactius aliquanto in quibusdam libellis nostris, de rebellionē Schmal-kaldicæ factionis, in Germanica lingua scriptis, sed nec dum tamen in lucem æditis, discussimus. Quæ uero ad usum & exercitium, & ut uocant, praxim prædictæ constitutionis pertinent, etsi crimen ipsum læsæ Maiestatis & rebellionis à multis retrò Romanis Principibus, legitimis in rebelles ipsos irrogatis pœnis, uindicatum fuerit, tum certus etiam in cognoscendo iudicandoque processus & ordo seruatus: tamen huiusmodi processuum nulla ueterum Principum (quæ tamen ædita fuisse credibile est) exempla cernuntur: Etsi alicubi sunt, tamen quo minus in lucem prodierint, hæcenus in occulto retenta fuerunt. Hodie autem duorum tantum in rebelles processuum exempla extant, ea uidelicet, quæ anno salutis M. D. XLVI, & anno XLVII. à Gloriosissimo & Inuictissimo Romanorum Imperatore Carolo, huius nominis Quinto, ædita sunt, quorum alterum ad duo illa Schmal-kaldicæ coniurationis capita, Ioannem Fridericum Ducem Saxonix, & Philippum Landgrauium Hafsix communiter: Alterum uero, ad præfatum Saxonix Ducem proprie pertinet. In quorum priore illo præfatus Dux, & Philippus Hafsix Landgrauus, tanquam læsæ Maiestatis rei, rebelles, & publicæ pacis uiolatores Imperij, Imperiale Bannum, aliasque pœnas iuris incidisse, per sententiã Imperatoris declarantur. In altero uero, in prædictum Saxonix Ducem, ab Imperatore armata manu uictum & captum, capitalis sententiã pronuntiatur, qua ipsum gladio ultore, ultimo supplicio afficiendum esse declaratur. Quorum processuum, quoniam ab Imperatore in celebrioribus Imperij locis publicati, ac typis etiam Chalcographicis excusi, ac omnibus in super uenales

uenales expositi fuerunt: Dubium non est, quin hodie passim per totum Imperium exposita extent exempla, ut iam non opus sit, illorum seriem hoc loco recitare, aut his scriptis nostris inserere.

Illud tantum admonitos esse uelim omnium rerum publicarum administratores, qui obedientiæ Romani Imperatoris subiecti sunt, ut horum processuum exempla in archiuis publicis retineant, ut his ipsis, quoties usu uenerit, admoniti, & ipsi sua officia summa cum fide adimplere, & subditos quoque eorum ipsorum admonere, & in obedientia retinere possint.

De uindicta diuina in seditiosos,
Caput XIII.



Actenus de pœnis humanis diximus, quæ scilicet humanis Constitutionibus in seditiosos sancitæ sunt. Etsi autem de eodem crimine nõ debeat sæpius referri quæstio: tamen nulla pœna humana quantumlibet grauis & seuera, diuinam pœnam excludere potest. Nam si humanarum pœnarum ea conditio est, ut quæ inter se certum ordinem habent, alia alterius neque dispositionem, neque executionem suspendere impedire uel possit: quanto magis fixa semper erit, ac nulla humana pœna impedienda uel excludenda, quæ semel in facinorosos constituta fuerit uindicta diuina.

Pœnam diuinam non excludit humana. Bald. in l. 1. C. de sum. tri. & fid. Cath.

Est autem pœna diuina, quæ ab ipso Deo, uel à Dei ministris, Angelis uel hominibus, mandante Deo, uel diuina lege præcipiente, delinquentibus irrogatur. Et est duplex: Æterna, & Temporalis.

Etsi autem à Propheta dictum sit, Non iudicabit Deus bis in idipsum: tamen non ideo, qui à Deo temporaliter puniuntur, non erunt etiam, si inter flagella pœnitentiam non egerint, æterna pœna cruciandi. Nam qui inter flagella duriores fiunt, instar Pharaonis, præsentibus æterna connectunt, ut temporale supplicium, sit eis æternæ damnationis initium.

Num. c. 1.
De pœnit. dist. 3. c. sunt plures S. authori.

Primum igitur temporaliter Deus per se puniuit Adam, quem propter præuaricationem diuini mandati, de Paradiso eiecit: multos etiam per ministros Angelos puniuit, qualis uindicta fuit, quam Dominus de Rege Assyriorum per Angelum sumpsit. Egressus est, inquit Propheta, Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum Centum octoginta quinque millia, & surrexerunt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum.

Gen. 3.
Esa. 37.
4. Reg. 19.
Eccles. 48.

Sic uiros Sodomorum domum Lothi circundantes, percussit Angelus, siquidem omnes à minimo usque ad maximum cæcitate percussit,

Genes. 19.

13. q. 3. c. 100
mittuntur.

percusserunt. Per homines autem Deus punit peccata, aliquando quidem nescientes: aliquando scientes. Per nescientes, sicut per Sennacherib, & per Nabuchodonosor Regem, & per Antiochum, & per Principes Romanorum, & per nonnullos Reges Gentilium, populum Israëliticum delinquentem aliquando afflixit, aliquando captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per Prophetam. Virga furoris mei Assur, ipse autem non cognouit. Etsi autem ministri Dei sunt, per quos Deus diuina iustitia peccatores punit: tamen & ipsi diuinam uindictam haud euitant, si in superbiam elati, uictoriam, quam assequuntur, non diuinæ potentæ, sed suis uiribus attribuunt.

Esai. 10.

Assur, uirga diuinæ uindictæ.

Vnde de Assur dicit Dominus. Væ Assur, uirga furoris mei: & baculus ipse est, in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor eius non ita æstimabit: sed ad conterendum erit cor eius, & ad internicionem Gentium non paucarum. Et paulo post. Et erit, cum impleuerit Dominus cuncta opera sua in monte Syon, & in Hierusalem: Visitabo super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in sapientia mea intellexi: & abstuli terminos populorum, & Principes eorum deprædatus sum, & detraxi quasi potens in sublimi residentes, & inueni quasi nidum manus mea fortitudinem populorum: & sicut colliguntur oua, quæ derelicta sunt, sic uniuersam terram ego congregaui, & non fuit, qui moueret penam, & aperiret os, ut ganniret. Nunquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur? Quomodo si eleuetur uirga contra eleuantem se, & exaltetur baculus, qui utiq; lignum est. Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatem, & subtus gloriam eius succensa ardebit, quasi combustio ignis, &c.

1. Mach. 2.

Sic Antiochus, per quem Idolatriam Iudaicæ plebis Dominus punire decreuerat, & Romanos per quos peccatum mortis Christi uindicare statuerat: quia Dei dispositionem ignorantes, uictoriam sibi à Deo in uindictam gentis peccatricis concessam, suis uiribus ascripserunt, imprecationes diuinas audiunt. Qualis est illa Prophetæ. Effunde iram tuam in gentes, quæ non nouerunt te, & in regna, quæ non inuocauerunt nomen tuum: ne forte dicant in Gentibus, ubi est Deus eorum. Item. Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt: & qui multa maligna operati sunt, monumenta uictoriæ suæ posuerunt in medio atrio tuo.

Psal. 78.

Psal. 73.

Numeri 31.

Per scientes peccata puniuntur, Sicut Deus per filios Israël punire uoluit

uoluit peccata Amorrhæorum & Cananæorum, & aliorum Gentium, quarum terram Israëlitis possidendam dedit, quibus etiam præcepit, ut nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent.

Sed & mali interdum excitantur ad puniendum peccata bonorum, ut tandem per bonos correctos, ipsi quoque puniantur: Sicut in libro Iudicum legitur de Iabin Rege Cananæorum, & de Madianitis, quod propter Idolatriam populi suscitauit eos Deus, ut Israël affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei, sub manibus eorum diutius afflictus, peccatum suum recognosceret, & per Pœnitentiam sibi Deum placaret: Dei præcepto & Barach comitatus Delboram Prophetissam uxorem Lapidoth, Iabin Regem Cananæorum, & Zizaram Ducem exercitus sui, contriuit, & Gedeon, Zebæ & Salmana Reges Madianitarum, & Oreb & Zeb Duces eorum, morti tradidit.

Ad eundem igitur modum, seditiosi quoque semper à Deo puniti sunt. Cuius rei inter multa exempla, quæ in historijs sacris referuntur, unum tantum, quod de Chore, Dathan & Abyron proditur, proferre libet: Vt quo non solum atrocitas delicti cognoscenda, sed etiam diuinæ uindictæ seueritas timenda proponuntur. Hic nimirum collecto cœtu filiorum Israël, quippe Ducentorum quinque-
 ginta uirorum Procerum, insurgentes contra Moysen & Aaron, primum quidem aduersus utrumque nimis superbe ac seditiose. Sufficiat uobis (inquiunt) quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur eleuamini super populum Domini? Deinde ad Moysen conuersi, quia eos ne sacerdotium sibi uendicarent, & ne contra Aaron starent, admonuerat Moyses, simul atque ut altero die unusquisque cum turribulo suo, ad offerendum incensum uerent, præceperat, ut sic appareret, qui electi à Domino sancti essent: Ipsi tam paternæ admonitionis impatientes (quod omnibus fere seditiosis semper peculiare fuit) impudenter ac proterue responderunt. Non uenimus, nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra Ægypti, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Re uera induxisti nos in terram, quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & uinearum, an & oculos nostros uis eruere? non uenimus. Hacenus atrocitatem rebellionis exposuit scriptura. Deinceps seueritatem uindictæ declarabit, quæ quo magis multitudinis infingeretur animis, qualis & quanta ea esset futura, & quam non ab homine, sed à Deo esset immissa, priusquam ea inferetur, his uerbis exposuit Moyses. Primum enim præcipiens uniuerso populo, ut separaretur à Tabernaculis Chore, Dathan & Abyron, dixit. Recedite à Tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere, quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum, Deinde mox insequuntur pœnæ atrocitatem

citatem ingerentis. In hoc scietis, inquit, quod Dominus miserit me, ut facerem uniuersa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: Si consueta hominum morte interierint, & uisitauerit eos plaga, qua & cæteri uisitari solent, non misit me Dominus. Sin autem nouam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum, degluriat eos & omnia, quæ ad illos pertinent, descendentiq; uiuentes ad Infernum: scietis, quod blasphemauerint Dominum. Quibus ita per Moysen dictis, statim insequuta pœna est. Nam confestim, ut cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus, & aperiens os suum, deuorauit illos cum Tabernaculis suis, & uniuersa substantia eorum, descendentiq; uiui in Infernum: operiti humo, & perierunt de medio multitudinis. Et hæc quidem pœna aucthorum seditionis fuit. Quod sequitur, ad pœnam multitudinis pertinet. Sed & ignis egressus à Domino (inquit historia) interfecit ducentos quinquaginta uiros, qui offerebāt incensum. Et cum die sequenti orta noua seditione & tumultu, omnis multitudo filiorum Israël contra Moysen & Aaron murmurasset, quasi populum Domini interfecissent, ipsis etiam iam pro populo orantibus, magna pars eorum incendio deuastata est. Fuerunt enim, qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum & septingenti, absq; his, qui perierant in seditione Chore.

Pœna in
blasphemū
Leuit. c. 24.

Iam & blasphemix, sacrilegia, rapinæ, aliq; seditionibus adiuncta crimina, à Deo semper punita fuerunt. Ac de blasphemis lex inquit. Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Quo sane exemplo filius Salumith Ægyptius, quia blasphemauerat nomen Domini, & maledixerat ei, extra castra eductus, ab uniuerso populo lapidatus est.

Sacrilegium autem appellamus, primum quod in uerum Deum cultum committitur: Quod ipsum quantum abominetur Deus, quamq; seuerissime semper uindicauerit, multis scripturæ exemplis comprobari potest. Ego ex multis pauca afferam.

1. Paralip. 26.

Ozias Rex ob id, quod oblaturus incensum sacerdotibus resistentibus minatus fuit, percussus est lepra, & ciectus de domo Domini, leprosus fuit usq; ad diem mortis suæ. Nec uero eo tantum peccauit, quod sacerdotibus uim inferre conatus est: sed etiam quia sacerdotum officium usurpauit. Quod & ipsi sacerdotes significant his uerbis. Non est tui officij Ozia, ut adoleas incensum Domino, sed sacerdotum, hoc est, filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiusmodi ministerium. Egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo.

2. Paralip. 29.

Acham Rex, aliq; multi, qui direptis omnibus uasis domus
Dei

Dei atq; contractis, clauerunt ianuas domus Dei, ad iracundiam prouocarunt Dominum Deum patrum suorum. Quod & Ezechias Rex testatur, qui cum ualuas domus Domini aperuisset, & instaurauisset eas, ita ad sacerdotes loquutus est. Audite me Leuitæ, & sanctificamini: mundate domum Domini patrum nostrorum, & auferte omnem immundiciem de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum, in conspectu Domini Dei nostri, dereliquentes eum: auerterunt facies suas à Tabernaculo Domini Dei nostri, & præbuerunt dorsum: clauerunt ostia, quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas, incensumq; non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israël. Concitatus est itaq; furor Domini super Iudam & Hierusalem, tradiditq; eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut & ipsi cernitis oculis uestris. En, corruerunt patres nostri gladijs: filij nostri & filia nostræ, & coniuges captiua ductæ sunt propter hoc scelus.

Et Achon ex mandato Domini lapidatus est, & cuncta quæ illius fuerant, igni consumpta: quia quædam spolia ciuitatis Hierico, quæ Domino consecrata fuerant, usurpauit. Iosue. 7.

Sed & prophanas res de templo surripere, sacrilegium fuit, quod & ipsum grauissime à Deo punitum est. Heliodorus, qui iussu Regis Seleuci templum Hierosolymitanum, pecunia in deposito custodita, ac à Simeone templi Præposito prodita, spoliare conatus est: uirtute diuina subito correptus, flagellatus, plagis uerberatus, in terram concidit, multaq; caligine circumfusus rapitur, & ex templo eijcitur, mutus, omniq; spe & salute priuatus: qui & perisset, nisi oblato pro eo sacrificio à summo sacerdote, in eadem uirtute diuina liberatus esset. Alchimus, quia muros domus sanctæ, & opera Prophetarū destruere cœpit, impedita sunt opera illius, & oclusum est os eius, & dissolutus est paralyti: nec ultra potuit loqui uerbum, & mandare de domo sua. 1. Machab. 3.

Cæterum quæ ad uindictam diuinam aliorum criminum, seditioni adiunctorum, pertinent: in libris de hæreticis, satis à nobis, quantum etiam ad hoc nostrum institutum attinet, discussa sunt atq; declarata. 1. Machab. 9.

DE SEDITIONIBVS

LIBER SEXTVS: QVI EST DE RE

MEDIIS, QVIBVS SEDITIONES NON

modo sedantur, sed etiam extinguuntur: Tum etiam præcauetur, ne semel extinctæ, denuo renascantur.

Quibus modis seditiones, quas potentiorum auaritia peperit, extinguantur, Cap. I.



Equitur sextum remedium seditionum, quod est causarum, ex quibus seditiones oriuntur, remotio: tanto cæteris efficacius, quia superiora illa ad comprimendam & sedandam, hæc uero ad extinguendam etiam seditionem pertinet: tum ad præcauendum etiam, ne semel extinctæ seditiones, denuo renascantur. Siquidem diuisione, transactione, ui armata, & iudiciali animaduersione, id tantum effici-

mus, ut seditio, quæ iam in motu est, ne uel latius serpat, neue ubi grassari cœperit, omnia corrumpat atq; deuastet. At causarum remotione id assequimur, ut nō solum sedentur atq; sopiantur seditiones, sed etiam radicitus extirpentur: ut ne periculum quidem sit, eas ipsas (nisi causæ de nouo emergant) resuscitatum iri. Nam ita natura comparatū est, ut durante causa, duret effectus: cessante, cesset: extincta, extinguatur. Quam naturæ rationem medici quoq; quasi

Medicorū
consuetudo.

Medicorū naturæ & Philosophorum architecti sequuti, in primis operam dant, ut ante omnia morbi causam cognoscant, ac cognitam deinde radicitus euellant. Ita enim fit, ut causa morbi sublata, non ad tempus tantum à morbo subleuetur æger, sed etiam in totum ab eo liberetur. Quid obstat igitur, quin prudens Irenarcha, idem quoq; in depellendo à ciuili Reipublicæ corpore seditionis morbo obseruet: ut primum diligenter causas seditionum inuestiget, & cognitatas in tempore repellat. Sic enim facillime assequetur, ut seditiones iam sopitæ, & instar ignis uelut sub cineribus latentes, non tantum premantur, sed etiam extinguantur. Primum igitur omnium repetenda hoc loco erunt, quæ libro secundo huius operis de causis seditionum scriptissimus: quo facilius, quod de remouendis ipsis consilium daturi sumus,

Excidende
causæ seditionum.

mus,

mus, cognoscere possimus. Ac causas quidem seditionū multas enumerauimus: & harum quidem alias Principales, alias Instrumentales: & Principalium alias Propinquas, alias Remotas. Sed & remotissima causa seditionum est, ex qua ceteræ omnes, tanquam ex radice enascuntur. Hæc nimirum est, uitium illud ex peccato primi parentis nostri Adæ, in carne nostra contractum, id est, rebellio illa carnis aduersus spiritū, de qua dicitur. Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Ex qua omnium seditionum semina producuntur, quæ nimirū sunt opera carnis, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, & his similia; quibus dissensiones, quæ propter auaritiā, ambitionem, metum, cōtemptū, & quæ ob dissimilitudines originis, generis, artium, religionis: item quæ ob negligentiam eorū, qui præsumunt rebus publicis, oriuntur, & si quæ sunt similes, quas nos causas Principales seditionū, sed eas tamen remotas appellauimus. Similiter & Instrumentales, fraudem & uim, & quæ his ipsis coniunguntur, quas Instrumentales nominauimus. Ac remotissima quidem illa seditionum causa (quam rebellionē carnis esse diximus) suppressi quidem & domari potest: extingui autē, & radicitus extirpari non potest, donec locū habeat, quod Apostolus dicit. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione: seminatur in ignobilitate, surget in gloria: seminatur in infirmitate, surget in uirtute: seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Et paulo post. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Remotæ uero seditionū causæ non solum sedari, sed etiam extingui possunt: non quidem perpetuo, sed ad tempus. Neque enim fieri potest, ut radice uirēte, nō aliquando etiam germen aliquod ex ea (nisi reprimatur) paulatim renascatur. Atque eo sane pertinēt hæc & similia. Oportet hereses esse: Necessē est, ut scandala fiant. Quandiu enim mortali hac carne circumdati sumus, tam diu etiam seditionū fomenta in nobis gestamus, in ipsa carne latētia, quæ ad tempus quidem extincta quiescunt: sed cum tempore, ubi non reprimuntur, reuiuiscunt. Sed redeo iam ad causas ipsas, quarū remotionem extinguendarum seditionū remedium esse diximus. In qua re nec iustiora, nec certiora præcepta tradi possunt, quæ multo rerū usu & experientia à ueteribus collecta sunt: quorū alia quidem in historijs, alia in Constitutionibus Principū, & ueterū Iurisprudentū respōsis, descripta & annotata reperiuntur. Primū igitur opera danda erit prudenti Irenarchæ, ut Principes seditionū, factionumque Duces (quos propinquas causas esse diximus) sine alicuius moræ interpositione e medio tollantur. Id autē quomodo fieri debeat, supra declarauimus. Deinde, quod ad remotas causas attinet, singularum naturas diligenter

Causæ seditionum.

Gallat. 5. 1

Causa remotissima seditionū.

1. Cor. 15.

Radix seditionum caro cōtra spiritum. 1. Cor. 11. Matth. 18.

l. constitution. ff. de appella.

Leges con-
tra auaritiā
renouādā.

ff. ad leg. Iul.
repetund. l. 3.
6. & 7.
Venalitas
Magistra-
tuum re-
primenda.

Ad leg. Iul. de
annona l. 2.

L. unica C. de
Monopolij.

Solutio
æris alieni.

Ne repente
fiat emen-
datio.

genter cōsiderabit: ueluti si propter auaritiā eorū, qui Reipub. præ-
sunt, exorta sit seditio, rationem inibit, quomodo radix illa auaritiæ
euellatur. In qua re plurimū proderit, si leges ueterū ad coërcendam
tam Magistratuum, quā priuatorū auaritiā latae, si in desuetudinem
uenerint, renouentur, & ad iustū & legitimū usum reuocentur. Qua-
lis est lex Iulia peculatus, lex Iulia repetundarū, & si quæ sunt similes:
quibus eorum auaritiā reprimatur, qui cum aliquam potestatem ha-
bent, pecuniam ob iudicandum, uel non iudicandum decernendumue
acceperint. Similiter, qui ad accusandum, uel non accusandum, ob ho-
minē in uincula publica conijciendum, uinciendum, uinciriue iuben-
dum, uel ex uinculis dimittendum: ob denunciandum item, uel non
denunciandum Testimonium, condemnandum hominē absoluen-
dumue: ob litem æstimandam, iudiciumue capitis pecuniæue facien-
dum, uel non faciendum, pecuniam acceperint. Similiter, qui ob mili-
tem legendum mittendumue, æs acceperint. Qui item ob sententiam
in Senatu publico, cōsilioue dicendam, pecuniam acceperint: Hi enim
omnes lege Iulia repetundarū tenentur. Sic & lege Iulia peculatus
eorum auaritiā coërcetur, qui ex pecunia sacra, religiosa publicaue
quid auferunt uel intercipiunt, uel in rem suam uertunt. Eodem
fere pertinet auaritiā eorū, qui contra annonā fecerint, societatemue
coierint, quo annona carior fiat: qui lege Iulia de annona puniuntur.

Sed & Monopolarū nimis auaræ societates, conuentiones, & pa-
ctiones dissoluentur. Quibus id agitur, ut species diuersorū corporū
negociationis, non minoris, quam inter se statuerint, uenundentur.

Omnium autē maxime danda erit opera his, qui Reipub. præsunt,
ne sit æs alienū, quod Reipub. noceat, quod multis rationibus caueri
posse putat Cicero: Maxime autē, si hoc non fuerit, ut locupletes suum
perdant, debitores lucrentur alienū. Nec enim ulla res (ut ipse ait) ue-
hementius Reipub. continet, quam fides, quæ esse nulla potest, nisi
solutio rerū creditarū. In primis quæ operā dabunt rerū publicarum
administratores, ut iuris iudiciorūque æquitate, suum quisque teneat: &
neque tenuiores propter imbecillitatē circumueniantur, neque locuple-
tioribus ad sua uel tenenda, uel recuperanda obsit inuidia. Cum

autē sepe fiat, ut æquitate hac neglecta, aliena possideant locupletiores,
suis careant tenuiores, nec commode ob diuturnitatem temporis,
huiusmodi difficultas emendari possit, quod iniquum uideatur: ut
qui agrum multis sæculis possedit, tametsi alienum, eum repente
amittat, & qui non possedit, etiamsi suum iam habeat, non debet
prudens Irenarcha statim ei qui possidet, quod habet auferre, &
qui non possidet, quod non habet dare.

Nam etsi æquitatē aliquam præ se ferre uideatur, ut in diuidendis
agris æqualitas inter locupletiores & tenuiores, proportionis tamen
custodita regula, obseruetur: tamen non carebit tam repentina muta-
tio

tio periculo. Nam ex hac causa Agrariæ contentiones olim Græchos perdiderūt. Et in Græcorū historijs refertur, propter hoc iniurię genus Lacedæmonios Lysandrū Ephorū expulisse, & Agin Regem necauisse, ut Cicero testatur. Ideoq; in tali difficultate media ingrediendum erit uia, ut neq; qui suis careant, neq; qui aliena possideant, plus iusto ledātur. Quamobrem Aratū Sicyonium iure laudandum esse dicit, qui Methodeo Tyranno oppresso, ac Sicyone ciuitate (quam quinquaginta annos Tyranni tenuerāt) liberata, simul atq; sexcentis exulibus, qui locupletissimi fuerāt eius ciuitatis, restitutis, cum magnā animaduertere in bonis & possessionibus difficultatem, quod & eos, quos ipse restituerat, quorū bona alij possederant, egere iniquissimū esse arbitrabatur, & quinquaginta annorū possessores mouere non nimis æquum putabat: propterea, quod tam longo spatio, multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus detinebantur: sine iniuria esse iudicauit, neq; illis adimi, neq; his non satis fieri, quorū illa fuerant, oportere. Cumq; igitur statuisset, opus esse ad eam rem constituendam pecunia, Alexandriam se proficisci uelle dixit, remq; integram ad reditū suum iussit esse. Isq; celeriter ad Ptolomeum suum hospitiē uenit, qui tum regnabat alter post Alexandriam conditā: qui cum exposuisset, patriā se liberare uelle, causamq; docuisset, à Rege opulento uir summus facile impetrauit, ut grandī pecunia adiuuaretur. Quam cū Sicyoniā attulisset, adhibuit sibi in cōsiliū quindecim Principes, cum quibus causas cognouit, & eorū qui aliena tenebant, & eorum qui sua amiserant: perfecitq; æstimandis possessionibus, ut persuaderēt alijs, ut pecuniam accipere mallent, & possessionibus cederent alijs, ut commodius putarent, numerari sibi quod tanti esset, quā suum recuperare. Ita perfectum est, ut omnes, concordia constituta, sine querela discederent.

Pericula
repentinæ
mutationis
Lib. 2. officios

Arati pru-
dentia in
liberanda
patria sine
seditioe.

*Quibus modis seditioes, propter Ambitionem natae,
extinguantur, Cap. II.*



Ambitionem non solum Christiani, sed etiam Ethnici & Gentiles semper fugiendam esse putarunt: sed aliter Ethnici, aliter Christiani. Ethnici ad honores & gloriam contendere, Magistratus & munera petere, non solum non uerterunt uitio, sed uirtutis etiam, & magni animi esse dixerunt: tum quibus rebus ea comparanda esset docuerunt, precium tantum in adipiscendis honoribus interuenire noluerunt. Christiani uero, omnem quidem potestatem bonam esse dicunt, & à Deo ordinatam: ambitionem autem & honorū appetitionem malam. Quia scriptum est. Nec quisquam sibi sumat honorē, sed qui uocatur à Deo ut Aaron: *Omniū autē pessimam, quæ propter largitiones fit, honorū distributionem.*

De Ambia-
tione diuer-
sa sentiunt
Ethnici &
Christiani.

Cicero lib. 2.
officiorum.

Heb. 5.

Ambitio
duplex.

Quid Symonia.

l. dist. c. studeat

c. si quis c.

Saluator 1. q. 3.

Matth. 10.

c. quis studeat

1. q. 1.

4. Reg. 5.

Matth. 27.

Act. 8.

1oh. 2.

Incommoda ex Symonia.

c. fertur G.

vulner. 1. q. 1.

13. dist. c. Nerui.

nem. Quemadmodum autem duplices sunt honores & Magistratus, Ecclesiastici & sæculares: Ita & duplex est ambitio, una Ecclesiasticorum, altera sæcularium honorum: illa Symonia, hæc ambitus appellatur. Symoniam diffinire possumus, ut sit studiosa uoluntas emendi, uendendive aliquid spirituale. Sunt autem spiritualia, quorum pecuniaria commercia prohibentur, Sacramenta Ecclesiæ, ut Baptismus, Eucharistia, Ordo sacer &c. Officia dignitatesue Ecclesiæ, uel Episcopatus Præposituræ, Archidiaconatus: similiter Præbendæ & Beneficia Ecclesiastica. Hæc enim & similia dona Dei sunt, res uidelicet, quæ à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur: De quibus dicitur. *Gratis accepistis, gratis date.* Ideoque qui eas non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra, munere linguæ, uel indebiti obsequij, uel pecuniæ largitur & adipiscitur, Symoniacus est. Est autem atrocissimum crimen Symoniæ, & quod grauissime in utroque Testamento uindicatum esse constat. Giezi enim gratiam sanitatis, Helisæo uindicatæ, leprosus factus, amisit, Iudas omnium Redemptorẽ uendit, mox laqueo suspensus, eandem Redemptoris gratiam non obtinuit: Et merito, quia nemo potest retinere, quod uendidit. Symon etiã Magus, à quo Symonia nomen accepit, cùm eandẽ Spiritus sancti gratiam emere uellet, damnationis sententiam à Petro audiuit. Pecunia tua tecum sit in perditionẽ: quia donum Dei existimasti pecuniã possidere. Dominus etiã, ut uendentes & ementes huius gratiæ expertes ostenderet, cunctos alios peccatores per gratiã in templo dimisit, singulariter uendentes & ementes increpans, & flagellans de templo eiecit, in quo uenditores & emptores suos gratia Spiritus sancti constat destitutos esse & uacuos. Quos enim Christus de templo eiecit, nusquam Spiritus Christi sibi faciet templum. Addo & multa incõmoda peruenire ex Symonia, ac generaliter quidem Principatus, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit: etiamsi moribus & affectibus nõ offendit, ipsius tamen initij sui perniciosus est exemplo. Et difficile est, ut bono peragatur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. Deinde populi quoque salus, cui per Symoniam præficatur Magistratus, negligitur. Vulnerato namque pastore, quis curãdis ouibus adhibet medicinã: aut quomodo populum orationis clipeo tueatur, qui iaculis hostium sese ferendum exponit: aut qualem fructum de sese producturus est, cui graui peste radix infecta est. Maior ergo metuenda est locis illis calamitas, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam prouocant, quam per seipsos placare debuerant. Postremo ipse quoque, qui per Symoniacã prauitatẽ Magistratum Ecclesiasticum adeptus est, eiusmodi perplexitati se inuoluit, ut neque in officio manere, neque id ipsum tuto, & cùm bona cõscientia relinquere possit. De qua re ita scribit Gregorius. Alius, inquit, pensare pondus Ecclesiastici honoris negligens, ad locum

locum regiminis præmijs ascendit, sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet: dum cor plus tribulatione premitur, ad memoriam culpæ reuocatur, doletq; se ad laborem cum culpa peruenisse, quanquam sit iniquum quod admiserit, ex ipsa fractus difficultate cognoscit. Reum se igitur cum impensis præmijs agnoscens, uult adeptæ sublimitatis locum deserere, sed timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: Vult suscepti gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis curæ dimittere, quàm empta possidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde se conspicit esse. Quippe sine reatu criminis, neutrum uidet, si aut susceptus semel grex relinquitur, ac rursus sacra actio seculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine, non digne lugeat, quod non etiam deserens emendat: aut certe regimen deserens, dum aliud fieri nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione cõmittat. Ambitus est, quo Magistratus honoresq; seculares pecunia comparantur. Fuit aut̃ ingens olim Romanorum ambitus, propter immensa cõmoda Magistratuū, qui populi suffragijs creabantur. Quandoquidem mos erat, ut indictis Comitijs, Tribus in Centurias distributæ (Nam populus in Centū turbas diuidebatur) in campum Martium, ex qualibet turba delectis aliquibus, conuocarentur. Erāt aut̃ Tribus Triginta quinque, quibus ita cõuenientibus, libera erat suffragandi potestas. Qui aut̃ Magistratus petebant, Candidati appellabantur: ita dicti, quia in candida ueste siue toga in campum cum clientibus gentilibusq; descēdebāt, Tribus præhensantes, & circūeuntes: Immo et tenuissimos etiam & ignotos homines, quorum suffragijs nitentur rogantes, tum uel per se, uel per communes amicos obsecrantes & obtestantes, ut sibi in consequendis honoribus socij & adiutores essent, atq; in petitione suffragatores. Sed & Nomenclatores sibi adhibebant, qui merita sua uirtutesq; domi forisq; cõmemorabant: quanq̃ postea cautum fuit, ne Candidatis Nomenclatores adessent. Maxime uero elaborabāt, ut adolescentes nobiles & summo loco natos haberent, qui se amicos, suffragatores, duces atq; assertores exhiberēt: cõpetitoribusq; inuidiam, sibi autem studia hominū fauoremq; conciliarent. Hñ quoniam Candidatos sequebātur, se cõtatores appellabantur. Quorū tanta frequentia & assiduitas erat, ut modus quoq; eis per legē Fabiā statutus fuerit: Vt est apud Ciceronē, in oratione pro L. Murena. Atq; ut quatuor genera Comitiorum erant, Ædilitia, Prætoria, Tribunitia, & Consularia: sic & ab his nomina acceperunt Candidati, ut qui Ædilitatem petirent, Ædilitij: qui Tribunatū, Tribunitij: qui Præturā, Prætorij: qui Consulatum, Consulares appellarentur. Nec fraudi cuiquam fuit, hoc modo suffragia populi petere: nec uitio datum, Nomenclatore

Pugna cõscientiæ in Symonia co.

Ambitus Ro.

Candidati.

Nomenclatores.

Seçtatores.

Quatuor genera Comitiorum.

&

Lib. 2. officio-
rum, & in
oratione pro
L. Murena.
Laus Ca-
tonis Can-
didati.

Plutarchus in
Catone Mi-
nore.

Largitio-
nes Candi-
datorum.

Cic ad Qu.
fratrem.
Immensæ
largitiones
in ambitu.

Pecunia
largitionis
apud Cas-
tonem de-
posita.

& sectatoribus, clientibus, nobilibus, & amicis uti. Nam ad hunc mo-
dum incorruptissimi, ac uirtutibus suis clarissimi, & populo cōmen-
datissimi homines suffragia populi petiuerunt. Quod & Cicero se
fecisse fatetur. Et M. Cato, quem (ut idem Cicero de eo scribit) na-
tura ipsa ad honestatem, temperantiam, magnitudinem animi, iusti-
tiam, & ad omnes denique uirtutes magnum hominem & excelsum
finxerat: tamen in campum descendens, Tribunatum petijt. Qui
& omnes bonos Candidatos sectatores habuit, qui & cæteros ad
mandandum Catoni Tribunatum cohortati sunt: utpote qui non
honorem quæreret, sed operâ suam patriæ offerret. Quin hoc etiam
fertur, tantam fuisse multitudinem ei suffragantium, ut inter studia
officiarum hominum pressus, in periculo fuerit, uixque habuerit faculta-
tem, sese à turba explicandi. At Nomenclatorem non habuit, solus
legem seruans, quæ Candidato adesse Nomenclatorem uetabat.

Iam & largitiones immensas in populum faciebant Candidati.
Sic Milo Candidatus Consularis, ad fauorē populi conciliandum,
tributum in singulos millia assium dedit. Budæus mille asses Decem
aureis Francicis æstimat: Vnde si quis in singulas Tribus, quæ tri-
ginta quinque fuerunt, millenos redemptos suffragatores colligat, ad
trecenta quinquaginta millia coronatorum hoc nomine sumptus
euadet. Sic Iulius Cæsar Paulum Consulem, Aureorum nonin-
gentorum millium æstimatione redimere non dubitauit: ea lege,
non quod commodaret ei, sed ne quid incommodaret. Et Curionem
Tribunum Quindecies Centenū millium, sed eo pacto, ut in omnia
se addiceret. Ac de ingenti & flagrantissimo Romanorum am-
bitu, deque immensis largitionibus, Cicero ad Qu. fratrem ad hunc
modum scribit. Ambitus redijt immanis, nunquam fuit par, non
dico Hyperbolas, uel sextertium Centies constituunt in præroga-
tiuam pronūciare. Erat autem prærogatiua Tribus, cui sorte obtige-
rat, ut prima suffragia ferret in creandis Magistratibus, & eam sepe
reliquæ sequebantur, assentientes ei. Idem Cicero eadem de re ad
Atticum ita scribit, de Comitibus loquens. Sequere nunc me in cam-
pum, ardet ambitus, fœnus ex Triente Idibus Quintilibus factum
erat besibus. Et paulo post, Pompeius fremit, queritur, Scauro stu-
det, sed utrum fronte an mente duditatur. Exoche in nullo est, pecu-
nia omnium dignitatem exæquat. Messala languet, non quo ani-
mus desit, aut amicis careat, sed Cortio Cos. & Pomp. obsunt. Quin
tanta etiam inuidia flagrauit ea res, ut hij qui Magistratum pete-
bant, cum singuli à largitionibus deterriti essent, in unum conuene-
rint, contulerintque unusquisque Duodecim millia Drachmarum ar-
genti facta sponione, ut qui ex eis per largitionem peteret, id ar-
gentum perderet: arbitrum Catonem elegerunt, & pecuniam apud
illum statuerunt, sed ipse Cato pecuniam recipere noluit, fideiussores
tamen

tamen recepit. Cum autem in summa pecuniæ deposita uariant Cicerone & Plutarchus, Budæus Ciceroni potius, quam Plutarcho credendum esse putat. Quin illud quoque moris fuit apud Romanos, ut *Ædiles*, & alij Magistratus, ludos uel munera magna facerent, & æderent in *Theatro*, uel *Circo*, uel *Amphitheatro*: Venationes item ac munera darent, id est, gladiatorum multa paria, ad uulgi oculos oblectandos depugnatura, quasi populo uniuersam quandam mercedem collatorum suffragio suo Magistratuum soluentes, in quam rem & ipsam immensos sumptus fecerunt.

Ac de animalibus & uenatoribus in *Circo* datis, ita scribit *Plinius*. Primus autem *Scaurus* in *Ædilitate* sua uarias (de *Pantheris* loquitur) centum quinquaginta uniuersas misit. Deinde *Pomp. Magnus*, quadringentas decem: *Diuus Augustus* quadringentas uiginti. Idem *Leonum* simul plurimum pugnam *Romæ* Princeps dedit *Q. Sciuola. P. filius* in *Curuli Ædilitate*. Centum autem Iubatorum primus omnium *L. Sylla*, qui postea *Dictator* fuit in *Prætura*. Post eum *Pomp. Magnus D. C.* ac in his Iubatorum CCCXV. *Cæsar* *Dictator* quadringentos. Idem *Plinius*, *Annalibus* notatum est, *M. Pisone*, *M. Messala* *Consulibus*. *Domitium Ænobarbum* *Ædilem* *Curulem* *ursos Numidicos* centum, & totidem *uiatores* *Æthiopes* in *Circo* dedisse.

De operibus uero magnificis idem *Plinius*. *Scaurus* fecit in *Ædilitate* sua opus maximum omnium, quæ unquam fuere humana manu facta, non temporaria mora, uerum etiam æternitatis destinatione. Quibus uerbis, ut *Budæus* interpretatur, significat, *Scaurum* in *Ædilitate* sua ad populi oblectationem scenam temporariam, & statim ludis factis, diruendam fecisse: sed quæ uinceret magnificentia clarissimum opus omnium, quæ unquam facta sunt, etiam eo animo, ut perpetua essent.

Adeo autem hic largitionum, ludorum, & spectaculorum mos, in creationibus Magistratuum inueterauerat, ut non solum à *Senatu* non damnaretur, sed etiam approbaretur. Quod primum ex eo colligimus, quod de largitione à *Iulio Cæsare*, *Luceio*, & *M. Bibulo* *Candidatis Consularibus* factis, ad hunc modum scribit *Suetonius*. E duobus *Consulatus* competitoribus *L. Luceio*, *M. Bibulo*, *Luceium* sibi adiunxit *Cæsar*: pactus, ut is quoniam inferior gratia esset, pecuniâque polleret, nummos de suo, communi nomine, per *Centurias* pronunciaret. Qua cognita re, *Optimates*, quos metus ceperat, nihil non ausurum eum in summo Magistratu, concorditer & consentiente *Collega*, auctores *Bibulo* fuerunt tantundem pollicendi: ac plerisque pecunias contulerunt, ne *Catone* quidem abnuente, eam largitionem à *Repub.* fieri. *M. Cicero* *L. Murenæ* aduersus accusationem *M. Catonis* defensor, ludos, conuiuia, & spectacula in

Ludi
TheatrVenatio
nes in Cir
co, Pan
therarū &
leonum.
Plinius lib. 8.Scena tempo
raria
Scauri.
Lib. 1. de asse
et partib. eius.Largitio
Iulij Cæsaris
contra
competi
tores.
Suetonius in C.
Iulio Cæsare.Excusatio
largitionis.

Y Circo

Circo & Theatro, liberalitatem magis, quàm largitionem appellanda esse putat. Ac propterea nec Candidatis huiusmodi benignitatem, nec populo eorum fructus esse eripiendos: sed arbitror cum eo loco causæ magis inseruisse, quàm quod dixit, ex animo asseuerasse:

*de. li. 2. offic.
Largorum
duo genera.*

*Reprobatio
Theophrasti de
largitionibus.*

*Laudabiles
sumptus.*

*Verba Ciceronis lib.
2. offic.*

Quod ex eo conijcio, quod in Officijs scribit. Omnino, inquit, duo genera sunt largorum, quorum alteri prodigi: alteri liberales. Prodigii, qui epulis & uiscerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum uenationumq; apparatus, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem aut nullam sunt reliciuri omnino. Liberales autem sunt, qui suis facultatibus, aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienū suscipiunt amicorū causa, aut in filiarū colloca-
tione adiuuant, aut opitulantur, uel in re quærenda uel augenda. Itaq; miror, quod in mentē uenerit Theophrasto, in libro, quem de diuitijs scripsit, in quo multa præclare, illud absurde: Est enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerū, taliumq; sumptuum facultatē, fructum diuitiarū putat. Mihi aut̄ ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla posui, multo etiam maior uide-
tur & certior: quāto Aristoteles grauius & uerius nos reprehendit, qui has pecuniarū effusiones admitemur, quæ fuit ob multitudinem deliniendam. At hī, qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogentur, hoc primo incredibile nobis uideri, omnesq; mirari: Sed cum attenderint, ueniam necessitati dari, in his immanibus iacturis, infinitisq; sumptibus, nihil non magnopere mirari: cum præsertim nec necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur. Ipsaq; illa delinitio multitudinis, ad breue exiguumq; tempus sit duratura, eaq; à leuissimo quoq; animo, in quo tamen ipso cum facietate memoria quoq; moriatur uoluptatis. Vnde etiam colligitur, hæc pueris & mulierculis, & seruis & seruorum simillimis liberis esse grata: Graui uero homini, & ea quæ sunt iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Hactenus quid de largitionibus ludorum, spectaculorum, uenationum, & munerum sentiat, declarauit: Quæ sequuntur, ad morem & institutum Romanorum pertinent. Quanquam, inquit, intelligo in nostra ciuitate inueterasse iam bonis temporibus, ut splendor Ædilitatum ab optimis uiris postuletur. Itaq; & P. Crassus tum cognomine Diues, tum copijs, functus est Ædilitio maximo munere. Et paulo post. L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo Q. Murtio, magnificentissime Ædilitate functus est. Deinde C. Claudius, Appij filius, multo post Lucullus, Hortensius, Syllanus. Omnes autem P. Lentulus, me Consule, uicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus: magnificentissima uero nostri Pompeij munera secundo Consulatu, in quibus omnibus quid mihi placeat, uides. Morem quidem patriæ, à tot excellentissimis uiris obseruatū, reprehendere

dere non audeat: Verum quid honestius sit hoc ipso, innuit quod dicit. In quibus omnibus quid mihi placeat, uides. Omnium autem maxime in hac re, ut in cæteris, mediocritatem commendat. Immo honestius etiam iudicat, sine largitione & munere ad honores publicos peruenire: Idque exemplis quoque probat. L. quidem Philippus (inquit) Q. filius, uir magno ingenio, in primisq; clarus, gloriari solebat, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ haberentur amplissima. Dicebat idem Cotta. Curio: Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus, nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini, quos modo nominauimus, sane exiguus sumptus adhibitus fuit. Postremo sententiam suam clarius exprimens, ita concludit. Tota igitur ratio talium largitionum genere uitiosa est, tempore necessaria: & tamen ipsa ad facultates accommodanda & mediocritate moderanda est.

Mediocritas in largitionibus.

Hæc fusius aliquanto de ambitu ex historijs commemorare libuit, ut ex ipso etiam rerum euentu intelligamus, quam pessimum crimen sit, etiam sæcularium honorum & Magistratum ambitio. Ex qua scilicet, præter alia incommoda & pericula, sæpe etiam teterrima bella & seditiones excitata fuisse constat. Iam igitur orta propter Symoniam seditione, quod omnium maxime grassantibus hæresibus sit, ut aliàs à nobis non paucis exemplis demonstratum est: unicum remedium erit, ut sacri Canones sanctorumque patrum Decreta, ad coercendam Symoniam ædita, reuocentur. Cuiusmodi est Canon Chalcedonenſis Concilij, qui sic habet. Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio redemerit Spiritus sancti gratiam, quæ uendi non potest, ordinaueritque per pecuniam Presbyterum aut Diaconum, uel quemlibet de his, qui cognominantur in Clero promouerit, & dispensatorem, aut defensorem, uel quemlibet, qui subiectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri comodo: Is, qui hoc attentare probatus fuerit, proprii gradus periculo subiacet: Et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione uel promotione, quæ est pro negotiatione facta, proficiat, sed sit alienus à dignitate, uel sollicitudine, quam pecunijs acquisiuit. Si quis uero mediator tam turpibus & nephandis datis uel acceptis extiterit: siquidem Clericus fuerit, à proprio gradu decidat: si uero Laicus, anathematizetur. Sunt & alij multi Canones, quibus cauetur, apud Symoniacos sacerdotium non subsistere, benedictionem eorum in maledictionem conuerti, nec in Christi corpore eos esse, qui sunt maledicti, nec sanctificare alios posse, nec corpus Christi tradere uel accipere, nec benedicere alijs ualere. Vnde & Iudæ proditori, tanquam seruum suum, Spiritum sanctum uendentes, æquiparantur, & pro hæreticis habentur, infamia notantur, anathematizantur, ab officijs & Magistratibus

Coercenda Ambitio & Symonia.

1. q. 1. c. si quis. Contra Symoniam crimen.

c. cito turpem
q. quia erg.
1. q. 1.
c. eos qui 1. q. 1.
c. qui studet
1. q. 1.
c. reperiuntur
1. q. 1.

submouentur, alijsq; pœnis afficiuntur, quas hic omnes recensere nimis foret prolixum, ac fortasse nonnihil etiam lectori molestum.

Remediū

contra se-
ditiones ex
ambitu.

Plutarchus in
Cato, minore.

Sin uero seditio ob ambitum fuerit cōcitata, duo remedia erunt: Vnum, ut duobus pluribusue Magistratum ambientibus, tertius quispiam creetur. Quod Scipione Hypseo & Milone, Consulatum petentibus, factum est. Cum enim hij non solum solitis illis uitatisq; largitionibus, sed etiam armis & necibus contenderent, ac temeritate & audacia bellum civile cōcitassent, cum per multos dies

tria ueluti castra forum obsiderent, censuit antequam summa necessitas cogeret, sponte & gratia Senatus eam rem Pompeio esse mandandam: ex duobus malis, quod minus foret, eligens, ne cum ciuitas seditionibus atq; armis diu afflicta esset, tunc demum in potestatem unius deueniret. Sententiam igitur à M. Bibulo Catonis neces-

sario prolatam, qua censebat, solum Pompeium Consulem designandum, Cato quoq; assurgens, cōtra expectationē omnium laudauit: asserens præstare, ut quæuis potestas in urbe sit, quàm Rempub. sine Magistratu ac Præsede manere. Alterum remedium est,

Egregia
lex contra
ambitum.

l. sancimus C.
ad leg. lul. re-
petundarum.

ut leges, quæ de ambitu coercendo latæ sunt, in pristinum usum reuocentur, qualis est Theodosij Imperatoris constitutio. Sic enim ad Flo. Præfectum pretorio rescribit. Sancimus eiusmodi uiros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione uel pretio, sed probatæ uitæ & amplitudinis tuæ solent testimonio promoueri: Ita sane, ut hij, quibus honores per sedis tuæ, uel per nostram fuerint electionem cōmissi, iurata inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis, neq; dedisse quippiam, nec duros unquam postmodum fore, siue per se, siue per interpositam personam in fraudem legis sacramentiq; aut uenditionis donationisue titulo, aut alio uelamento cuiuscunq; contractus. Et ob hoc, exceptis solis Salarijs, nihil penitus tam in administratione positos, quàm post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerunt, accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo, iure iurando, arbitramur inmemorem, ut salutis propriæ ullum commodum anteponat: tamen ut ad salutis timorē etiam necessitas periculi subiugeretur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis tanquam crimen publicū concedimus facultatem, quadrupli pœna eo, qui conuictus fuerit, modis omnibus feriendo. Sed & Senatusconsulto cau-

l. unica ff. ad
leg. lul. de
amb.

tum est, ut qui contra legem Iuliam de ambitu, Magistratum aut sacerdotium petierit, in centum aureis cum infamia puniatur.

Quibus

Quibus modis seditiones, propter metum Tyrannorum
concitatae, tollantur, Cap. III.



Seditionum, quæ propter metum oriuntur, siue sedendarum siue extinguendarum, non una ratio est. Nam aliter, quæ metu iustæ uindictæ: aliter quæ terrore & formidine iniuriarum uel illatarum uel inferendarum, excitatæ fuerint, uel comprimuntur, uel extinguuntur. Nam quæ ob metum iustæ pœnæ concitantur, tum recte tolluntur, cum ea ipsa pœna, quam formidant, seditioni afficiuntur. Sic enim fit, ut aliquorū pœna multis, quo minus similia perpetrare audeant, metum & terrorem incutiat. Quæ uero ob metum iniuriarum oriuntur, alio remedio indigent, nempe, ut causæ metus, propter quem cōmotæ sunt, submoueantur. Porro inter causas, ex quibus iniuriarum metus nascitur, præcipua est Tyrannis. Tyrannum Iurisconsulti cum esse definiunt, qui non iure in Repub. dominatur. Id autem duobus modis accidit. Vno, si dominationem sine legitimo titulo usurpet: Altero, si privati magis quam publici cōmodi, qui dominatur, rationem habeat. Id autem non solum in regno, sed etiam in domo, in ciuitate, & in prouincia euenit. Nam & domesticam curam alieni & externi, nonnunquam sine titulo usurpant, tū ipsi etiam Patres familiās iniuste familiam regunt. Sic & in ciuitatibus & prouincijs, sæpe quibus id, per quos oportet, mandatum non est, dominari contendunt. Immo & sui ipsius recte Tyrannum dicemus, qui imperio rationis siue spiritu neglecto sensum, siue carnem in se ipso dominari permittit. Vnde & propter metum Tyrannidis, seditiones Monasticæ, domesticæ, & ciuiles concitantur. Monasticæ, ut si in homine sensus: Domesticæ, ut si qui in domo præest Pater familiās: Ciuiles, ut si in ciuitate, qui ciuitatem gubernant: In prouincia, ut si qui prouinciam regunt: In regno, ut si qui regni gubernacula tenent, iniuste dominantur. Ad tollendam igitur seditionem, quæ propter metum Tyrannidis oriuntur, unicum remedium erit, ut Tyrannis ipsa, & causæ eius remoueantur.

Causa Tyrannidis duplex est: Propinqua & remota. Propinqua est Tyrannus ipse: Remota, peccata nostra, quibus Deus offensus, Principem dat populo, & Iudicem Ecclesie, non per arbitrium suum, sed ut merita nostra deposcant. Ut si mali sint actus nostri, & operemur maligna in conspectu Dei, detur nobis Princeps secundum cor nostrum. Quod & de scripturis sanctis probatur. Sic enim dicit Dominus. Fecerunt sibi Regem, & non per me: Principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum uidetur de Saule illo, quem utique Dominus ipse elegerat, & Regem sibi fieri iusserat: Sed quoniam non secundum Dei uoluntatem, sed secundum peccatoris populi

l. 1. c. ad leg. repetund. ff. de pœnis. l. aut facta §. si. Tyrannis unde nascitur in Repub.

Causa Tyrannidis duplex. c. audacter. 8. q. 1.

Osee. 8.

1. Reg. 9.

meritum fuerat electus, negat eum cum sua uoluntate, uel consilio constitutum. Idem eiusdem Prophetæ testimonio comprobatur, ex

osee 13. persona Domini dicentis, Dabo tibi Reges in furore meo, Et *Iob.*

Iob. 34. Qui regnare facit hominem Hypocritam, propter peccata populi.

Sed & tale aliquid intelligamus in Ecclesijs fieri, quod pro meritis aut in uerbo, aut opere potens à Deo tribuitur Rector Ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, & tales per-

Amos 8. seuerent, talis Ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiat: non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famē audiendi uerbum Dei. Quin mores etiam, conditiones, & potestatem Principis exprimit scriptura, & uelut ob oculos ponit Tyrannicam dominationem eius, quem propter peccata nostra constituit Dominus. Sic enim

1. Reg. 8. de Rege, quem seniores populi constitui sibi à Samuele petierunt, in libris Regnorū scribitur. Primū ipsi Regem petentes. Constitue,

inquiunt, nobis Regem, ut iudicet nos, sicut & uniuersæ habent nationes. Ad hanc petitionem populi Dominus declarans, se Regem daturū populo propter peccata eorū. Audi, inquit ad Samuelem, uocem populi in omnibus, quæ loquitur tibi. Non enim abiecerunt te,

sed me, ne regnē super eos, iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die, qua eduxi eos de Ægypto, usq; ad diem hanc. Sicut dereliquerūt me,

& seruerūt dñs alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo uocē eorum audiuertamen contestare eos, & prædic ius Regis, qui regnaturus est super eos. Dixit itaq; Samuel omnia uerba Domini ad populum, qui petierat à se Regem, & ait. Hoc erit ius Regis, qui

Ius Regis
Tyrannici.

imperaturus est uobis, filios uestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi Tribunos & Centuriones, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum & currum suorum. Filias quoq; uestras faciet sibi unguētarias, & focarias, & panificas. Agros quoq; uestros, & uineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes uestras, & uinearum redditus addecimabit, ut det Eunuchis & famulis suis. Seruos etiam uestros & ancillas & iuuenes optimos & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoq; uestros addecimabit, uosq; eritis ei serui, & clamabitis in die illa à facie Regis uestri, quem elegistis uobis, & non exaudiet uos Dominus in die illa: quia petistis uobis Regem.

Ad hanc igitur causam remotam Tyrannidis tollendam, auxiliij diuini remedio utemur, quod ad seditiones in uniuersum sedandas extinguendasq; in primis salutare esse, supra multis scripturæ testimonijs & exemplis comprobauimus: Maxime uero exaudiet nos Deus inuocantes nomen eius aduersus eos, qui iniustas dominationes in nos exercent. Ipse enim est, qui dicit Regi, Apostata: Qui uocat Duces impios, nec cognouit Tyrannum, cum disceptaret

Iob. 34.

contra

contra pauperem. Ac proinde ad hunc modum placatus à nobis Deus, profligatis exterminatisq; Tyrannis, Principem nobis dabit secundum cor suum. Qualis in Deuteronomio ad hunc fere modum describitur. Cum ingressus fueris terram (inquit lex) quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & possederis eam, habitauerisq; in illa, & dixeris. Constituam super me Regem, sicut habet omnes per circuitum nationes: eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, qui non sit frater tuus. Cumq; fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero subleuatus: præsertim cum Dominus præceperit uobis, ut iniquaquam per eandem uiam reuertamini. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum eius: neq; argenti & auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in uolumine, accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit secum, legetq; omnibus diebus uitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum suum, & custodire uerba & Cæremonias eius, quæ in lege præcepta sunt. Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neq; declinet in partem dexteram uel sinistram, ut longo tempore regnet ipse, & filij eius super Israël.

Deut. 17.
Ius Regis
boni, non
Tyrannici.

Alteram Tyrannidis causam, & eam quidem propinquam, Tyrannum ipsum esse diximus: Ipse est enim, qui facit opera Tyrannica. Ea uero sunt, quæ ab Aristotele enumerantur: Veluti, quod potentiores decerpere, & sapientes perimere consueuerunt. Nam & coniunctissimos, quos eorum potentia aduersari suspicantur, occidunt. Sed nec comestationes permittunt, nec sodalitatem, neq; disciplinam, nec aliud quicquam tale, quin potius omnia cauere solent: Vnde consueuerunt inter ciues oriri duo: Intelligentia scilicet & Fides. Similiter nec scholas, nec conuentus alios uacationis alicuius fieri concedunt, & omnia faciunt, ex quibus ciues inter se quàm maxime incogniti sint omnes: Cognitio enim fidem magis inter ipsos generat. Præterea Satellites eorum semper apparent, & circa fores uersantur, quo minus latere possit, quid, quisquæ agat: qui & explorant, an animum per seruitutem continuam submitant. Similiter exploratores habent, qui inuestigant quæcūq; quis subiectorum dixerit aut fecerit. Nam minus audent, qui talia formidant: etsi audent, minus latere possunt. Sed & illud Tyrannicæ prauitatis est, calumniari inuicem & discordias seminare, amicisq; amicos conflagere, & plebem cum nobilitate, & diuites inter se ipsos, & subditos ad paupertatem redigere, ut neq; sumptus fiat in custodia, & illi quotidianis molestijs occupati, uacare non possint ad consilia contra Tyrannos ineunda.

Opera Ty
rannica.

Opera Ty
rannicæ
prauitatis.

Studet etiam bellum concitare Tyrannus, ut negocijs occupentur ciues, & indigentia Ducis continuo detineantur. Adulatoribus in primis gaudent Tyranni, & mulieribus facultatem dant per domos euagandi, quo reuelent uirorum secreta. Qui subditorum honestati student, aut libertati, eos odio habent Tyranni, tanquam euerfores potestatis suæ: quia minuere excellentiam atque præminentiam uidentur. Peregrinos etiã in cõuiuia & quotidianũ usum magis recipere, quam ciues, Tyrannorum est: quasi illos habeant hostes, hos autem non aduersantes. His & similibus studijs tria conatur efficere Tyrannus. Vnũ, ut animos imminuat ciuiũ, ut pauca sapiant: nemo enim pusillanimis contra Tyrannũ insurgit. Secundum, ut ciues inter se diffidentes reddat: non enim prius eueritur Tyrannus, nisi ciuiũ aliqui inter se fidem habeant. Quapropter & bonos uiros persequitur, quasi pestiferos & aduersarios dominationi suæ, non solum quia non acquiescunt in seruitute uiuere: uerũ etiam, quia fides eis, & inter se, & ab alijs plurima adhibetur, neque accusant alios, neque ipsi inter se accusant. Tertium, ut impotentes agendi reddantur: nemo enim impossibilia sibi aggreditur, quare neque Tyrannidem tollere possunt, quibus potentia deest. Ad remouendam igitur causam hanc propinquam Tyrannidis, in hoc unũ incumbendum erit, quomodo Tyrannus aut euertatur, & Magistratu submoueatur: aut ad meliorem frugem reducatur. Illud in primis arduum est: hoc uero prope etiam impossibile. Nam iuxta Prouerbum, Lupus pilos mutat, ingenium non mutat. Ac in submouendis quidem Tyrannis, ueteres duobus potissimũ remedijs usos fuisse animaduerto. Nam aut in corpus insurgendum, aut in dominationẽ putauerunt. In corpus, ut quoties à Tyrannis cõtumelia affecti, ultionis causa, uel clam per insidias, uel aperte per uim in eos impetũ facientes, uel regnis eos pepulerunt, uel occiderunt. Cuius rei multa tam Græcorũ quam Romanorũ exempla, ab historijs referuntur. Libet insigniora aliqua afferre. Philippus à Pausania occisus est: quia non ulciscabatur cõtumeliam sibi factam ab Attalo. Historiam ad hunc modum narrat Iustinus. Pausanias primis pubertatis annis stuprũ per iniuriã passus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc etiã fœditas accesserat. Nam perductũ in conuiuio, solutũque mero, Attalus non suæ tantũ, uerũ & conuiuariũ libidini, uelut scortũ uile subiecerat, ludibriũque omnium inter cœquales reddiderat. Hanc rem egre ferens Pausanias, querelam sæpe Philippo detulerat: cum uarijs frustrationibus non sine risu deferretur, & honoratũ insuper Ducatu aduersariũ cerneret, irã in ipsum Philippũ uertit, ultionẽque, quã ab aduersario non poterat, ab iniquo iudice exegit. Sed & filius Philippi Alexander Magnus, per insidias eorum, quos uarijs contumelijs & iniurijs affecerat, ueneno interijt: insidiarum author Antipater fuit, qui cum charissimos amicos eius ab Alexandro

Tria intendit Tyrannus.

Cur Philippus Rex à Pausania occisus est. Iust. lib. 9.

Iust. lib. 12.

Alexandro interfectos uideret, Alexandrum generū suū † Lyn- † Lyncestem,
cistarum occisum, se magnis rebus in Grætia gestis, non tam † cha- aliis † gratum
rum apud Regem, quā inuidiosum esse. Accedebant ante paucos
dies supplicia, in Præfectos deuictarum nationum crudeliter habita,
Ex quibus rebus se quoq; a Macedonia, non ad societatem militiæ,
sed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum Re-
gem, Cassandrum filium dato ueneno subornat: qui cum fratribus
Philippo, & Iolla ministrare Regi solebat. Quod & potioni Re-
gis supermittens, hauriendum ipsi dedit, quo sumpto, paulo post
extinctus est. Hoc etiam remedio usus Thrasylbulus, qui triginta
Tyrannos Atheniensium expulit: hii primum rectores Reipublicæ
constituti, deinde Tyranni facti, cum omnia passim eadibus com-
pleuissent, bona pars ciuium urbē relinquentes, fuga sibi consulue-
runt. Inter quos Thrasylbulus uir strenuus, & domi nobilis, auden-
dum aliquid pro patria, & pro communi salute ratus, magno instru-
ctus exercitu reuersus in urbem, triginta Tyrannos emigrare Eleu-
sin iussit: substitutis decem, qui Rempub. regerēt, qui nihil exemplo
dominationis prioris territi, eandem uiam crudelitatis aggressi sunt:
sed quos & ipsos deinde Pausanias, Rex Eleusin, migrare ad ceteros
iussit. Iam & multa ex Romanis historijs occisorum Tyranno-
rum exempla proferri possunt, nos pauca aliqua referemus.

Iulius Cæsar, quia per uim solus dominari, & Imperium sibi uen-
dicare uidebatur, sexaginta amplius in eum conspirantibus, C. Cas-
sio Marcoq; & Decio Bruto Principibus conspirationis, tribus &
uiginti uulneribus confossus interijt.

C. Caligula, ab initio quidem bonus Princeps, postea autem Ty-
rannus factus omnium crudelissimus, ut non immerito fax humani
generis dictus sit. Cuius & hæc uox fuisse fertur, Optare se populo
Ro. unam esse ceruicem, quo facilius uno ictu abscidi posset: Sed &
duo libelli in Secretis eius reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri
gladius pro signo nominis ascriptum erat. Ambo lectissimorum ui-
rorum utriusq; ordinis, Senatorij & Equestris, nomina & notas
continebāt, morti destinatorum. Idem in pallatio matronas nobiles
publicæ libidini subiecit. Is Chereæ & aliorum coniuratione, per in-
sidias Chereæ quidem uno, aliorum autem triginta uulneribus illa-
tis, extinctus est. Claudius Cæsar & ipse crudelissimus Tyrannus,
cuius inter cetera crudelitatis exempla, illud etiam memoratur, quod
triginta quinque Senatores, et trecetos simul Equites Romanos, mini-
mis causis interfecerit: Huc Agrippina uxor ueneno in boleto dato
interfecit. Nero Claudius Cæsar, foedis moribus & scelestis faci-
noribus turpissimus, ut qui petulantiam, libidinem, luxuriam, auari-
tiam, nullo non scelere exercuit, quin tanta etiam crudelitatis ra-
bie efferatus, ut plurimam Senatus partem interfecerit, Eque-
strem

1uā. lib. 2.
Thrasylbulus
contra
XXX. Ty-
rannos
Athenis.

Suetonius in C.
Caligula.
Ioseph. lib. 19.
c. 1.
P. Orofius lib.
7. c. 5.

Suet. in Claud.
Orof. lib. 7.
c. 6.
Orof. li. 7. c. 7

strem ordinem pene destituerit: sed ne parricidijis quidem abstinuit, matrem, fratrem, sororem, uxorem, cæterosq; omnes cognatos & propinquos, sine hæsitatione prostravit. Is hostis à Senatu pronunciatus, ignominiosissime fugiens, ad quartum ab urbe lapidem sese ipse interfecit. *M. Silius Otto*, propter male partū Principatum, Tyranno dignam mortem obiit: quippe seipsum intra leuam papillam pugionē trañciens, interfecit. *Vitellius Imperator*, cum multa crudeliter ac nequiter egisset, & inter cætera illud quoq; crudelitatis exemplum ædidisset, Nam *Sabinū Vespasiani fratrem* nihil malitum suspicātem, cum cæteris Flavianis in Capitolium compulit, succensocq; templo, & mixta simul flamma ruinaq;, omnes in unum pariter interitū ac tumultum dedit. Is à *Vespasiani militibus* ex cellula, in quam confugerat, protractus, cum per uiam sacram nudus duceretur, passim cunctis simū in os eius coniectantibus, in forum deductus, apud *Gemonias* scalas minutissimorū ictuum crebris compunctionibus excarnificatus, atq; inde unco tractus, & in *Tyberim* mersus, etiam cōmuni sepultura caruit. *Flavius Domitianus*, eò crudelitatis progressus est, ut nobiles è Senatu alios palam interfecerit, alios in exilium truserit, ibiq; trucidari imperauerit. Qui & confirmatissimam toto orbe Christi Ecclesiam, datis ubiq; crudelissimæ persecutionis edictis, conuellere ausus fuit. Is tandem crudeliter in pallatio à suis interfectus est.

Suet. in Ottone Siliuo.

Oros. li. 7. c. 8.

Suet. in Fl. Domitiano. Oros. li. 7. c. 10.

Æl. Lamprid. in Commodo Anto. P. Orosius lib. 7. c. 16.

Eutrop. lib. 8.

Sex. Aur. Vic.

Æl. Lamprid. in Anton. Heliogabalo.

Lucius Antoninus Commodus, quàm plurimos Senatores interfecit, maxime quos animaduertit nobilitate industriaq; excellere, Vendidit suppliciorum diuersitates, & alios pro alijs occidit: uendit & nonnullis inimicorum suorum cædes, cubicularios suos libenter occidit, cum omnia ex nutu eorum semper fecisset. His alijsq; multis Tyrannicis operibus incitati, *Q. Ælius Letus Præfectus*, & *Martia concubina* eius, inierunt coniurationē ad occidendum eum, cui factioni & *Electus cubicularius* eius interfuit, cum uidisset eum tam facile cubicularios occidere. Primum enim uenenū ei dederunt, quod cum minus operaretur, per *Athletam*, cum quo exerceri solebat, strangularūt. *Didius Iulianus Imperium* à militibus emerçatus, tandem à *Seuero* uictus, & fugiens in pallatio captus est, & in abditas pallatij balneas ductus, extenta damnatorum modo ceruice decollatur, capuq; eius in rostris ponitur. *Antoninus Balsianus Caracalla*, fratrem suum *Geram* peremit. Is cum *Carris* iter faceret, apud *Adeffam* secedens ad officia naturalia, à milite, qui quasi ad custodiam sequebatur, interfectus est.

Aurelius Antoninus Varius, qui & *Heliogabalus*, homo impurissimus & crudelissimus, conspiratione à militibus facta, in latrina, ad quam confugerat, occisus est. Tractus deinde per publicum, addita iniuria cadaueri est, ut in cloaculam milites mitterent:

rent: sed cum non cepisset cloacula fortuita, per pontem Æmilium annexo pondere ne fluitaret, in Tyberim proiectum est, ne unquam sepeliri posset. Tractum est etiam cadaver eius per Circi spatia, priusquam in Tyberim præcipitaretur.

Julius Maximinus, dum persequitur pecuniosos, insontes pariter noxiosq̄, apud Aquileiam seditione militum discerptus est, una cum filio, conclamantibus cunctis militari ioco: Ex pessimo genere ne catulum quidem habendum. Huius Imperio duo Gordiani, pater & filius, Principatum arripientes, unus post unum interiire. Pari etiam tenore Pupianus & Balbinus, regnum inuadentes, perempti sunt. Valerianus Imperator, Christianos per tormenta ad Idolatriam adigi, abnegantesq̄ interfici iussit, fuso per omnem Imperij latitudinem sanctorum sanguine. Is à Sapore Rege Persarū captus, Imperator populi Romani, ignominiosissima apud Persas seruitute consenuit: hoc infamis officij continua, donec uixit, damnatione sortitus, ut ipse accliuus humi, Regem semper ascensurum in equum, non manu sua, sed dorso attolleret. Aurelianus seuus fuit, & sanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij sororis interfector. Is fraude serui sui, qui ad quosdam militares uiros, amicos ipsius, nomina pertulit adnotata, falso manum eius imitatus, tanquam Aurelianus pararet ipsos occidere, ab iisdem interfectus est.

Sextus Aurelianus Victor.

Sextus Aurelianus Victor.
Flavius Vopiscus in Aureliano.

Valens Arriana hæresi infectus, crudelissimus Catholicorum persecutor fuit. Is bello cum Gothis commisso, sagittis saucius, ac in casam deportatus uilissimam, superuenientibus Gothis, igniq̄ supposito, incendio concrematus est. Zeno Isauricus, Catholicæ persecutor Ecclesiæ, hæreticorum fautor, & ipse hæreticus, & moribus plane Tyrannicis, uiuus adhuc inclusus ab uxore sepulchro, frustra resipiscens, & opem implorans, interiit.

Sex. Aur. Vic.

Fl. Valerius Anastasius, & ipse hæresiarcham sequutus, duas naturas in Christo denegauit, & ob id Catholicos grauiter persecutus est. Cum enim Hormisda Papa Legatos ad ipsum Constantinopolim, cum Catholicæ fidei scripto misisset, ut Anastasium ad Ecclesiæ gremium reducerent, non solum salubria eorum monita spreuit, sed insuper etiam à suis conspectibus non sine contumelia expulit, nauicq̄ fragili impositis, mandauit, ne usquam per totam Græciam ad aliquam ciuitatem accederent. Quam eius impiam temeritatem, diuina ultio continuo subsequuta est: nam diuino fulmine afflatus, periit.

Paulus Diaconus.

Phocas, cæde Mauritiij Imperatoris contaminatus, & alioqui homo impurus, conspiratione in ipsum facta, ab Heraclio & Heracliona interfectus est. Constans, Martinum Ro. Pontificem sibi aduersantem, compræhendi iussit, in exilio mori coëgit: Is à Longobardis uictus, in Siciliam trañciens, cum illic auare & crudeliter tributum

tributum exigeret, tandem dolo suorū interfectus est. Iustinianus Heraclianæ stirpis, homo prauī ingenij & hæreticus, Synodum aduersus Sextam à patre suo celebratam indixit: Is crudelitate in suos inuisior factus, Leontij Patritij & Callinici Patriarchæ dolo deturbatur Imperio, atq; Cherfonam relegatur, nare prius abscissa. Sed Trebellij Bulgarorum Regis opera restitutus, multo post crudelior factus, Leontium, qui ei successerat, fugauit, & Callinicum Patriarcham luminibus priuauit. Postremo à Phillipico pulsus, uitam & Imperium pariter amisit.

Baptista
Egnatius.

Phillipicus Imperium adeptus, Sextæ Synodi decreta altero conciliabulo suo infirmare conatus est: Is cum opes Imperij congestas dissiparet, priuatus oculis, Imperio submotus est.

Illud etiam diuinę indignationis in hæreticos euidentis signum est, quod Principes alioqui boni, hæresum labe infecti, Imperio pariter & uita priuati fuerunt, inter quos Leonem Amenum numeramus: Qui cum Dei & Sanctorum imagines penitus deleri iussisset, à M. Traulo, quem in custodia detinebat, noctu per insidias cæsus interiit.

Romanus Lecapenus per Tyrannidem inuadens Imperium, Constantino expulso, sed propter Tyrannidem tandem à Stephano filio captus, insulæ includitur, mox & eius filij à Constantino compræhensi, alter in Proconnesum, in Lesbium alter relegatur.

Romanus Leonis Junior in matrem & sororem impius: ita, ut Regia eiectæ, quæstum meretricium sint amplexæ, ueneni potione interfectus est. Michaël Colaphates auare & crudeliter Imperium admistravit, ingratisimus in omnes: Patrum, authorem adepti honoris, primum eiecit, reliquos deinde consanguineos execut. Inde Zoen matrem in insulam relegauit, quod cum indignissime omnes ferrent, populī conspiratione restituta Zoe, fugiens cum fratre Constantino, à turba capitur, et uterq; oculorum usu priuatur.

Bap. Egn.

Michaël Parapinaceus pari ignominia & sequitia Imperium administravit, ideoq; Nicephoro Imperium sibi asserente, cum uxore & filio cœnobio inclusus fuit.

Andronicus ob sauitiam omnibus inuisus, tandem ab Isacio Angelo, præter suam omniumq; opinionem, Imperio deictus fuit, captusq; ac per urbem Camelo sedens circumuectus, manu abscissa, oculoq; effosso, turbæ uulgiq; tumultu lacer periit.

Hij fere sunt Romani & Orientis Imperatores, legitime quidem ab initio ad Imperium assumpti, sed quos propter Tyrannidem uel occisos, uel Imperio depulso fuisse historiæ tradunt. Germanos uero aliquos quidem Romani Pontifices Imperio submouendos esse pronunciarunt, sed propter rebellionem magis, quam propter Tyrannidem.

Iam

Iam & multi propria authoritate Imperium sibi arripentes, Inuafores propter iniustam Tyrannicæ potestatis usurpationem uel truci Imperij. dati, uel per uim regnis expulsi fuerunt.

Sicut sub Virio Gallo Æmilianus in Mœsia Imperator effectus, Sex. Aur. Vie. ab exercitu suo cæditur. Ita Licinio Valeriano & Gallieno regnantibus, Regilianus in Mœsia, Cassius Labienus Posthumius in Gallia, Ælianus apud Moguntiam, Æmilianus in Ægypto, apud Macedones Valens, Mediolani Aureolus, alijq; multi per diuersas Imperij prouincias (Trebellius Pollio triginta numerat) Imperium per Tyrannidem inuaserunt.

Sic & sub Claudio Imperatore Victorinus, sub Aureliano apud Dalmatas Septimius, in Gallijs Tetricus, sub Probo Saturninus in Oriente, Proculus & Bonosus Agrippinæ, sub Diocletiano Cerausio in Gallijs, Achileus apud Ægyptum, Iulianus in Italia. Alexander apud Carthaginem, sub Constantio & Constante Vetrano, Magister militum in Pannonia apud Marsiam. Sub Valentiniano Firmus apud Mauritaniam, sub Valente Procopius, sub Theodosio Maximus de Britannorum partibus. Sub Zenone Augustulus & Odoacer, atq; sub alijs quoq; Romanis Principibus alij Tyranni, Romanum Imperium per uim arripuerunt: Quorum alij misere & crudeliter à suis interfecti, alij alijs modis ab Imperij dignitate, atq; administratione submoti fuerunt. Et huiusmodi Tyrannorum interitum & uindictam Græci & Romani, non solum non repræhenderunt, sed plerunq; summis etiam laudibus extulerunt. M. Cicero, T. Annum Milonem defendens, illud non solum non uindicandum, sed etiam laudi tribuendum esse contendit, quod Tyrannidis Clodij ultor extiterit: Græcorum subinde morem citans, qui honores tribuunt his uiris, qui Tyrannos necauerunt. Quod & uidisse se Athenis, alijsq; Græciæ urbibus testatur. Ac Romanorum etiam notæ sunt acclamationes, cædes Tyrannorum approbantium. Qualis fuit illa in Commodum Imperatorem crudelissimum Tyrannum, à S. P. Q. R. ad Pertinacem dicta. Hosti patriæ honores detrahantur, parricida trahatur, hostis patriæ, hostis deorum, carnifex Senatus: qui innocentes occidit, unco trahatur, parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, carnifex unco trahatur, carnifex Senatus more maiorum unco trahatur, præroga, præroga, Omnes censemus unco trahendum: qui omnes occidit, unco trahatur: qui omnem ætatem occidit, unco trahatur: qui utrunq; sexum occidit, unco trahatur: qui sanguini suo non pepercit, unco trahatur: qui templa spoliauit, unco trahatur: qui testamenta deleuit, unco trahatur: qui uiuos spoliauit, unco trahatur: qui precia uitæ exegit, & fidem non seruauit, unco trahatur: qui Senatum uendidit, unco trahatur, &c.

Trip. lib. 9. e.
20. 21. 22. 23.
Paul. Diacon.

Occisores
Tyrannorum
laudati.

Æl. Lamprius
in Commodo
Anton.

Z Mihi

Christiana de toleran-
dis Tyran-
nis sen-
tentia.
Greg. in Mo-
ral. li. 25. c. 10.
1. Reg. 15.
Mihivero Tyrannis patienter magis ferenda, quam cæde uin-
dicanda, nec diuino iudicio resistendum uidetur. Nam secundum
merita subditorum, tribuuntur personæ regentium, ut sæpe qui
uidentur boni, mox accepto regimine permutentur. Sicut scriptu-
ra de Saule dicit. Cum esses paruulus in oculis tuis, caput te constitui
in Tribubus Israël. Quin & Christianorum præceptum est, ut
Tyrannos non solum non occidant, sed pro ipsis etiam orent.
Nam & pro inimicis nostris orare iubemur, & persecutoribus
nostris bona precari.

Tertul. in
Apolog. c. 31.

12.

1. Thi. 2.

cap. 30.

Verba

Tertulliani

lego + simul.

lego + optimã.

Obsecro autem primum omnium, inquit Paulus, fieri obsecra-
tiones, orationes, postulationes, gratiarum actiones, pro omnibus
hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate consti-
tuti sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate
& castitate. Quod quidem præceptum diligentissime semper in
medijs etiam tormentis obseruarunt Christiani, ut pulchre decla-
rat in Apologetico Tertullianus.

Ad Deum suspicientes, inquit, Christiani, manibus expansis,
quia innocuis: capite nudo, quia non erubescimus. Deniq; sine
monitore (quia de pectore oramus) precantes + sumus omnes sem-
per pro omnibus Imperatoribus, uitam illis prolixam, Imperium
securum, domum tutam, exercitus fortes, Senatium fidelem, popu-
lum probum, orbem quietum, & quæcunq; hominis & Cæsaris
uota sunt. Hæc ab alio orare non possum, quam à quo scio me con-
sequuturum: Quoniam & ipse est, qui solus præstat, & ego sum,
cui impetrari debetur, famulus eius: qui eum solus obseruo, qui
propter disciplinam eius occidor: qui ei offero + optimam & maio-
rem hostiam, quam ipse mandauit: orationem de carne pudica, de
anima innocenti, de Spiritu sancto profectam. Et post pauca.
Sic itaq; nos ad Deum expansos unguis fodiant, cruces suspen-
dant, ignes lambant, gladij guttura detrucent, bestia insiliant:
Paratus est ad omne supplicium ipse habitus orantis Christiani.
Hoc agite boni Præsides, extorquete animam Deo supplicantem
pro Imperatore: hic erit crimen, ubi ueritas & Dei deuotio est.

Est igitur aliud remedium, quod ad tollendas Tyrannides
à Christo erit adhibendum, nempe post preces ad Deum suas, ad
auxilium superiorum confugiet, & in dominationem ipsam, non
in corpus Tyranni (quod alterum remedium aduersus Tyranni-
des esse dicebamus) insurget: quod & impartiri implorantibus
tenentur. Regum enim officium est proprium, facere iudicium
atq; iusticiam, & liberare de manu calumniantium ui oppressos,
& peregrinis, pupillisq; & uiduis, quæ facilius opprimuntur à po-
tentibus, præbere auxilium.

Hier. 7. 6. Re-
gum.

non frustra

23. 9. 5.

Etsi igitur iure naturali unicuiq; permissum sit, iniuriam tam à se
quam

quàm ab alijs propulsare: tamen subditi Tyrannum neq̄ occidere, neq̄ regno exigere possunt. Nam iuri superioris derogare non possunt: etsi de facto expellant, non ob id superior dignitatem suam amittit, ut inquit Baldus.

Ad officium autem superioris pertinet, ut subditos à seruitute Tyranni liberet, ac iustis pœnis, qui iniuste subditos opprimunt, coërceant. Sunt autem Tyrannorum pœnæ, ut qui in corpora subditorum sæuiunt. Similiter, qui discordias inter ciues seminant, quiq̄ dolo malo faciunt, quo minus iudicia tuto exercentur, aut iudices, ut oportet, iudicent. Qui item noua uectigalia exercent, & iniustis exactionibus subditos grauant: lege Iulia de ui publica tenentur, cuius pœna est deportatio. Ideoq̄ qui in hanc legem committunt, infamia notati, omnes dignitates & Iurisdictiones, aliq̄ quæ sunt iuris ciuilibus, amittunt.

Qui autem Regna & Imperia sine iusto titulo inuadunt, lege Iulia Maiestatis tenentur.

Sed & feudo priuari possunt domini, qui in Vasallos suos grauiora per Tyrannidem atrocioraq̄ moluntur.

Sæpe etiam accidit, ut qui Rempublicam iuste & prudenter gubernant, in morbum aliquem incidant, quo correpti, aut alio quopiam casu impediti, inutiles ad curanda negocia publica redduntur: ñs à superiore, etsi superiorem non recognoscant, à Romano Pontifice, coadiutor dandus erit. Sunt etiam, qui dicant, Subditos, si superior requisitus regere eos & gubernare non possit, si aliter eis subueniri non possit, alterius se subijcere potestati

& Imperio posse: In alijs autem casibus, pro arbitrio suo dominos mutare non posse.

Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.

c. de prefect. prator. af. l. in nom. domini.

l. dolo malo l. si. ff. ad leg. iul. de ui publ.

l. quedam ff. de pœnis.

l. 3. ff. ad leg. iul. Maiest.

c. ad Apostolic. de re iud. lib. 6.

Spec. in tit. de feud. §. quoniã in si. not. in c. grandi de sup. negl. prelat.

lib. 6. & in c. unico de cler. egrot. eo lib.

Z ij Quibus

Quibus modis tollantur seditiones, quæ propter præpotentiam aliquorum, in Republica ortæ fuisse dicuntur, Caput IIII.

Ostracismus Atheniensium contra Præpotentes.



Plutarch. in Aristide.

Ostracismus specie seditionis habet.

Arist. lib. 3. polit. 6.9.

Iniusta poena Ostracismi.

De tollendis seditionibus, quæ propter aliquorum in Republica præpotentiam ortæ fuisse purantur, quædam gentes Ostracismo usæ sunt, quo qui præpotentes in Republica erant, uel propter diuitias, uel propter amicos, uel propter aliam aliquam civilem potentiam, in exilium relegabantur: non quidem ut hæc castigatio esset improbitatis, sed honestiore uoce, elationis ac grauioris potentie moderatio. Erat siquidem humani liuoris consolatio, quæ cum haud intolerabilis esset mœrorem ac dolorem, quem cuiuspiam amplitudo peperisset, suis ex sinibus decem annos exterminaret. Fuit autem huiusmodi, ut Plutarchus refert. Ostraci, id est, calculi uiritim in Concilio dabantur, & in eis quisque, quem ex ciuibus urbe cedere uellent, literis indicabant, quem postea in unum fori locum, cancellis circumseptum, deferebant. Magistratus uero, quibus negocium dabatur, primum quidem uniuersos simul recensebant, qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esset. Postea uniuscuiusque calculis sepositis, eum quem pluribus sententijs damnatum cognoscerent, decem annos extorrem fore declarabant, ut fructus suos capere liberum relinqueretur. Esti autem ratio illa, quæ circa Ostracismum est, civilem quandam iustitiam habeat, si ad commune bonum respiciatur: tamen non uidentur, qui Ostracismo usi sunt, ad illam æqualitatem & commodum Reipublicæ, sed ad propriam potius utilitatem & honorem respexisse. Vnde per seditionem magis, quàm iustitiæ habita ratione, introductus fuit Ostracismus.

Sicut Periantri consilium, ei qui à Thrasylulo consilij petendi causa ad ipsum missus fuerat, non quidem uerbo, sed signo datum, quo scilicet spicas demetendo segetem adæquauit, nimirum significans, superexcellentes ciues auferendos esse: fortassis iustitiæ quandam speciem habere uideri posset, sed quod tamen, si animum consulentis spectamus, à Tyrannide magis, quàm à iustitia profectum esse uidetur.

Præstat igitur ab initio per legis conditorem prouideri, ne tales in Republica superexcellentiæ fiant, quàm huiusmodi malum Ostraci remedio corrigere.

Et ad hunc modum Aristides, & plarique alij, propter præexcellentiæ per Ostracum in exilium acti sunt. Quod si tale aliquid in eos, qui cæteris uirtutibus præstant, exerceatur: reprehendendum magis, quàm laudandum erit. Quis enim ferat, ut qui uirtutibus excellunt,

excellunt, ex ciuitatibus pellantur, quos in aliorum exemplum fo-
 uere magis & colere conuenit, quàm nihil tale meritis ciuili socie-
 tate arcere. Sin uero non ob uirtutum, sed diuitiarum excellen-
 tiam dissensiones oriantur, ferendum fortasse fuerit, si grauius al-
 quid in eos fiat, propter quorum nimium ad acquirendas diuitias
 studium, seditiones fuerint concitatae. Qua ratione plerisque ui-
 sum est, nec iniustos omnino fuisse Gracchanæ seditionis motus,
 nimirum propter nimiam potentiorum auaritiam concitados: Nec
 indignum, si modus aliquis, salua publica pæce, tam effreni diuitia-
 rum cupiditati, siue per legem Agrariam, siue alia iusta ratione sta-
 tui potuisset. Fuit autem eius seditionis (ut refert Plutarchus) talis
 origo. Romani, quantum uicini agri hostibus adimebant, par-
 tim uenundare, partim in publicum redigere, ac egenis ciuibus pro
 modica pensione utendum tradere consueuerunt. Sed cum cœpif-
 sent eas diuites pensiones augere, pauperesq; excludere: lata est
 lex, quæ supra quingenta agri iugera ciuem Romanum habere pro-
 hibebat. At ea res paucos annos aduersus locupletes auxilio fuit.
 Nam primo subditis ad conducendum personis fraus legi fiebat,
 deinde aperte iam per seipsos diuites proprijs nominibus occupare
 agros cœperunt. Ita ergo exagitationis hominibus, neq; militiæ dare
 nomina, neq; filios extollere cura erat, eorq; processura uidebatur
 res, ut breui exhausta liberorum multitudine, seruis ac Barbaris,
 per quos diuites colebant agros, tota Italia completeretur. Cui
 malo mederi uolens Tiberius Gracchus, de ferenda lege Agraria
 actionem suscepit. Quæ res cum uehementer offenderet diuites,
 uarijs cõtentionibus inter diuites & pauperes, propter eam inæqua-
 litatem ortis, tandem actio omnis in sæuissimas seditiones conuer-
 sa est. Quarum etsi cruentus fuerit exitus, tamen origo, ex his quæ
 tam dicta sunt, nonnullam honestatis speciem habuisse uidetur.

Plutarchus in
 Gracchis.

Lex Agra-
 ria Tiberij
 Gracchi.

Scio per leges Agrarias sæpe locupletiorum præpotentiæ fuisse
 obuiam itum: Sed quo tamen remedio sæpe tumultus
 noui magis excitati, quàm ueteres uel se-
 dati, uel extincti fuerunt.

Z in Quibus

Quibus modis seditiones tollantur, quæ propter dissimilitudinem oriuntur, Caput V.



Mundus ex dissimilibus atq; etiam ex contrarijs constat.

Corpus Naturale & Ciuile.

Dissimilitudo rerū non tolli, sed ad Harmoniam quandam reduci debet.

Ordo res optima est & necessaria.

AD tollendas seditiones, quæ propter dissimilitudinem oriuntur, non ipsa quidem dissimilitudo tollenda est: sed quæ ex ea oritur inæqualitas, ad æqualitatis proportionem reducenda. Nam dissimilitudines rerum tollere, est mundum destruere. Mundus siquidem ex rebus dissimillimis, immo ex contrarijs etiam constat. An non dissimillima sunt: cælum, terra, spiritus, corpus, materia, forma, elementum, mixtum, substantia, quantitas, qualitas, actio, passio, ubi, situs, habitus, & si qua sunt similia. Contraria autem: ut calidum, frigidum: humidum, siccum: album, nigrum. Sic multa dissimilia reperiuntur in corpore naturali & ciuili. In naturali, ut caput, manus, pedes, oculi, aures, nares, & cætera membra. In ciuili sæculari & eius partibus, ut in domo maritus, uxor, parentes, liberi, dominus, seruus. In regno, ut nobiles & plebei, & inter nobiles, Rex, Principes, Duces: Inter plebeios, agricolæ, artifices: Et inter artifices, fullones, pistores, lanij, cerdones, &c. In Ecclesiastico, ut Pastores, Doctores, Prophetæ, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, &c. Ad tollendas igitur seditiones, quæ ex huiusmodi dissimilitudinibus oriuntur, non ipsæ quidem dissimilitudines tollendæ sunt, ut sine quibus Respublica consistere non potest: sed deordinatio potius, quæ inter dissimilia nascitur, ad illam, qua inter se etiam dissimilia ordine certo cohærent, Harmoniam reducenda. Veluti, si in domo maritus & uxor, parentes & liberi, dominus & seruus dissideant. In regno Plebei nobilibus, alienigenæ indigenis, lanij piscatoribus aduersentur: Non tollentur ob id iura Matrimonij, dominia in seruos, nobilitas, agricultura, & artes, sed id curabitur, ut quæ cuiusq; sunt ordinis officia, rectè & ordine à singulis præstentur. Ita enim facillime discordia, quæ turbato officiorum ordine concitata est, dissoluetur: & concordia, quæ certo dissimilium etiam rerum ordine secundum æqualitatis proportionem coalescit, restituetur.

Quemadmodum enim ordine cuncta quæ sunt in mundo, seruatis, quas unicuiq; rei natura præscripsit, legibus colligantur: Ita deordinatione, quæ natura etiam copulata sunt, dissoluuntur. De qua re pulchre differit Gregorius Nazianzenus in sermone, qui de moderandis disputationibus inscriptus est. Ordo, inquit, uniuersum constituit: continet tam cælestia quàm terrestria: ordo est in mentalibus: ordo in sensibilibus: ordo in Angelis: ordo in astris, motu, & magnitudine, habitudine, continentia, & splendore. Alia est claritas Solis, alia Lunæ, & alia astrorum: Stella enim

entem à stella differt claritate. Ordo est in anni partibus & temporibus, quæ mundo nunc adueniunt, nunc tacite abeunt, ut austeritatem mediocritate mitigent. Ordo est in mensuris, interuallisq; diei & noctis: ordo in elementis, è quibus corpora. Ordo circumegit cœlum, tenuauit aërem, terram supposuit, quin & superposuit: naturam humectam fudit & congregauit, uentos misit, quibus alios non submitit, aquam in nubibus colligauit, & non cohibuit, sed sparsit super faciem uniuersæ terræ indiscriminatim & bono ordine. Atq; hæc non in paucis, neq; in unam occasionem aliquam uel tempus, sed ab initio ad finem usq; eadem uia diriguntur, & circumeunt. Solidata sunt, & mouentur: solidata quidem uerbo mouentur, aut fluxu. Satuit, inquit, in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit, & hoc solidationis est: Sed quod factum est aliquid, uel fiendum est, ipsum est fluxuræ. Quamdiu autem ordo in rebus Principatum tenet, uniuersum corpus κόσμος & proprio nomine mundus est, & immobilis perseuerat rerum pulchritudo.

Ordinis autem prætermisio, & ornatus negligentia, nouatis rebus induxerunt in aëre fulmina, in terra commotiones, in mari inundationes, in urbibus & domibus bella, in corporibus morbos, in animabus peccata. Ista omnia non ordinis, neq; pacis, sed turbationis & deordinationis sunt nomina. Et post pauca. Ordo animantibus omnibus natiuitatis & educationis leges, ac solum cuiq; locum præscripsit, neq; Delphinum quis agros sulcantiem, neq; bouem aquis natantem uidit, sicut nec Solem nocte minui & impleri, nec Lunam interdium facem ignei lubaris proferre. Montes, ait, excelsi ceruis: & petra refugium cuniculis. Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.

Et iterum. Ordo à brutis nos discreuit, ciuitates inhabitare fecit: leges condidit, uirtuti præmia, sceleribus supplicia decreuit: artes inuenit, coniugia adoptauit, uitæ austeritatem amoris erga liberos affectione mansuetiorem reddidit, & maiorem aliquam, quam est humilis & carnalis illa, affectionem in intimis penetrabilibus collocauit, nempe eam, quæ in Deum est. Et quid opus singularim per censere? Ordo eorum quæ sunt, parens est, ac conseruatio secunda. Hactenus Nazianzenus. Ex quibus uerbis liquido cognosci potest, ordine cunctas res à Deo creatas cohærere, deordinatione uero dissolui. Quod non in naturalibus tantum, sed etiam in politicis rebus locum habet. Nam & in corpore ciuili Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ quam secularis, seruato distincto officiorum ordine, recte tam imperandi quam parædi leges custodiuntur. Nam & sunt qui imperant, & qui imperantium potestati subiecti sunt: & hæc quidem inter se à Deo ordinata sunt, dicente Apostolo,

Z iij Omnis



Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et in primis talis ordo in Ecclesijs etiam à Deo diffinitus est, ut idem Gregorius Nazianzenus eleganter deducit.

Ordo in
Ecclesijs.

Diuerse
operatio-
nes partiũ
uniũs cor-
poris.

Cõcordia
ex seruato
ordine.

Vna fides
& doctri-
na in Ec-
clesia.

1. Cor. 1.

Ordo, inquit, & in Ecclesijs diffiniuit, ut esset grex quidam, & essent pastores: esset quod regeret, & quod regeretur: & quod quidem quasi caput, illud uero manus, aliud autem pedes: aliud item oculus, aliud denique aliud quoddam corporis membrum, siue præstans, siue minus: præstans ad usum elegantemque proportionem totius. Et sicut in corporibus membra inter se non sunt diuulsa, sed totum ex diuersis cohærentibus, unum est corpus. Neque eadem omnium operatio, etiamsi eadem sit, cum mutua opera ad necessitatem uti beneuole comprobant & annuunt. Et neque oculus ambulat, sed iter monstrat & ducatum præbet: neque pes prospectat, sed transit & transfert: neque lingua uocem excipit, neque aures loquuntur: quod linguæ est, hoc non aurium est. Et nares olfactus sensoria sunt, guttur uero cibos gustat, ait Iob. Manus autem dandi recipiendique instrumentum est. Cæterum mens dux omnium, à qua sentiendi uis, & ad quam sensatio proficiscitur. Sic & apud nos, qui sumus commune corpus Christi, omnes quidem unum corpus sumus in Christo: singulatim uero Christi & inter nos membra: & cum alterum principatum obtineat & præsideat, alterum dirigitur & ducitur. Et licet non idem sit regere & regi, sunt tamen utraque unum, ab eodem spiritu in Christum coaptata & composita, etiamsi subditi quantocumque interstitio distent: Et Duces quantacumque eminentia antecellant, eruditione, usu, & ætate. Hunc igitur ordinem si recte custodierimus, id est, si id egerimus, ut membra corporis Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, quantumlibet dissimilia, sua queque recte officia præstent, nec dominum se faciat, qui est seruus: nec nobilem, qui est plebeius: nec exercitum ducat, qui est inter milites ordinatus: nec pastorem agat, qui est ouis: nec Episcopum, qui est Presbyter: nec Presbyterum, qui est Diaconus. Tum enim omnis deordinatio cessabit, & cunctis in suum & genuinum ordinem reductis, uera concordia coalescet. In una tantum re seditio ob dissimilitudinem orta, tolli non potest, nisi ipsa dissimilitudine sublata. Ea nempe est Catholica Religio, in qua nimirum præceptum illud Apostolicum habemus, Vt id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata: Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Ideoque propter hæreses concitata seditione, unicuique remediũ erit, ut sublati hæresibus, omnes unius corporis Christi membra, quantumlibet inter se dissimilia, unã eandemque Catholicam Ecclesiã, fidẽ, & doctrinã confiteantur. Et ab hac quicquid alienum &

& externum est, tanquam prophanum & sacrilegum execrentur.

Præterea iam multa, quæ ad seditiones ob contemptum, & negligentiam Magistratum, aliasq; similes causas ortas, pertinet, quæ & ipsæ sublati earum causas, extinguuntur. Nam qui sunt intelligentis iudicij, ex his, quæ de remouendis extirpandisq; aliarum seditionum causis dicta sunt, facile quid de submouendis harū quoq; quas dixi, seditionū causis statuendum sit, conijcere possunt. Quia ex his, quæ de ordine officiorum præstandorū à nobis dicta sunt, ad omnium fere seditionum causas remouendas ex æquo pertinent. Veluti, si seditio propter avaritiam potentiorum aut ambitionem, orta esse dicatur: efficax & sufficiens remedium erit, ut avarus & ambitiosus, relictis & uitatis avaritiæ & ambitionis criminibus, ea præstent, quæ sunt officij sui. Ad eundem igitur modum de cæteris quoq; seditionum causis statuendum erit, quæ tum facile remouentur, si quod per deordinationem peccatum est, emendetur: & quæ sunt uniuscuiusq; officij, iusto ordine peragantur.

Cōcordia fit, quando præstatum officium, quod quisq; debet.

Quibus modis tollantur seditiones, propter contumeliam excitatæ, Caput VI.



Vemadmodum morbi difficiliore curatu sunt, ut tradunt Medici, qui altius in corpore radices egerunt: Ita maiore cum difficultate seditiones (quæ & ipsæ morbi Reipublicæ sunt) sanantur, quarum causæ firmiter in ipso Reipublicæ corpore fixæ sunt atq; radicatae. In quo genere eas maxime seditiones numero, quæ ob iniuriã & contumeliam concitantur. Contumelia siquidem irã parit, qua, propter illatas sibi iniurias perciti, quando ulcisci se proprijs uiribus nõ possunt, ad aliena auxilia cōfugientes, plerumq; ad seditiones cōuertuntur. Porro inter omnes affectus ira eius naturæ est, ut tardissime senescat, iuxta uersiculos illos Sophocleos.

Ira tarde senescit.

Θυμὸν γὰρ οὐδὲν γῦρας ἐστὶν ἄλλο, πλὴν
οὐκ ἔστιν, θανάτου οὐδὲν ἄλλοτε ἀπέσται.

Quos ita Latine uertit Erasmus Roterodamus,
*Senecta nulla obtingit iracundiæ
Nisi mors, sepultos nullus attingit dolor.*

Eras. Chil. 1.
Cent. uer.
Adag. 13.

Omniū uero maxime seditiosi, & qui aliqua his ipsis necessitudine coniuncti sunt, semel conceptam iram, utcunq; etiam sedata atq; compressa seditione, tenacissime retinent: nec antea remittunt, quàm illatam sibi iniuriam & contumeliam, uel ulciscantur ipsi, uel ab alijs ultam esse cognorint. Ad remouendam igitur tam alte radicatam seditionis causam, ueteres duobus potissimum

Tollere è medio seditionum authores.

Rom. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et in primis talis ordo in Ecclesijs etiam à Deo diffinitus est, ut idem Gregorius Nazianzenus eleganter deducit.

Ordo in Ecclesijs.

Diuerse operationes partium unius corporis.

Cõcordia ex seruato ordine.

Vna fides & doctrina in Ecclesia.
1. Cor. 1.

Ordo, inquit, & in Ecclesijs diffiniuit, ut esset grex quidam, & essent pastores: esset quod regeret, & quod regeretur: & quod quidem quasi caput, illud uero manus, aliud autem pedes: aliud item oculus, aliud denique aliud quoddam corporis membrum, siue præstans, siue minus: præstans ad usum elegantemque proportionem totius. Et sicut in corporibus membra inter se non sunt diuisa, sed totum ex diuersis cohærentibus, unum est corpus. Neque eadem omnium operatio, etiamsi eadem sit, cum mutua opera ad necessitatem uti beneuole comprobant & annuunt. Et neque oculus ambulat, sed iter monstrat & ducatum præbet: neque pes prospectat, sed transit & transfert: neque lingua uocem excipit, neque aures loquuntur: quod linguæ est, hoc non aurium est. Et nares olfactus sensoria sunt, guttur uero cibos gustat, ait Iob. Manus autem dandi recipiendique instrumentum est. Cæterum mens dux omnium, à qua sentiendi uis, & ad quam sensatio proficiscitur. Sic & apud nos, qui sumus commune corpus Christi, omnes quidem unum corpus sumus in Christo: singulatim uero Christi & inter nos membra: & cum alterum principatum obtineat & præsideat, alterum dirigitur & ducitur. Et licet non idem sit regere & regi, sunt tamen utraq; unum, ab eodem spiritu in Christum coaptata & composita, etiamsi subditi quantocunque interstitio distent: Et Duces quantocunque eminentia antecellant, eruditione, usu, & ætate. Hunc igitur ordinem si recte custodierimus, id est, si id egerimus, ut membra corporis Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, quantumlibet dissimilia, sua queque recte officia præstent, nec dominum se faciat, qui est seruus: nec nobilem, qui est plebeius: nec exercitum ducat, qui est inter milites ordinatus: nec pastorem agat, qui est ouis: nec Episcopum, qui est Presbyter: nec Presbyterum, qui est Diaconus. Tum enim omnis deordinatio cessabit, & cunctis in suum & genuinum ordinem reductis, uera concordia coalescet. In una tantum re seditio ob dissimilitudinem orta, tolli non potest, nisi ipsa dissimilitudine sublata. Ea nempe est Catholica Religio, in qua nimirum præceptum illud Apostolicum habemus. Vt id ipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata: Simus autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Ideoque propter hæreses concitata seditione, unicum remedium erit, ut sublati hæresibus, omnes unius corporis Christi membra, quantumlibet inter se dissimilia, unam eandemque Catholicam Ecclesiam, fidem, & doctrinam confiteantur. Et ab hac quicquid alienum &

& externum est, tanquam prophanum & sacrilegum execrentur.

Præterco iam multa, quæ ad seditiones ob contemptum, & negligentiam Magistratum, aliasq; similes causas ortas, pertinet, quæ & ipsæ sublatis earum causis, extinguuntur. Nam qui sunt intelligentis iudicij, ex his, quæ de remouendis extirpandisq; aliarum seditionum causis dicta sunt, facile quid de submouendis harū quoq; quas dixi, seditionū causis statuendum sit, conijcere possunt. Quia ex his, quæ de ordine officiorum præstandorū à nobis dicta sunt, ad omnium fere seditionum causas remouendas ex æquo pertinent. Veluti, si seditio propter auaritiam potentiorum aut ambitionem, orta esse dicatur: efficax & sufficiens remedium erit, ut auarus & ambitiosus, relictis & uitatis auaritiæ & ambitionis criminibus, ea præstent, quæ sunt officij sui. Ad eundem igitur modum de cæteris quoq; seditionum causis statuendum erit, quæ tum facile remouentur, si quod per deordinationem peccatum est, emendetur: & quæ sunt uniuscuiusq; officij, iusto ordine peragantur.

Cōcordia fit, quando præstatue officium, quod quisq; debet.

Quibus modis tollantur seditiones, propter contumeliam excitatæ, Caput VI.



Vemadmodum morbi difficiliore curatu sunt, ut tradunt Medici, qui altius in corpore radices egerunt: Ita maiore cum difficultate seditiones (quæ & ipsæ morbi Reipublicæ sunt) sanantur, quarum causæ firmiter in ipso Reipublicæ corpore fixæ sunt atq; radicatae. In quo genere eas maxime seditiones numero, quæ ob iniuriã & contumeliam concitantur. Contumelia siquidem irã parit, qua, propter illatas sibi iniurias perciti, quando ulcisci se proprijs uiribus nō possunt, ad aliena auxilia cōfugientes, plerumq; ad seditiones cōuertuntur. Porro inter omnes affectus ira eius naturæ est, ut tardissime senescat, iuxta uersiculos illos Sophocleos.

Ira tarde senescit.

θυμὸν γὰρ οὐδὲν γῆρας ἐσιπ ἄλλο, πλὴν
θανάτων, θανάτων οὐδὲν ἄλλοτ' ἀπέρει.

Quos ita Latine uertit Erasmus Roterodamus,
*Senecta nulla obtingit iracundiæ
Nisi mors, sepultos nullus attingit dolor.*

Eras. Chil. 1.
Cent. uer.
Adag. 13.

Omniū uero maxime seditiosi, & qui aliqua his ipsis necessitudine coniuncti sunt, semel conceptam iram, utcunq; etiam sedata atq; compressa seditione, tenacissime retinent: nec antea remittunt, quam illatam sibi iniuriam & contumeliam, uel ulciscantur ipsi, uel ab alijs ultam esse cognorint. Ad remouendam igitur tam alte radicatam seditionis causam, ueteres duobus potissimum

Tollere ē medio seditionum authores.

mum remedijs usi sunt: Vnum eorum est, qui ipsos seditionum auctores, eorumque amicos & necessarios, perimendos esse putauerunt: rati, ijs ipsis e medio sublatis, simul etiam iram & ulciscendi cupiditatem, seditionisque adeo de nouo resuscitandæ atque reintegrandæ occasionem esse sublatam.

Durum sane hoc & asperum, sed sæpe tamen necessarium remedium, præsertim aduersus ipsos seditionum auctores, quibus iuxta Prouerbum, non minus fortasse, quam lupis parcendum est.

An filij
quorum se-
ditionum
occidendi
sint.

Sunt & qui occisis seditionum auctoribus, filios quoque eorum occidendos esse putent. Quo consilio Philippum Macedonem usum fuisse tradunt historiae: Qui cum liberos eorum quos occiderat, e medio sustulisset, dixisse fertur. Aut enim oportebat primum à parentibus occidendis abstinere, aut filios item submouere, paternæ necis ultores aliquando futuros. Nec ignotus est uersus hic Prouerbialis.

Νήπιος ὅς πατέρα κείνας ἡὼς ὑπολείπει.

Est fatuus qui patre perempto pignora linquit.

Item ille Theocriti.

Ἄρῆσαι καὶ λυκιδῆς, θρέψαι λύνας ὡς τὸ φάγοντι.

Theocritus in
Hodaporia.
Eras. Chil. 2.
Cent. 1. Adag.
86.

Quo nimirum significatur, non pascendos esse canes, qui te la-
nient, catulosque luporum. Cui Prouerbio milites, qui Maximinum
Imperatorem, unà cum filio trucidarant, respondentes dixerunt. Ex
pessimo genere ne catulum quidem relinquendum. Ego certe ad se-
dandas extirpandasque seditiones iustum esse puto, ut auctores ipsi,
& eorum adiutores, e medio tollantur: Quod & legibus sancitum
est, ut supra demonstraui. Cæterum eorum filij, tametsi &

l. quisquis C.
ad leg. Iul.
Maieft.
Pœna in
filios reorū
læx Mai.

ipsi paterno perire deberent supplicio, ut in quibus paterni, id est,
hæreditarij criminis exempla metuantur: Tamen ueteres Princi-
pes, eorum qui in omni genere seditionum pessimi sunt, id est, reo-
rum criminis læx Maieftatis, filijs uitam donandam, ac mitiorem
pœnam infligendam esse constituerunt. Ea est, ut à materna uel au-
ta, tum omnium etiam proximorum hæreditate ac successione alieni
sint: tum nihil etiam ex testamentis extraneorum capiant, ut sic per-
petuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur.

Sed & ad nullos prorsus honores, & ad nulla Sacramenta eos
peruenire, ac postremo tales esse uoluerunt, ut his perpetua egestate
sordentibus, & mors sit solatium, & uita supplicium.

Salust. de
coniuratione
Catilinae.

Atque hac saneratione iustum fuit, ut Lentulus, etiamsi Patri-
tius ex gente clarissimorum Corneliorum: Cethegus item, Stati-
lius, Gabinius & Cæparius, coniurationis Catilinæ Principes, la-
queo strangularentur, atque hoc modo dignum moribus factisque
suis uitæ exitum inuenerint.

Contra uero nimis crudele fuit, quod Sylla aduersus Maria-
nos:

nos : ac Triumviri illi, Lepidus, Antonius, & Octavius, contra Crudeles
 Cæsaris percussores, & eorum amicos & necessarios, innumeros Triumvir
 aduersarum sibi partium occiderunt, ut qui eo crudelitatis pro- rorum in
 cesserunt, ut nulla neq; personarum, neq; criminum facta diffe- occisores
 rentia, nec cuiusquam erga Rempublicam meritorum habita rati- Iulij Cæsa-
 one, præclarissimos quosq; , ac de Republica optime meritos ui- ris.
 ros, interemerint, & in tanto furore ne foemineo quidem sexui pe-
 percerint. Quorum numerus & nomina in tabulis proscriptionis. Tabulæ
 nis, quas omnium primus Sylla introduxit, & hunc sequuti disci- proscrip-
 puli eius Triumviri proposuerunt, continentur. Quo fato, ut mul- tionis.
 tos alios taceam, M. Cicero, disertus ille artifex regendæ Reipubli- Proscrip-
 cæ, Antonio acerrimo eius inimico idipsum petente, & Octauio, tio in Cæ-
 qui tamen antea patris loco eum habuerat, ita annuente, ex Triumvi- ronem.
 rorum pacto proscrip- tus, & à Satellitibus Antonij extinctus est.

Etsi enim hac seueritate effectum est, ut altera suppressa factione,
 omnia demum ciuilia bella extincta, ac totius Reipublicæ summa,
 ad unius Principatū translata, ac pax uniuerso prope orbi regnan-
 te Octauio Augusto reddita fuerit : Tamen minime laudanda est,
 quæ cum innocentium, eorundemq; præclarissimorum hominum
 exitio, concordia comparatur : neq; enim medicina modum exce-
 dere debet, nec mala facienda sunt, ut inde bona eueniant.

Alterum remedium est, ut sublatis seditionum authoribus, lex Ro. 3.
 feratur, ne qua præteritarum discordiarum memoria refricetur. Lex obli-
 Actali quidem remedio Thrasybulus, apud Athenienses usus fuisse uionis,
 dicitur. Is enim cum ciuitatem à triginta Tyrannorum sæuitia libe- Amnestia
 rasset, plebiscitum interposuit, ne præteritarum rerum mentio fie- dicta.
 ret, & ne quis de præteritis actis accusaretur, aut mulctaretur, quæ
 lex obliuionis dicta est. Quin & socios uolentes contra legem
 sœuire in eos, cum quibus redium erat in gratiam, publice cohibuit,
 & latam legem confirmauit : atq; hæc obliuio, quam Athenienses
 ἀμνησιον uocarunt, concussum & labentem ciuitatis statum in pristi- Val. Max. lib.
 num habitum reuocauit : Autores sunt Valerius Maximus, & Pro- 4. c. 1.
 bus Æmilius.

Idem remedium authore Cicerone in sedanda discordia ciuili,
 propter Cæsarem interfectum concitata, adhibitum fuit, ut ipse Ci- Cic. Philippis
 cero testatur, his quidem uerbis. Nec uero usquam discedebam, nec prima.
 à Republica deſciebam oculos : Ex eo die, quo in ædem Telluris
 conuocati sumus, in quo templo quantum in me fuit, ieci funda-
 menta pacis, Atheniensiumq; renouauit uetus exemplum, Græcum
 etiam uerbum usurpauit, quod tum in sedandis discordijs usurpauerat
 ciuitas illa : atq; omnem memoriam discordiarū obliuione sempiterna
 delendam esse censui. Verum non tam foeliciter Romanis
 huiusmodi lex obliuionis celsit, ut illa Thrasybuli Atheniensibus.
 Quippe

Quippe contempta discordiarum obliuione ab his, qui Cæsaris interitum dolebant, seditio non solum in præsens sedata non fuit, sed odijs inter partes indies magis magisque gliscentibus, atrocior etiam facta, non antea cessauit, quam Imperio in Octauium Augustum translato, totius Reipublicæ status in formam Monarchiæ fuerit commutatus.

*De Remotione causarum instrumentalium
seditionum, Cap. VII.*



Armorum
multa ge-
nera.

*In Aut. de ar.
Gellius lib. 10.
6, 35, noc. Atti.*

Munitio-
nũ genera.

Dolus in
conuenti-
culis.

Congre-
gationes
Ecclesiasti-
cæ uarij
generis.

Actenus de remotione causarum principalium seditionum diximus: deinceps de Instrumentalibus causis dicendum est: quarum & ipsarum remotio ad tollendas seditiones necessaria est. Hæ sunt, Vis & Dolus, ut supra demonstrauius. Ad uim referimus, Arma & Munitiones. Armorum appellatione ueniunt, quæ ad offensionem defensionemque parata sunt, ut gladij, arcus, cuspides, bombardæ, galeæ, loriciæ, scuta: & quæ apud ueteres in usu fuisse Gellius commemorat: Hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gela, lancea, spari, rumigestri, faces, tragulæ, frameæ, mesanculæ, cateiæ, rumphææ, scorpius, scibones, sicilices, ueruta, enses, sicæ, machæræ, spatæ, lingulæ, pugiones, climaculæ. Et quas Iustinianus Imperator in titulo de armis in Autenticis enumerat: Cuius Constitutionis uerba infra ponuntur, aliæque, quæ secundum communem consuetudinem inter arma computantur. Munitiones sunt ciuitatum, muri, mœnia, turres, & quibus ea cinguntur, ualla & fossæ, castra, fortalitia, & si quæ sunt his similia.

Ad dolum pertinent seditiosorum conuenticula, & quæ in his ipsis capiuntur, secretæ consultationes. Conuenticula uel ipso nomine, illicitas congregationes designant. Sunt enim duplices conuentus: Liciti, & Illiciti. Liciti, qui publicæ quietis & tranquillitatis conseruandæ causa aguntur. Et hi sunt duplicis generis: Sacri uel Ecclesiastici, & Prophani siue Sæculares.

Sacri sunt, qui propter cultum diuinum & religionem, animarumque salutem fiunt: Quales sunt congregationes hominum, sacerorum causa in una Ecclesia conuenientium. Immo & Ecclesia ipsa fidelium congregatio est, quæ si fiat in Parochia, Parochialis: si in Episcopatu, Episcopalis: si in Archiepiscopatu, Archiepiscopalis: si in Patriarchiatu, Patriarchialis dicitur. Quæ autem per totum orbem diffusa has omnes complectitur, Catholica dicitur.

Et hi conuentus à Christo & Apostolis originem acceperunt, ex quibus deinde aliæ quoque licitæ & honestæ congregationes descende-

descenderunt: Vt uariorum ordinum Monasteria, fraternitates, Domus Xenodochia, Orphanotrophia, Ptochotrophia, Nosochochia, Gerontochomia, Cathotrophia, aliorumque piorum locorum conuentus, à Christi fidelibus erectorum & fundatorum.

Eiusdem generis sunt Ecclesiastica Concilia, tam uniuersalia Concilia, quàm particularia, in quibus ea, quæ ad necessitatem utilitatemque Ecclesiarum, Monasteriorum, & piorum locorum pertinent, deliberantur.

Prophani siue sæculares conuentus sunt, qui propter iustam in homines utilitatem communicationem, & ad conseruandum tranquillum Reipublicæ statum aguntur. Quales sunt, congregationes hominum in domo, in uicinia, in ciuitate, in prouincia, in regno: Immo & domus ipsa, uicinia, ciuitas, prouincia, regnum, nihil aliud sunt, quàm hominum domesticæ ciuilibusque societatis uinculo coniunctorum congregationes, & quod has omnes complectitur, Imperium uocatur. Atque hijs sane conuentus omnes, à natura ipsa, & illa, qua humana societas conseruatur, iustitia descendunt. De qua re pulchre Cicero. In omni, inquit,

Cic. lib. 5. de finibus.

honesto nihil est tam illustre, nec quod latius pateat, quàm coniunctio inter homines hominum, & quasi quædam societas & communicatio utilitatum, etiam ipsa charitas generis humani, quæ nata à primo satu, quo à procreatoribus diliguntur, & tota domus coniugio & stirpe coniungitur: serpit sensim foras, cognationibus, tum affinitatibus, deinde amicitijs, post uicinitatibus, cum ciuibus & ijs, qui publice socij atque amici sunt, deinde totius complexu gentis humanæ. Quæ animi affectio, suum cuique tribuens, atque hanc, quam dico societatem coniunctionis humanæ, munifice & æque tuens, iustitia dicitur.

Iurisperiti huius generis conuentus Iurisgentium esse dicunt, quo nimirum discretæ gentes, & regna condita sunt: Quin & contractus & commertia, quibus utilitates inter homines communicantur: Magistratus item, qui hæc omnia ad normam iustitiæ moderantur, ab eodem iure proficiscuntur.

l ex hoc iure ff. de iust. & iure.

Sed & scholæ, tam literariæ quàm militares, collegia artificum & mercatorum, fœdera item, quæ iustis legibus inter Reges, Principes, & ciuitates percutiuntur, & aliæ societates prophanæ, uel à iure ciuili introductæ, uel à Romanis Imperatoribus approbatæ, in hoc genere licitorum conuentuum numerantur.

Conuētus & contractus Iurisgentium.

ff. de collegijs illicitis l. 1. ubi Bar.

Illiciti conuentus sunt, qui ad prophanandum & extinguendum diuinum cultum, impediendumque profectum & salutem animarum, tum ad perturbandam Reipublicæ quietem & tranquillitatem contrahuntur. Cuiusmodi sunt conuenticula latronum, Piratarum, Monopolarum, seditiosorum, rebellium, hæreticorum & schismaticorum, & omnia collegia, quæ de iure non sunt approbata. Et sunt duplicia: Occulta, & Manifesta. Occulta, quæ in abditis & ab

Illiciti conuentus.

l. 1. ubi Bar. de colleg. illicitis

l. 1. c. de Monopolijs.

Bacchanalia hominum conuersatione remotis locis frequentantur. Cuiusmodi apud Romanos erat locus, quem Bacchis sacrum esse dicebant, in quo qui Bacchis initiati erant, nocturnos conuentus agebant, ac promiscuos inter se coitus uiri atq; foeminae nudi exercebant, quae sacra Bacchanalia ipsi uocabant. De quo illud Poetae.

Iuuenalis
Saty. 2.

Qui Curios simulant, & Bacchanalia uiuunt.

Adamitarum & Pickardorum, quorum & ipsorum promiscua connubia fuerunt: quorum omnium supra quoque meminimus.

Et nostra aetate Anabaptistae clandestinas congregationes in hortis & syluis facientes, ipsi quoque promiscuam uenerem exercuerunt, tum alia his etiam immaniora crimina perpetrarunt.

Manifesta conuenticula sunt, quae in locis publicis, & hominum conspectui expositis, agitantur. Cuiusmodi sunt haereticorum conciliabula, & seditiosorum conuenticula: quorum multa in historijs commemorantur, ab Arrianis, alijsque haereticis olim fuisse habitata, ut Ariminense, Nicomedense: Et item duo contra Athanasium, unum apud Tyrum, alterum apud Antiochiam. Similiter unum apud Seleuciam Isauriae, & unum in Chalcedone contra Ioannem Chrysostomum, & multa alia aliorum haereticorum conciliabula fuerunt, in locis non quidem abditis & occultis, sed praeruncque tum hominum frequentia, tum locorum celebritate insignioribus congregata.

De prophanarum seditiosorum manifestis conciliabulis non est opus, ut hoc loco longius ueterum exempla repetantur. Siquidem in omnium, ut opinor, recenti memoria haerent, Schmalkaldianorum in celeberrimis Germaniae ciuitatibus habitata conuenticula, quae adeo non uoluerunt esse occulta, ut quicquid quouis tempore, in quouis eorum Concilio decreuerunt, non dubitarint, id ipsum libellis, per formas Typographorum in publicum aeditis, toti orbi facere manifestum.

Inter illicitos igitur conuentus, conuenticula seditiosorum recte numeramus, quae ob id conuenticula & conciliabula uocamus, quia propria sunt haec illicitorum conuentuum uocabula.

Ad remouendas igitur seditiosorum causas Instrumentales, uim & fraudem, his ferè remedijs utemur. Primum, ut uim ui propulsemus, & artem arte deludamus. Etenim prudentis Irenarchae officium est, quod Lysander de bono Duce dicebat, Vt quo leonina pellis non attingit, eo assuta uulpina contendat.

Secundum, ut quos uim nobis armis intulisse constiterit, eos uictos armis quoque spoliemus. Tertium, ut ueterum Principum leges, quibus armorum usus interdicitur, ad coercendam cauendamque seditiosorum.

Remedia contra uim et fraudem seditiosorum.

l. conuenticul.
C. de epis. &
cler. c. multis
17. dist.
Remedia
contra uim
et fraudem
seditiosorum.

seditiosorum.

rum uim & furorem renouentur. Ac de armorum usu uarię quidem Principum leges extant: De iure Digestorū, arma ad usum uenationis, uel itineris, uel nauigationis permittunt. In alijs uero casibus lege Julia de ui publica tenentur, qui arma, tela domui suę in agrouē, in uillauē coęgerint. Sed et arma ad defendendum parata, hoc iure permittuntur. Nam qui telum salutis suę causa gerūt, non uidentur homines occidendi causa portare. De iure autē Codicis, in scio & inconsulto Principe, nemini armorū quorūlibet mouendorū copia tribuitur. De iure uero Autenticorū, priuatis omnium armorū, etiam ad defensionē paratorū fabricatio, et usus interdicitur. De qua re lex Iustini Imperatoris extat, quę sic habet. Prohibemus priuatos operari & emere arcus & sagittas, & spathas, & enses, quę uocare consueuerūt semispathia, & quę uocantur zanię siue lorice: & contos, & quolibet modo uel figura factas lanceas, & quę apud Isauros nominantur monocapia, & appellatos sitinnos seu missilia. Insuper et aspidas siue scuta, & galeas seu casides: non enim ista alij cuidam instruere sinimus, pręter eos qui deputati sunt, in sacris nostris fabricē sibus. Solos autē fieri & uendi a priuatis, et priuatis uēdi permittimus, cultellos minores, quibus nullus in prędijs utitur. De rusticis uero & mercatoribus, specialiter ad hęc modū cōstituit Fridericus Imperator. Si quis, inquit, rusticus arma uel lanceā portauerit, uel gladiū: ludex, in cuius potestate repertus fuerit, uel arma tollat, uel uiginti solidos pro ipsis recipiat a rustico. Mercator negociandi causa per prouinciā pertransiens, gladiū suū suę sellę alliget, uel super uehiculum suū apponat: non ut quem lędat innocentem, sed ut a prędone se defendat. Quod si igitur de iure communi armorū usus priuatis omnibus interdictus est: quāto magis compressa & extincta seditione, legibus uel latis uel ferēdis cauendū erit, ne seditiosis arma uel fabricare, uel emere liceat, uel portare. Sane his remedijs nostra grate usi sunt, Principes quidā cōtra seditiosas rusticorū multitudines, aduersus dominos suos passim in Germania rebellantes, Anno uidelicet a restituta salute 1525. Primum enim armata et potenti manu multas rusticorum turbas, in diuersis superioris Germanię partibus, ut in Sueuia, in Orientali Francia, in Saxonā, & per uniuersum fere tractum Rheni, collectas, multis eorū millibus occisis, fuderūt. Deinde armis quoq; superstites & in deditionem receptos exuerunt, tū legibus quoq; latis armorum usum ad certū tempus rusticis interdixerūt. Quartū remedium erit, ut munitiones, id est, muros, turres, & mœnia ciuitatū seditiosarum: castra item seditiosorū Principum, Comitū & Nobilium destruātur. Quo remedio sæpe aduersus rebelles, Romanos Imperatores usos fuisse legitimus. Sic Fridericus Imperator, huius nominis I. capto Mediolano, cuncta ciuitatis mœnia euertit. Sic Henricus, huius nominis VII. quarundam ciuitatū Italię, qui in continua rebellione & inobedi-

De armorū usu, uarię leges. l. i. ff. ad leg. Jul. de ui pub

In Aut. de armis §. fin. Lex Iustini Imp.

De pace tenenda c. i. §. ff. quis rusticus.

Seditio rusticorum anno 1525

Diruere munitiones seditiosorum.

Frideric. I. Naucl. lib. 2. generat. 39. Henr. VII.

Platina in Clemente V. diencia diu perstiterant, moenia demolitus est. Et Guilielmus Rex Siciliae, ciuitatem Barū funditus euertit: quia ciues illius Græcis fauente, nequissime contra ipsum conspirauerant, ut Sigebertus in Chronicis testatur. Eodem remedio usus Rudolphus, postquam Imperator electus, & à Romano Pontifice confirmatus, rebellium motus in Sueuia, Franconia, et Alsatia, nec non quibusdam prouincijs cōpresit, conuentū agens Erphordie, castra plus quàm septuaginta destruxit. Porro ad remouendā cauendamq; seditiosorū fraudem, unicum et in ordine quintū remedium erit, ut leges de interdictis seditiosorū conuenticulis latae, reuocentur. Ac de hæreticorū & schismaticorum conuenticulis, quæ in utroq; iure constituta sunt, diligenter à me in libris de hæreticis & schismaticis relata sunt: hoc loco eas tantū leges cōmemorabimus, quæ de prohibitis aliorū seditiosorū conuenticulis latae sunt. Quale est inter Canonicas Decretum illud Concilij Aurelianensis: Si qui Clericorū (ut nuper in multis locis, per superbiam, Diabolo instigante, actū fuisse perpatuerit) rebeli authoritate se in unum coniuratione intercedente collegerint, aut sacramenta inter se data, aut cartulam conscriptā fuisse patuerit, nullis excusationibus presumptio labatur, sed res detecta, cū in Synodum uentū fuerit, in proscriptores, iuxta personarū & ordinū qualitatem, à Pontificibus, qui tūc in unū collecti fuerint, uindiceat. Inter ciuiles aut talis Arcadij et Honorij extat Constitutio. Conuenticulā illicitam etiam extra Ecclesiam in priuatis edibus celebrari prohibemus, proscriptionis domus periculo imminente, si dominus eius in ea Clericos, nouam ac tumultuosam cōuenticulam extra Ecclesiam celebrantes, susceperit. Et alia item Friderici Imperatoris, quæ sic habet. Conuenticula quoq; in ciuitatibus, omnesq; coniurationes, et extra, etiam occasione parentele, et inter ciuitatē & ciuitatem, & inter personā & personam: siue inter ciuitatē & personam, modis omnibus fieri prohibemus, & in præteritum factas cassamus, singulis coniuratorū pœna unius libræ auri puniendis. Itē alia Martiani Imperatoris: Denunciamus, inquit, uobis omnibus, ut in sacrosanctis Ecclesijs, & in alijs quidem uenerabilibus locis, in quibus cū pace & quiete uota competit celebrari, abstineatis ab omni seditione: nemo conclamationibus utatur: nemo moueat tumultū, aut impetum committat, uel conuenticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, uel uici, uel cuiuscūq; loci, colligere aut celebrare conetur. Sciant sane omnes, quod si aliquis contra huiusmodi Edicti normam aut agere aliquid, aut seditionem mouere tentauerit, ultimo supplicio subiacebit.

FINIS SEXTI ET VLTIMI LIBRI

D. Bruni, de Seditiōibus.

DE SEDITIOSIS

CLAMORIBVS ET SCRIPTIS

NOVARVM SECTARVM, APPENDIX

Ioannis Cochläi Germani.

APPENDICIS

PARS PRIMA DE

IMPIO ET SEDITIOSO LIBELLO

Trigami Apostatae, contra Interim.

I. PET. III.

*Cum modestia & timore conscientiam habentes bonam: ut
in eo quod detrahunt de uobis, confundantur, qui calum-
niantur uestram bonam in Christo conuersationem.*

August. in Psalmo 81.

*Non erubescas prædicare, quod nosti defendere, & inter
blasphemos, quod credidisti.*

SERENISSIMO PRINCIPI ET AMPLISSIMO SE-

NATVI REIPUBLICAE VENETORVM, IOANNES

Cochlæus Germanus, Canonicus

Vratislaviensis,

S. P. D.



SERENISSIME Princeps, Dux Illustrissime, Amplissimi Patres Conscripti. Dum recordor aliquando familiarium Colloquiorum: ad quæ frequenter, pro summa & benignitate & facilitate sua, paruitatem meam Rationis olim ante annos Nouem admisit, immo ultro uocauit & adhibuit, Amplissimus Pater, Clarissimus & Nobilissimus uir, Gasparus C O N T A R E N V S, S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Sedis Apostolicæ Legatus de Latere: reuerenter & deuote congratulor intra me ipsum prudentiæ ac fœlicitati uestræ, de singulari hac laude Reipublicæ uestræ, quod dicebat eam *VIRGINEM* & incorruptam perpetuò. Hoc sane sensu, quod ab initio usq; suæ originis libera permanserit semper, nulli unquam Regi aut Imperatori, siue Romano siue Constantinopolitano, subiugata, nec ulla contra Ecclesiam hæresi polluta.

Respub.
Venetorū
VIRGO.

Pauca quidem sunt hæc uerba, sed ita peculiaria & propria Reipublicæ uestræ, ut nulla prorsus sit ciuitas in uniuerso mundo, quæ hanc laudem & fœlicitatem uestram sibi uere arrogare, aut uobis præripere possit. Qua uero ratione seruata sit hætenus, & perpetuo deinceps seruanda sit, Deo propitio, pulcherrime ac prudentissime docuit idem Contarenus, in præclaro & nuper in publicum ædito opere suo, *De Republica Venetorum*. Hoc sane sapientissimum institutum uestrum, perpetuo tenore fœliciter obseruatum, ut à multis Historiographis amplissimis laudibus prolixè cōmemoratum ac celebratum est, & mihi per Magnificos aliquot Oratores uestros (quos laudabili & antiqua consuetudine tum apud Cæsaream, tum apud Regiam Romanorum Maiestatem habere soletis) ore quoq; familiariter declaratum: Ita & inuictum armis à quibuslibet hostibus, quantumuis potentibus, reddidit, atq; in fide & religio-

ne

ne Catholica stabile atq; immotum, & prosperis ad auctum successibus, conseruauit Imperium uestrum.

Id quod ex recentibus quoq; factis uestris, per multorum literas anno superiore abunde intellexi, dum multa uolumina, nouis hæreticorum fermentis infecta, quæ Gallicus quidam Bibliopola, spe lucri furtim inuexerat, bonorum uero uirorum indicio detecta, publice sunt iussu & authoritate uestra combusta. Si hoc salubre ac necessarium prudentiæ atq; diligentiae uestræ exemplum, secutæ fuissent multæ in sacro Romano Imperio, præclaræ alioqui & opulentæ ciuitates Germaniæ, facile potuissent ea euitare incommoda, quæ multis iam annis summo cum detrimento Reipublicæ suæ pertulerunt: Immemores ueteris instituti Romanorum, quo contra seditionum & discordiarum pericula, Senatus Dictatori aut Consulibus summam tribuens potestatem, dicere solebat, Vt prouiderent, ne quid detrimenti Respublica pateretur.

Quoniam uero temere præbuerunt prurientes seditiosis & nouarum rerum cupidis Concionatoribus aures, grauissime turbauerunt tranquillum & pium ueteris in Republica sua instituti statum, non solum in fide & religione, quam contra Maiorum suorum exempla impiè mutauerunt, sed etiam in externa legum obseruatione. Cuius sane rei exemplum, unius præcipuæ ciuitatis hic referam: Quæ cum laudatissima habeat à Maioribus suis in Republica instituta, paucorum imprudentia temere admisit externos quosdam nouarum rerum cupidos Concionatores.

Quorum unus, cum auderet etiam publicè contradicere ijs, quæ Cæsarea Maiestas in publico Edicto, post confectum contra seditiosos & rebelles bellum, constituerat Augustæ in nouissimo Conuentu Imperiali: Dimissus est & permissus potius, abire in malam rem, ne tota ciuitas illa, quæ & Imperatori & Regi Romanorum fidelissime, more Maiorum suorum, in rebus & causis prophanis adherere & obedire solet, per seditiosas & impias conciones unius externi & ignobilis hominis, tantorum Principum suorum indignationem incurreret: Ille autem, ne innoxius pacifice abiret, pessimum post se reliquit discordiæ semen, libellum scribens, & furtim (tacito suo atq; etiam Typographi sui nomine) ædens Germanicè scriptum. In quo non solum Imperatorem propter Edictum illud, quod uulgo **INTERIM** uocant, carpit, tanquam impium Euangelij persecutorem: uerumetiam Senatū illius ciuitatis (à quo tamen innumeris honoratus fuit beneficijs)

Ciuitates
in religioe
et Repub.
per Con-
cionatores
sectarū mu-
tatae.

Conciona-
tor seditio-
sus.

Semen di-
scordiæ he-
reticus li-
bellus.

reprehendit tanquam agnitæ ueritatis desertorem, ut eum plebi per hoc redderet exosum.

Hanc ego Senatus illius prudentiam (qua ciuitatem suam à periculosis & seditiosis huius hominis concionibus & scriptis liberauit) alijs in exemplum breui commendauit libello, quem celeberrimo Nomini uestro præ cæteris dedicandum censeo: Quandoquidem & Senatus ille, uestre Reipub. studiosissimus, ab antiquo habetur in Germania. Vtinam uero uniuersæ totius Germaniæ ciuitates & Respub. saluberrima Reipublicæ uestre instituta mallent sequi, quàm seditiosis concionibus & scriptis suorum Concionatorum dare locum, eisq; permittere, ut populos & simplicem plebem ad nouos tumultus & rebelliones, contra utranq; potestatem concitent. Deus Optimus Maximus (qui ^{1. Cor. 14.} pacis, non dissensionis est Deus) faciat, ut non solum Germaniæ, sed & Angliæ Daniæq; & Sueciæ, atq; etiam Noruegiæ ciuitates & Proceres, singularis prudentiæ uestre exemplo, curent, Concionatores pestilentes, qui sub Diabolico Euangelij prætextu, pacem & fidem antiquam perturbant, seditiosiq; scriptis & libris suis omnia miscent & confundunt, amouere, & populos suos in antiqua & Catholica fide, ^{2. Cor. 11.} pacemq; & religione ita retinere, ut uobiscum illud Pauli Apostoli uerbum uere dicere queant: *Æmulator uos Dei æmulatione. Despondi enim uos um uiro uirginem castam exhibere Christo, qui est uere saluator noster, Deus in sæcula benedictus. Vratislaviæ*
Die XXVI. Ianuarij, Anno Domini

M. D. L.

AD CARO.

AD CAROLVM V. IMPERATOREM, PIVS ET PACI-

FICVS LIBELLVS IOAN. COCHLAEI, CONTRA

*impium & seditiosum scriptum, Trigami et pro-
fugi cuiusdam sacerdotis Apostatae.*



DEVS Opt. Max. dedit Augustæ ac sacrosanctæ Maiestati tuæ, Inuitissime Imperator Auguste, tantam & potentiam & in rebus gerendis fœlicitatem, quantam post Carolum Magnum per DCC. & amplius annos, nulli prædecessorum tuorū Ro. Imperatorum unquam dedit: ut possis iure ac merito debeas, omnibus Ro. Imperij Regibus & Imperatoribus longo anteferri interuallo, siue quis animi tui magnitudinem, et intrepidum ad omnes periculorum casus & rerum euentus consideret pectus, siue uictoriarum in bellis quamlibet magnis ac difficilibus prosperos successus attendat.

Miro tamen modo fit nouarum improbitate audacissima sectarum, ut uix ullius Antecessorum tuorum Edicta legesq; & mandata, apud plærosq; sacri Ro. Imperij populos, minorem habuerint honorem reuerentiamq; & debitę obidientię effectum, quàm habent hoc tempore tua Cæsar, pijsima alioqui & non minus ad pacem et concordiam publicam, quàm ad sempiternam animarum salutem necessaria. Vereor itaq; ne hęc Germanis nostris, qui tam grauius ac pertinaciter hæresi & schismate Deum & Maiestatem tuam incessabili rebellione offendunt, eueniat propediem, in magnam Patrię ruinam & infamiam, sicut scriptum est in Esaia Propheta: *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudere, ne forte uideat oculis suis, &c. Donec desolentur ciuitates absq; habitatore, & domus sine homine, & terra relinquatur deserta.* Timeo & illud, quod de filijs Heli, iudicis & sacerdotis in Israel, scriptum legitur: *Quod non audierunt uocem patris sui (qui eos increpans ac dehortans dicebat: Quare facitis res huiusmodi, quas ego audio res pessimas) quia uoluit Dominus occidere eos. Nisi enim iusto Dei iudicio essent sectæ nostræ, propter infinita scelera, quibus ad os usq; repletae sunt, in reprobum sensum tradita: tantam Maiestatem & potentiam, quæ à Deo super totam Germaniam legitimo iure ac potestate data est tibi Imperator, non possent nõ reuereri aut contemptim dissimulare:*

*Nouarum
sectarum
rebellio.*

Esa. 6.

1. Reg. 1.

*Sectæ in re
probum
sensum tra-
dita.*

Mitissima
Cæsaris
Ordinatio.

Diversi li-
belli con-
tra INTE-
RIM.

Nonnulli
miseri
libelli

Matth. 24.

1. Cor. 10.

Duo præ-
cipui peri-
culosi libel-
li.

nonnulli
libelli

disimulare: Eam præsertim Ordinationem tuam, quam superiori-
bus annis Augustæ, omnium Imperij Principum, Ordinumq; &
Ciuitatum consensu publico promulgasti, adeo mitem sane atq; pa-
cificam, ut magis pie atq; paterne, Germaniæ populos à sectarum illi-
citis cœptis dehortari non posses: licet propter recentes, ab eis susci-
tatas, & uirtute tua per grauissimū ac sumptuosissimū bellum oppre-
sas, seditiones & latissimæ conspirationis rebelliones atq; tumultus,
potuisses uictor rigidas leges imperiose uictis imponere, ac uictoriæ
iure atq; priuilegio dicere: Sicut uolo, sic iubeo. Sicut fecerūt ipsi nobis,
ubicunq; in Catholicos præualuerunt. Hanc incredibilem clemen-
tiam gratiamq; & benignitatem tuam ingratis homines, super-
bissimi sectarum Concionatores, usq; adeo non curant aut respi-
ciunt, ut mox post æditam à Maiestate tua Ordinationem tuam,
quam uulgo I N T E R I M uocant, contempto Maiestatis tuæ
Interdicto, seditiosos ac impios in Germaniæ populos disperferint
libellos, tanta quidem cum audaciæ ac rebellionis æmulatione, ut
inter sese contendere uideantur, quisnam eorum in hoc contradicen-
di studio maior uideri debeat. Vidi equidem hic (licet alijs intentus
ac præpeditus nunc studijs, atq; in secessu & solitudine positus)
intra Duos menses ab eis Septem æditos libellos, tanto cum fastu
imperiose ac iactanter contra I N T E R I M scriptos, in seditio-
sissimum & Maiestatis tuæ aliorumq; Principum ac Statuum Impe-
rij opprobrium & contemptum, atq; in blasphemias summi Pontifi-
cis Ecclesiæq; totius, & omnium Sacramentorum Caremoniarumq;
repræhensiones & iniurias: ut Catholicis magis optandum esse ui-
deatur, si illis ita impune omnia scribere ac facere permissum fuerit,
Ordinationem tuam nunquam uel conceptam uel in lucem editam
esse. Quandoquidem pro uno Ordinationis tuæ libello, Germaniæ
populis obtrudunt scandalosissime permultos contradictionis suæ
libellos, quibus & suas hæreses luculentius quàm antea iactitant atq;
cōmendant, & Ecclesiæ Catholicæ fidem atq; doctrinam Caremo-
niasq; quantumuis antiquas, ita superbe falso Dei & uerbi eius præ-
textu reprobant atq; impugnāt, ut in errores suos inducere possint
etiam electos, si Dei prædestinatio permitteret. Et necessarium sit no-
bis attendere ad illud uerbū Apostoli, quod ait ad Corinthios: Qui
se existimat stare, uideat ne cadat: Tentatio uos non apprehendat,
nisi humana. Quantum sit igitur scandali tentationisq; Diaboli-
cæ, in binis aut ternis unius Philippi Melanthonis contra I N T E-
R I M scriptis, breuiter commemorauit nuper in septima ad Maiest.
tuam Philippica. Is enim tantæ est apud Lutheranos ubiq; authori-
tatis & existimationis, multis iam annis, ut uel solus possit nouos ex-
uscitare contra Maiestatem tuam tumultus, si permissum fuerit, libe-
re circumferri noua contra I N T E R I M scripta eius. At uidi
paulo

paulo post alterius cuiusdam Lutherani libellum, contra idipsum INTERIM euulgatum, quem non minus scandalosum ac periculosum existimo, quam eum, qui à Philippo æditus est. Quamuis enim ille authoritate & gratia apud Lutheranos minor est Philippo: concionandi tamen industria, qua & Catholicæ Ecclesiæ instituta irridere atq; calumniari, & suæ sectæ nouitates cordibus auditorum infigere nouit, multo maior est Philippo, qui concionari ad plebem non solet, ut ille.

Malignitas utriusq; est, quod contra usitatum morem publicumq; Imperij mandatum, plæriscq; Recessibus confirmatum ac repetitum, libellos suos ædunt, suppressis ac nequiter tacitis loci ac Typographi nominibus, posterior præterea libellus, ipsius etiam Authoris nomen obtinet. Quod equidem probe noscere mihi uidetur, ex phrasi alijsq; circumstantijs: proderet tamen nolo hac uice, in gratiam & honorem ciuitatis & Reipublicæ, in qua ille plebem, antea piam & religiosam, pessime seduxit multis iam annis. Vnde magnopere timeo ordinatissimæ & ab antiquo laudatissimæ illius ciuitatis Reipub. à seditiosis istius Concionatoris consilijs, quemadmodum ex hoc eius libello, & quibusdam alijs eius scriptis facile depræhendi potest: quæ non solum impia in multis sunt contra Deum & Ecclesiæ fidem, sed etiam iniuriosa et seditiosa in Maiestatem, Cæsar, tuam.

Cum nemo sit interim reuera illo ipso repræhensibilior: Quandoquidem uiuit scandalose in superbia & abusione, contra leges & Canones moremque publicum, utpote sacerdos irregularis, rebellis, & uxoratus, & quidem Trigamus iam manifeste aut Quadrigamus, ex paupere fabri ferrarij filio per fas & nephas in multis milibus ditatus, ut facile discedere, & iræ tuæ uindictam effugere possit, si ad alios uel rebelles uel ab Imperio tuo exemptos migrare uoluerit. Qua sane improba fidutia securior factus, liberrime contra INTERIM inuehitur. Quoniam uero alijs nunc implicitus sum laboribus, Maiestati tuæ breuiter & summatim quædam capitula periculosi eius libelli recensebo, ut intelligat Maiestas tua, quid nam de huiusmodi scriptis censendum ac sentiendum sit.

De



Hanc antiquissimam Ecclesiæ Catholicæ Cæremoniam, repræhendit atq; criminatur & irridet Triganus iste Sacerdotij desertor, non solum ut summam stultitiam & uanitatem, uerumetiam ut impiam superstitionem atq; Idolatriam, Idq; facit Rhetoricis argumentis ad plausum populi, per multa uerborum ludibria, quibus contemptibiles atq; etiam execrabilis facit plebi ab ipso subuersæ actus & ritus Ecclesiæ, quantumuis antiquos. Ait ergo.

Exorcismorum irrisio. Subinde exorcizatur & aqua, sicut sal prius exorcizatum est, ut expellat Diabolum & omnem potentiam eius, omnes angelos Apostatas, & omnia eius phantasmata: & aspersa det sanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam salutis, &c. Omnia Theutonice.

Locutiones ad creaturas irrationabiles. Hanc autem dicit summam esse stultitiam sacerdotis, quod sic loquitur ad mutam & inanimatam creaturam, quæ nec audit, nec intelligit eius uerba. Huic populari eius Sophismati possunt opponi multa utriusq; Testamenti exempla, ubi sanctissimi ac sapientissimi homines ad huiusmodi creaturas irrationales locuti sunt. Ait Moyses: *Deut. 32.* Audite cæli quæ loquor: audiat terra uerba oris mei. Ait successor eius Iosue: *Iosue 10.* Sol contra Gabaon ne mouearis, & Luna contra uallem *Esai. 1.* Hailon. Ait Esaias Propheta: Audite cæli, & auribus percipite terra. Et in nouo Testamento ait ipse Dominus: *Matth. 17.* Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc, et transibit, & nihil impossibile erit uobis. Item, Si habueritis fidem, & nihil hæsitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare, fiet. Non est igitur absurda aut stulta huiusmodi locutio, nisi qui habent fidem. Ait enim ipse Dominus: Omnia *Mar. 9.* possibilis sunt credenti. Deinde addit & hæc Laicalia infidelitatis et sensualitatis argumenta.

Laicorum superba iudicia de sacerdotibus. Fatuitas est (inquit) supra omnem fatuitatem, sic loqui ad mutam & mortuam creaturam, tanquam ipsa habeat aures & audiat: Immo quasi ipsa ualde bene intelligat Latinum, & quemlibet sermonem.

Hæc audientes superbi Laici, qui non habent exercitatos sensus *Heb. 5.* in uerbo Dei, & quibus lacte opus est, non solido cibo (ut ait *1. Cor. 3.* Apostolus) stultissime credunt ita esse: & propter superbam iudicij sui temeritatem, merito sic exuuntur & priuantur fide maiorum nostrorum, in reprobum sensum traditi, ut nihil uirtutis inesse credant uerbis & benedictionibus, quibus utitur sacerdos per inuocationem Dei,

Dei, & nominis Iesu Christi in exorcizando. Sed secundum stultitiæ suæ sensum iudicant, non altius quàm oculis uident. Cuncq̃ uirtutem supernaturalem, quæ per uerbum Dei operatur in huiusmodi creaturis inanimatis, oculis corporeis non uideant, stulta infidelitate pro figmento & ludibrio habent, quicquid per tremendam inuocationem Dei, & per nomen Iesu Christi ibi agitur: Non considerantes, neq̃ credentes uerbo Dei (de quo tamen uanissime sese iactant impudenti stultitia, tanquam in eo magis sint docti & illuminati, quàm sunt omnes apud Catholicos Theologiæ Doctores) Tameñ scriptum est: Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Non est igitur ibi consideranda natura, aut propria uirtus salis & aquæ, sed uirtus Dei & fides credentium. Ait enim ipse Saluator noster in Euangelio: Omnia quæcuncq̃ petieritis in oratione, credentes accipietis. Cuncq̃ de huiusmodi uirtute dubitarent in nauis, timentes sibi à fluctibus maris & tempestate exorta discipuli eius, increpans eos ait: Vbi est fides uestra: Illi autem timentes mirati sunt ad inuicem, dicentes: Quis putas hic est, quia & uentis & mari imperat, & obediunt ei. Si hæc legeret incredulus Iudæus aut Gentilis, nonne posset simili procacitate (quali nunc nobis illudunt increduli Lutherani) dicere: Nunquid aures habuerunt, & uerborum Hebraicorum intellectum, uenti & mare, ut audirent ac obedirent sic imperanti? Quantum uero possit uera fides, pulcherrime declarat Optatus, Episcopus quondam Mileuitanus, aduersus Parmenianum Donatistam, tribus præcipue exemplis, ex Euangelio: utpote Mulieris Chananæ, Centurionis, & Mulieris fluxum sanguinis grauer patientis. Hunc ego Authorem nuper, Deo propitio, inuentum, ex Bibliotheca Cusana, in lucem produxi. Tertio. Rursus illudit nobis incredulus iste Concionator, & ait.

Quasi uero sal aut aqua liberum habeat arbitrium, sicut habent Angeli & homines, & situm sit in eius potestate, an uelit nec ne Diabolum expellere & alia facere: super quibus adiuratur.

Sed auarum prædicator iste (uti appellabat eum D. Ioan. Eckius, Doctissimus Theologus & Philosophus) qui per hæresim fidem amisit, non intelligit, quia non credit, attendi hic non propriam uirtutem & naturam salis & aquæ, sed uirtutem supernaturalem, quam habent ex inuocatione omnipotentis Dei, et per nomen Iesu Christi, quod etiam Diaboli credunt (ut ait S. Iacobus) & contremiscunt. Hanc autem uirtutem non intelligunt nec sentiunt infideles heretici. Quia scriptum est in Esaia: Si non credideritis, non intelligetis. Et in Euangelio legitur de ipso Domino, secundum Mattheum: Quod in patria sua non fecit uirtutes multas, propter incredulitatem eorum: Quin etiam apertius apud Marcum legitur, quod non poterat ibi uirtutem ullam facere, nisi paucos infirmos impositis manibus curauit,

Falsa fides
de uerbo
Dei.

psal. 32.

Matth. 21.
Luc. 8.

Optatus lib. 5.

Increduli
heretici.

Iacob. 2.

Esa. 7.
Matth. 13.

Mar. 6.

b et

Matth. 17. & mirabatur propter incredulitatem eorum. Item, Cum discipuli eius non possent Lunaticum curare, & à dæmonio liberare, interrogauerunt Iesum, qui dæmonium illud eiecit, Quare nos non potuimus eijcere? Dixit illis Iesus: Propter incredulitatem uestram. Nemo igitur miretur, quod apud incredulos hæreticos benedictio salis &

Cur nihil
uirtutis ha-
bent sal &
aqua bene-
dicta apud
sectas.

aquæ non eam habet uirtutē, quam habet in Ecclesia Catholica: quia fit hoc propter incredulitatem eorum. Vnde fit adhuc hodie in Bohemia (sicut narrauit mihi olim insignis Concionator Misnensis, Nicolaus Puscherus) quod aqua benedicta apud schismaticos non habeat ibi uirtutem, sicut apud Catholicos. Quare aliunde affertur ad illos, quia in templis eorum fiat statim putrida & foetida, si non fuerit à Catholico sacerdote benedicta. De qua sane benedictione ita

Epistola 1.

scripsit S. Martyr Alexander Papa I. Aquam sale conspersam populis benedicimus, ut ea cuncti aspersi, sanctificentur & purificentur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si

Num. 19.

cinis uitulæ aspersus sanguine, populum sanctificabat atq; mundabat: multo magis aqua sale aspersa diuinisq; precibus sacrata, populum sanctificat atq; mundat. Ecce S. Martyr, ritum hunc (quem nouus iste Christianus, post tot sæcula impium & Idolatricum dicit) etiam scripturæ probat testimonio, & quidem argumento à minori,

Heb. 7.

sciens nouum Testamentum perfectius esse quàm uetus, ut ait Apostolus. Quarto, Nugatur amplius infidelis Concionator iste plebisq; seductor impius, & ait.

In scripturis nusquam reperiri, quod ullus uere fidelis homo præsumpserit aut attentauerit, à mundi usq; initio, adiurare ullum hominem, nisi eum, cuius ipse fuerit in eo casu ordinarie Dominus & superior.

Virtus ad-
iurandi cre-
aturas ina-
nimatas.

At si quis interroget Concionatorem istum, ubi nam scriptum sit hoc somnium eius, quod nemo possit aut debeat adiurare ullum hominem, nisi subditum sibi ordinaria potestate, Quid rogo respondere poterit? Adiurauit Solem & Lunam Iosue: Sol (inquit) contra

Iosue 10.

Gabaon ne mouearis, & Luna contra Hailon. Quid quæso iuris aut potestatis in Solem & Lunam habuit Iosue? Quis dedit aures Soli & Lunæ, ut audirent & obedirent uoci & Imperio hominis istius? Et quod amplius est, ita subditur in textu. Non fuit antea & postea tam longa dies, obediēte Domino uoci hominis, & pugnante pro

Esa. 38.

Israel. Cunque obijceretur contra hoc illud Esaïæ, quod reuersus sit Sol X. lineis, hocque maius esse miraculum diceretur, quàm quod Sol steterit. Responsum legitur, quod illud factum sit ad iussum Dei:

Deut. 32.

Hoc autem ad uerbum hominis. Dicat præterea, si potest, Somniator iste, Quo nam iure subiecti fuerint cæli, uoci & Imperio seu potestati Moyfi, quando dixit eis, Audite cæli, quæ loquor. Item bis dixit idem: Testes inuoco hodie cælum & terram. Et in Euange-

Deu. 4. et 30.

lio quid obsecro iuris aut potestatis ordinariæ habuit in Iesum (in cuius

cuius fœmore scriptum est, Rex Regum, & Dominus dominantium) impius Pontifex Caiphas, quando dixit ei, Adiuuro te per Deum uiuum: Et quod longe amplius & clarius contrarium est huic Somniatoris sententiæ, in Euangelio Marci sic habetur scriptum: Apoc. 19.
Matth. 26. Quid mihi & tibi est I E S V, fili Dei altissimi, Adiuuro te per Deum, Matth. 5. ne me torqueas. Nunquid in Iesum filium Dei altissimi aliquid iuris Ioan. 14. aut potestatis habuit Diabolus? At negat hoc ipsemet Dominus, dicens: Venit enim princeps huius mûdi, et in me non habet quicquid. Quinto, Nugatur rursus, non solum contra sensum communem & certissimam rerum experientiam, totiusque Ecclesiæ practicam: sed etiam contra Euangelium & uerbum Christi ipsius, impudens iste Pseudopropheta, dum ait.

Magnam esse differentiam inter miraculum & benedictionem, Atque inter simplex præceptum & adiurationem. Adiurationem enim faciunt (inquit) solummodo increduli Iudæi, & superstitiosi Christiani.

○ Sed ubi sunt hæc nugæ eius scriptæ: Nonne ex utroque Testamento produximus iam supra multa adiurationis exempla, pia & scripturis probata? Antiquissima profecto sunt testimonia de libris Salomonis in historia Regum. Inter quos numerantur à Iosepho etiam libri Exorcismorum seu adiurationum, libro Octauo de antiquitatibus. Etenim sacra Regum historia sic breuiter ait. 3. Reg. 4.
Iosephus de
Antiqui. lib. 8.
c. 2.

Locutus est quoque Salomon Tria Millia Parabolas, & fuerunt carmina eius Quinq; Millia, &c. Iosephus autem clarius & prolixius ista cõmemorans, hæc quoque superaddidit. Præstitit (inquit) Deus etiam ei, ut contra dæmones artem, ad utilitatem hominum & eorum curas edisceret. Et incantationes instituit, quibus ægritudines soleant mitigari. Modum autem Coniurationum, quibus obstricti dæmones, ne denuo redeant, effugantur, inuenit. Et hæc cura hæcenus apud nos (inquit) multum præualere dinoscitur. Vidi enim quendam Eleazarum de gente nostra: præsentem Vespasiano & eius filijs & Tribunis, alioque simul exercitu: curantem eos, qui à dæmonibus uexabantur. Hæc & id genus plura Iosephus. Quibus astipulari uidentur in Euangelio hæc uerba Christi: Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi Iudices uestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones, igitur peruenit in uos regnum Dei, &c. Matth. 12.

Falsa igitur & impia est hæc de Exorcismis & adiurationibus Concionatoris huius calumnia, quod solummodo incredulis Iudæis et superstitiosis Christianis conueniant. Constat enim ex Euangelio, Discipulis datam esse à Christo potestatem eijciendi dæmones, & eam potestatem adhuc hodie tradi ab Episcopo in solenni & consueta Clericorum ordinatione, Exorcistis, non noua adinventione:

b ij sed

sed antiqua Ecclesię traditione, quā ab ipso Christo & Apostolis eius accepit, & per tot sæcula in perpetua praxi & consuetudine obseruauit. Etenim Christus conuocatis XII. Apostolis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eijcerent eos, & curarent omnem languorem. Post passionem autem suam ascensurus ad Patrem, iterum dixit generaliter. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo dæmonia eijcient. Hinc in Quarto Concilio Carthaginensi (cui etiam S. Augustinus interfuit) statutum est in hæc uerba, Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt Exorcismi, dicente sibi Episcopo: Accipe & commenda memorię, & habeto potestatem imponendi manus super Energumenū, siue baptizatum siue Catechumenū. Et hæc forma & consuetudo ordinandi Exorcistas, hoc est, Adiuratores, adhuc hodie obseruatur in Ecclesia ab omnibus Episcopis Catholicis. Quo igitur iure præsumit Trigamus ac perfidus iste Presbyter, contra tot Euangelij & omnis Ecclesię iura & testimonia, suadere nunc deceptæ ac male fascinatæ plebi, ne obediat mandato Auguste tuo, quod **I N T E R I M** uocant, eò quod in eo antiqua hæc Ecclesię consuetudo approbatur, & aboleri prohibetur. Sexto, Iterum sine uerbo Dei blaterat Nugator iste ad plebem seductam, In hæc uerba.

Quicumq; Diabolum adiurando uult cogere, is facit eum probum & ueracem, tanquam ius iurandum seruet. Qui enim dicit, Adiuro te, is non amplius dicit, nisi, facio te iurare, aut iuramentum à te exigo, aut admoneo te tui iuramenti. Et facit per hoc Christum mendacem, tanquam is iniuriam fecerit Diabolo, ubi dixit eum esse mendacem. Si enim mendax est, nullum seruat iuramentum.

Deceptor plebis.

Hæc Germanicus iste Rhetor satis callide, ad decipiendum imperitum uulgus. Sed maligne fallit, dum ueris falsa permiscet, & figmentis suis uera ex scripturis interserit. Quod indocti Laici nō intelligunt neq; considerant, sed temere credunt absq; iudicio, fallacibus eius sermonibus irretiti & circumuenti, ac statim sequuntur seditiosum hoc scriptum eius. Sicut scriptum est in Prouerbijis de stulto iuene, qui garrulam & uagam quietisq; impatientem sequitur meretricem, quasi bos ductus ad uictimam, & quasi agnus lasciuiens & ignorans, & nescit, quod ad uincula stultus trahatur, donec transfigat sagitta iecur eius: Velut si auis festinet ad laqueum, & nescit, quod de periculo animæ illius agitur. Verum quidem est, quod Christus de Diabolo dicit: Mendax est & pater eius. Reliqua autem huius Paralogismi uerba, non scripturæ, sed deceptoris commenta sunt. Vbi enim scriptum habetur, quod adiurans Diabolum, facit eum probum

1o. 8.
Mendacia de Diabolo.

probum

probum & ueracem: Quæ item scriptura dicit, quod Adiuuro te nihil aliud sit, quàm facio te iurare, aut iuramentum à te exigo, aut admoneo te iuramenti tui: Sed nec illa sunt scripturæ uerba, Christum esse mendacem, quod dixit Diabolus esse mendacem. Nec ista, Si mendax est Diabolus, nullum iuramentū seruat. Omnia hæc fraudulenta sunt figmenta peruersi & in reprobū sensum dati Sophistæ, qui Maiestatati tuæ præclaram & hæctenus obseruantissimam ciuitatem manifeste rebellem, & Ordinationi tuæ seditiose contradicentem facere cupit: Qui breui ueritatis unico dicto (Diabolus est mendax) tot admiscet & palliat sophismata falsitatis, Nemo enim Catholicorū adiuurat Diabolum, ut eum faciat probum et ueracem, sed ut Deo sublit, & imperium eius agnoscat. His enim & similibus uerbis uexatur, increpatur & flagellatur in Exorcismis nostris. Ergo maledicte Diabole, recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo uiuo & uero: Da honorem Iesu Christo filio eius & Spiritui sancto, & recede ab hoc famulo Dei, &c. Item, Exorcizo te immunde spiritus, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ut ex eas & recedas ab hoc famulo Dei N. Ipse enim tibi imperat, maledicte ac damnate, qui pedibus super mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit. Hi sunt efficacissimi Exorcismi nostri, quibus insultamus & increpamus, atq; expellimus Diabolum quotidie quando baptizamus. Quin etiam scio sacerdotem Catholicum in confinibus Poloniae, mihi familiarissime notū, qui cū non haberet librum Exorcismorū alium q̄ eum, qui uulgo Agēda dicitur, usus est fiducialiter Exorcismis, quibus circa Baptizandos utimur, & per eos liberauit iuuenē quendā suę Parochię, cui propria mater ita maledixerat, ut à Diabolo obsessus, uersus fuerit in furorem, omnibus uicinis ei compatiētib; & opem Exorcismi à suo pastore flagitantibus. Facta sunt hæc ante Sex annos, dum residerem Vratislauriæ, & collatio illius Ecclesię Parochialis ad ius meum pertineret. Quid obsecro effecerunt omnes Lutherani, qui Exorcismos contemnunt & calumniantur? Hic autem sacerdos, quia habuit fidem, potuit uiolentum ab obsesto iuuenē expellere Diabolum. Iuxta illud Euangelij: Omnia possibilis sunt credenti. Hæreticis autem propter incredulitatem eorum, nihil talium effectuum conceditur, ut dictum est supra. Nec admittimus confictam expositionem, de adiurando, quod nihil aliud sit Adiuuro, nisi facio te iurare, aut iuramentum à te exigo, aut tui te admoneo iuramenti. Vbi enim habetur in scripturis hæc expositio? Quis autem exigat iuramentum ab inanimatis creaturis? Nec legitur Saul Rex à populo iuramentum exegisse, quando adiurauit eum in hostium suorum persecutione, dicens: Maledictus uir, qui comederit panem usq; ad uesperam. Nec Dæmon à Christo, quando dixit: Adiuuro te, ne me torqueas. Nec sponsus Ecclesię à filiabus Hierusalem, quando

Quomodo exorcizatur Diabolus.

Recens exemplū Exorcismi per Catholicū sacerdotem.

Mar. 9.
Matth. 17.

1. Reg. 14.

Mar. 5.

- Cant. 2.* dixit: *Adiuuro uos filiæ Hierusalem per capreas ceruosq; camporum, Nec S. Briccius Episcopus ab infante 30. dierum, quando dixit ei: Adiuuro te, ut dicas si ego te genui, &c. Ita nec à sale aut aqua exorcizata iuramentum requirere necesse est, ut falsa uult expositio Deceptoris. Nec opus est, Diabolum semper & in omnibus dictis suis mentiri, licet recte ac uere mendax à Christo dictus sit. Non enim*
- Mat. 3.* *mentitus est, quādo dixit Domino: Tu es filius Dei, &c. Septimo,*
- Proverb. 6.* *Filius iste infidelis, perfide contra uerbum Dei dimittit legem matris suæ: tanta sane cum impietate, ut longe petulantius ac malignius, quāam fecit Cham patri suo, conetur matri suæ uerenda detegere, & per sceleratas calumnias alijs illudenda præbere atq; exponere. Proinde merito ac ueraciter contra illusores & cachinnatores illos, ipsa cum Dauid conqueri ac dicere potest: Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis. Et cum*
- Psal. 17.* *patientissimo Iob: Nunc autem derident me iuniores tempore, filij stultorum & ignobilium, & in eorum canticum uersa sum, & facta eis in prouerbium: Abominantur me, & longe fugiunt à me, & faciem meam conspuere non uerentur. Ait ergo,*

Calumnie. *Ultra hæc omnia est ibi Idolatria, quia sal & aqua habentur pro saluatore, qui est Dei filius. Is enim solus facere potest, quicquid apud sal & aquam quæritur. Christo quoq; suus eripitur honor, & sal atq; aquæ impenditur. Assumitur præterea in his nomen Dei & alia uerba in uanum & falso: Quod Deus non dimittit impunitum. Non enim alius est Saluator, nisi Christus filius Dei, qui Deus est: sicut scriptum est *Esaie XLIII. Ego sum Dominus, & non est absq; me Saluator.**

Hæc iste. At si quis inspiciat uerba Exorcismi, nihil horum criminum ibi inueniet, sed sanctæ sunt ibi adiurationes per tremendum nomen Dei, & inuocationes Dei per dulce ac uenerabile nomen saluatoris nostri Iesu Christi, super creaturam salis & aquæ, ut uirtutem contra immundos spiritus accipiat, non per Iouem aut Martem, aliosue deos falsos & alienos: sed per Deum uerum & per inuocationem Iesu Christi, cuius nomen est super omne nomen, ut in nomine eius omne genu flectatur cœlestium, terrestrium & infernorum, ut ait Paulus Apostolus. Cui cōsonat Princeps Apostolorū Petrus, ita dicens: Et non est in alio aliquo salus: Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.

Exorcismus salis et aquæ per nomē iesu. Nos igitur in hoc nomine & per huius nominis inuocationem, exorcizamus, benedicimus & sanctificamus istas Dei creaturas. Sicut docuerunt & tradiderunt nobis Apostoli & sancti Martyres Christi, Clemens, Alexander, Fabianus, &c. iuxta illud Pauli ad Timotheum

theum: Sanctificatur enim per uerbum Dei & orationē. Ita enim ait Alexander I. Papa supradictus. Si sale asperso per Helisæum Prophetam, sterilitas aquæ sanata est: Quanto magis diuinis precibus sacratus, sterilitatem rerum aufert humanarū, & coinquinatos sanctificat, atq; mundat & expurgat: Et cætera bona multiplicat, & insidias Diaboli auertit, et à phantasmatis uersutis homines defendit: An uero huic Martyri & Pontifici Doctissimo nō plus credendum est, scripturas alleganti, quàm huic Apostatæ, scripturam sacram pro sua impietate maligne peruertenti. Nihil est igitur ibi Idolatriæ, sed ubiq; religiosa nominis ueri Dei inuocatio. Sicut ex Iohelis propheta docet idem Apostolus: Omnis enim quicūq; inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Ita enim docet nos Deus ipse per Psalmistam, dicenst: Inuoca me, & honorabis me. Itaq; sacerdos Exorcismum salis & aquæ sic exorditur. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Exorcizo te creatura salis per Deum uiuum, per Deum uerum, per Deum sanctum. Quæ est, rogo, hic Idolatriæ? Addit exemplum Helisæi Prophetæ ex scriptura sacra: Per Deum (inquit) qui te per Helisæum Prophetam in aquam mitti iussit, ut sanaretur sterilitas aquæ. Ea autem sanatio non tribuitur principaliter uel ipsi Prophetæ, uel naturæ salis, sed uirtuti diuinæ. Sic enim ait Propheta: Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit ultra in eis mors neq; sterilitas, iuxta hoc exemplum sacerdos sal per Deum exorcizat & ait. Ut efficiaris sal exorcizatus in salutem credentium, & sis omnibus te sumentibus sanitas animæ & corporis, & effugiat atq; discedat ab eo loco, in quo aspersus fueris, omnis phantasia & nequitia ac uersutia Diabolicæ fraudis, omnisq; spiritus immundus, adiuratus per eum, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen. Ecce in salutē credentium exorcizatur sal, ut efficax fiat, non ex natura sua, nec ex merito adiurantis: sed ex uirtute Dei omnipotentis, per cuius nomen adiuratur, Quæadmodum statim adiuncta testatur oratio. Sic & in Exorcismo aquæ ait sacerdos: Exorcizo te creatura aquæ, in nomine Dei patris omnipotentis, & in nomine Iesu Christi filij eius Domini nostri, & in uirtute Spiritus sancti: ut fias aqua exorcizata, ad effugandum omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare & explantare ualeas cum angelis suis Apostaticis: Per uirtutem eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & sæculum per ignem, Amen. Quanta est igitur Apostatici huius sacerdotis, qui hæc omnia simul cū Missa & sacro Canone calumniose reprobatur, impietas et blasphemiam: dum non ueretur nobis exprobrare Idolatriam, quod ita inuocamus nomen Domini, quod tremunt etiam impia Tartara. Idq; facit per meras calumnias, & sophisticas argutias, sine scripturarum authoritate. Non enim ex sale aut aqua

1. Tim. 4.
Epistola 1.
4. Reg. 2.

Iohel. 2.
Rom. 10.
Psal. 49.

4. Reg. 26

Exorcismus aque

Blasphemia calumnia.

Deum facimus aut Christum, sed per orationem & inuocationem diuini nominis, petimus benedici & sanctificari istas creaturas, ut talem uirtutem, quam ex natura non habent, per omnipotentiam Dei accipiant: Non sane, ut abnegetur aut excludatur ibi Christus, & sal atq; aqua pro Christo habeantur, aut in locum eius succedant, sicut sceleratissime nobis falso imputat iste Calumniator: Sed ut Christus ipse principalis sit sanctificator, et eiusmodi effectuum operator, hisq; creaturis ita per nomen suum sanctificatis, utatur ut instrumentis per ministerium sacerdotis. Sicut enim uere dixit de eo Ioanes Baptista:

Ioan. 1.

Hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Ita nos quoq; recte credimus & dicimus: Hic est qui sanctificat huiusmodi creaturas per uerbum et orationem. Vtatur aut ex bonitate sua, non ex necessitate, hęc creaturis & ministerio sacerdotis, sicut & in Baptismo facit. Rescripsit

Exemplū
de Traia-
no contra
Calumniā-
tores.

olim Plinio secundo Traianus Imperator, Non esse suorum temporum, recipere delationes contra Christianos, sine inscriptione nominis eius, qui deferret aut accusaret. Quanto minus debet, obsecro, tuorum esse temporum, O fortissime Imperator & Rex Catholice, ut permittas in et sub Imperio tuo tam nefarijs Calūniatoribus, tam

Ioan. 14.

sediciosos impiosq; & blasphemos libellos ædere, & in uulgus spargere: Quibus deferunt & palam accusant atq; calumniose criminantur, non certos Christianos priuatim: sed totā Ecclesiam Catholicam, & cū ea Christū simul et Spiritū sanctū, qui cū ea manet usq; in finem

Matth. 23.

seculi, atq; adeo in eternū: iuxta uerba ipsius Christi, in Euangelio expressa. Si Traianus persecutor et hostis publicus Christianorū, noluit pati, ut delator in occulto absq; nominis sui inscriptione certos deferret Christianos, quibus tamen propter diuersam religionem infensissimus erat: Quanto magis permittere non debet Maiestas tua, ut palam accusetur tota Ecclesia Idolatriæ & blasphemix in antiquissimis ritibus suis, quibus etiam sub Gentilium & Idolatrarum Imperio usa fuisse demonstratur. Augustinus uir pijsimus et doctissimus: etsi Donatistæ longe minus peccarent in Ecclesiam, quàm faciunt Calumniatores isti sediciosissimi: in multis tamen epistolis innuit Regibus & sæculari potestati, esse illorum officij, hæreticorum ora calamosq; reprimere, ne tantis cū scandalis Ecclesiæ fidē oppugnent.

23. q. 4. c. Non inuenitur.

Non inuenitur (inquit ad Vincentium Donatistam) exemplum in Evangelicis & Apostolicis literis, aliquid petutum a Regibus terræ pro Ecclesia, contra inimicos Ecclesiæ. Quis negat non inueniri: Sed

Psal. 2.

nondum implebatur illa prophetia. Et nunc Reges intelligite: Eru-
dimini qui iudicatis terram, &c. Quomodo ergo Reges ser-

uiunt Domino in timore, nisi ea quæ contra Domi-
ni iussa fuerint, religiosa seueritate pro-
hibendo atq; plectendo?

De

De Consecratione Chrysmatis &
Olei sancti, Cap. II.

Vanquam ante sex annos respondi Ambrosio Moibano, pastori Laico, qui hec Presbyter, neq; Diaconus est, super huiusmodi Ecclesie antiquis ritibus: Operę precium tamen uisum est, isti quoq; Apostatico respondere sacerdoti, qui legitime in Presbyterum olim ordinatus et unctus, contra omnem & Græcorum & Latinorum consuetudinem, post assumptum Presbyteratū, nubere ausus est, & quidem in tam celebri, Cæsar, Imperij tui ciuitate, summo cum scandalo populorum, non illius tantum ciuitatis quantumuis populosæ, sed aliarum quoq; non paucarum ciuitatum: quę illam, uelut præcipuam, & quasi oculum & speculum atq; exemplum, propter præclaram Rempub. à maioribus pijs atq; Catholicis sapienter institutā, opibusq; & cōmercijs adauctam, habent et respiciunt. Nupsit autem non semel, nec unī tantū uiduę, sed pluribus, propter diuitias earū magis (ut dicunt plurimi) q̄ propter procreandas ex eis proles. Et ea in re Moibano longe deterior est execrabiliorq; qui unī nupsit, ex qua proles multas suscepit. Nupsit tamen & ille tandem, uiduarum opibus bene suffarcinatus, cuiusdam Medici filię uirgini, ut existimabatur, neq; tamen sine auaritię suspicionē: Nam & Medicus ille diues erat. Respondi autē de salis & aquę benedictione aliquanto prolixius, quia in alijs contra INTERIM æditis libellis, non uidi tam multas & atroces calumnias atq; blasphemias, quātas effutiuit Apostaticus iste Presbyter. Breuius autē ad cetera respondere studebo, quanū Deus dederit. Poterunt n. multa, quę ille contra cetera loquaciter obiicit, ex supradictis facile confutari. Nam maior pars eorū, quę ille contra Chrysmā & Oleum sanctum ab Episcopo consecratum nobis exprobrat, tanq; Idolatrica et blasphema, iam supra sunt discussa, atq; etiam paulo ante reprobata, in hęc libellis, quos contra Calvinum & Melanthonem scripsi. De ijs igitur non uidetur mihi opus hic esse longa confutatione sophisticorum illius argumentorum. Ait primo sic.

Satis profecto stultum est, adiurare Oleum, cum potius deberet Episcopus adiurare Diabolum, ut discederet: Adiurat autem Oleum, quod Diabolo resistere non potest.

Respondeo. Laicale hoc argumentum nihil aliud est, nisi humanum figmentum sine omni uerbo Dei. Nos supra multis ex scriptura utriusq; Testamenti exemplis probauimus, in Exorcismis & benedictionibus nostris posse nos alloqui & adiurare, non solum Angelos & homines, qui uerba intelligunt, sed etiam irracionales & inanimatas seu mutas (ut loquitur irrisor iste) creaturas, quales sunt Sal,

Sacerdos scādaloſis ſime Trigamus.

Virtus uerbi Dei in Exorcismis.

aqua,

aqua, oleum, cereus, herbæ, &c. Quamuis autem res huiusmodi nec loqui, nec resistere possunt per sese, ex natura & propria uirtute, Diabolo; possunt tamen ipsi uti homines, ut sanctificatis per uerbum Dei
1. Tim. 4. et orationē (teste Apostolo) instrumentis, quibus per inuocationem
 tremendę Trinitatis & salutiferi nominis Iesu Christi, imperent Dęmonibus, ut exeāt, & nihil noceāt fraude & malitia sua, uel rebus ita
 sanctificatis, uel hominibus, quorum usibus in salutem res istę appli-
Iacob. 2. cantur. Nam & Dęmones credunt & contremiscunt, ut ait scriptura,

Ait Secundo. *Criminatur præterea Adiurator Episcopus bonam creaturam Dei, tanquam à Diabolo obsessam. Si autem oleum obsessum esset, immundum foret etiam mundis. Quis enim libenter uesci aut uti uelit tali oleo, in quo radices egisset aut radicasset Diabolus?*

An Diabolus possit esse in oleo.

Ad Tit. 1.

Genes. 1.

Mar. 5.
Diaboli in porcis.

Matth. 16.

Benedictio cibi & potus.

Omel. 56. in Matth. Tom. 3.

Psal. 144.

Respondeo. Fundat quidem improbus illusor iste, hoc Laicale argumentum suum super hoc uerbo Pauli ad Titum: Omnia munda mundis. Sed nequiter omittit clausulam alteram statim subsequentem, quæ sic habet: Immundis autem nihil est mundum. Quamuis enim oleum ex creatione Dei, bona & munda creatura est, iuxta illud scripturæ: Et uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Tanta est tamen superbia & malitia Diaboli & omnium immundorum spirituū, qui à Deo apostatauerunt, & pessima æmulatione bonis Dei operibus aduersantur, ut omnia, si possent, corrumpere & immunda facere, atq; inuadere & occupare uellent. Quemadmodum constat ex Euangelio, ubi Christus ab uno homine (qui utiq; melior est, quàm uel centum aut mille greges porcorum. iuxta illud uerbum Dei: Quid prodest homini, si lucretur mundum uniuersum, animæ uero suæ detrimentum patiat, aut quam dabit homo commutationem pro anima sua?) expulit totam legionem Dęmonū, qui deprecabantur eum, ut permitteret eos introire in porcos. Ait ergo textus Euangelij: Et concessit eis statim Iesus, & exeuntes spiritus immundi introierunt in porcos, & magno impetu grex præcipitatus est in mare ad Duo millia, & suffocati sunt in mari. Si igitur tam cupide inuadunt immundi & maligni spiritus homines & iumenta ac pecora, ubicūq; eis hoc à Deo permittitur: quid mirū, si & oleum & cæteras res inanimatas intrare, & sua immunditia conspurcare in hominis detrimentū percipiunt? Pia itaq; & religiosa est Catholicorum ab antiquo consuetudo, ut cibum & potum sumpturi, præmittant benedictionem per inuocationem diuini nominis, uti refert S. Chrysostomus, & adhuc hodie in Monasterijs præmitti solet hæc ex Psalmista benedictio: Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno: Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Gloria Patri & Filio, &c. Fuit hæc in tota Germania, ante Lutheri Diabolicam Tragœdiam, generalis

ralis omnium, non solum apud Principes & sacerdotes, uerum etiam apud Mercatores & omnem plebem Catholicam, laudabilis & pia consuetudo, sumendi cibum & potum, cum benedictione & gratiarum actione. Nam & de primis Christi discipulis legitur, quod sum-
 pserint cibum cū exultatione, et simplicitate cordis laudantes Deum. Act. 2.
 Et Paulus Colossensibus præcepit, ut omnia quæcunq; facerent in uerbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facerent, gratias agentes Deo & Patri per ipsum. Coloss. 3. At Lutheranis, qui omnem benedictionem, quantumuis piam & antiquam, irrident, contemnunt & abolent, merito timendum est illud Apostoli: Immundis autem nihil est mundum. Et sicut in Iudam Ischariotam cum buccella panis intincti introiuit Sathanas, ita & cum cibo & potu (quem neq; signo crucis muniunt, neq; per nomen Iesu Christi benedicunt, sed sicut porci ad haram, ita ipsi ad mensam sine benedictione & laude Dei irreligiose accedunt, & refecti sine gratiarum actione recedunt) intret in corda eorum Sathanas, cū uniuersis legionibus suis. In peccatis enim suis, omnibus porcis immundiores existunt, sicut dixit de illis suis discipulis Lutherus, qui per nomen & doctrinam eius in seditiones acti in tumultu rusticorum, misere occisi in æternum perierunt. Ait Tertio.

Amplius extendit se ista adiuratio ad hoc, ut oleum istud operetur & efficiat, ut ij, qui eo inunguntur, carne & spiritu filij Dei fiant, & remissionem peccatorum recipiant, &c.

Respondeo hic, sicut supra de sale & aqua benedicta respondi. Hanc uirtutem non habere oleum ex se ipso, aut natura sua, sed ex consecratione & benedictione Episcopi, qui sanctificat illud per uerbum Dei & orationem. Si enim Isaac uere & efficaciter benedicere potuit Iacob, filio suo supplantatori fratris sui, ut is, qui ei benediceret, benedictus esset, licet ipse deceptus esset per errorem, dum pro Esau benediceret Iacob: Quanto magis potest Catholicus Episcopus, ad benedicendum et consecrandum legitime ordinatus, efficaciter benedicere Chrisma & oleum sanctum, ut inde inuncti benedicantur & sanctificentur per omnipotentis Dei uirtutem, & inuocationem nominis Iesu Christi. Sicut ad Philippenses ait Apostolus: Omnia possum in eo, qui me confortat. Longe enim maior est Christus, quam fuit Abraham aut Isaac, licet hoc non crederent increduli Iudæi. Quibus profecto longe peior, & magis incredulus est perfidus iste sacerdos, nomine Christianus, qui credit benedictionem Isaac, Episcopi autem benedictionem per nomen Christi & Dei factam non credit, sed irridet, criminatur & blasphematur. Quem tamen legisse arbitror, illud antiquum S. Fabiani Martyris & summi Pontificis testimonium, quod hic consecrandi ritus non sit nouum inuentum hominum, aut particularis aliqua huius aut illius Ecclesiæ traditio; Sed ab ipso sit Christo et
 Apostolis

Hæreticis
 omnia im-
 munda sunt.
 Ad Tit. 1.
 Ioan. 13.

Sanctifica-
 tio Olei.

Genes. 27.

Phil. 4.
 Ioan. 8.

Author
 quouis Iu-
 dæo ma-
 gis incre-
 dulus.

Fab. Epist. 1.

Christi et
Apostolo
rū traditio
de Chris-
mate.

Euseb. hist. Ec-
cles. li. 6. c. 33.

Ad Tit. 1.

Laici peri-
culose de-
cepti.

Mores Lu-
theranæ
plebis.

Apostolis eius, eorumque successoribus institutus, & ad nos usque con-
tinuata serie sancte ac salubriter deriuatus, & in hanc usque diem ser-
uatus. Et ista (inquit) à sanctis Apostolis & eorum successoribus ac-
cepimus, uobisque tenenda mandamus: Hæc S. Romana Ecclesia &
Antiochena, à tempore Apostolorum custodit: Hæc Hierosolymo-
rum & Ephesinorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes hæc
docuerunt, & uetus Chrisma incendi, & non amplius quam uno
anno uti permiserunt, atque deinceps nouo frui & non ueteri, iubentes
docuerunt. Hæc Fabianus Martyr, multo antiquior S. Sebastiano,
licet uno eodemque die ab Ecclesia eorum celebretur memoria. At si
negauerit (ut negant nunc Calvinus, Bucerus, & consimiles heretici)
hanc Fabiani esse Epistolam, credant saltem Cornelij Papæ & Mar-
tyris (qui Fabiano proxime in cathedra Petri successit) uerba, quæ in
historia Ecclesiastica recitat Eusebius, de effectu huius Sacramenti.
Addit etiam hoc (inquit) quod idem ipse Nouatus, in iuuentute
spiritu immundo uexatus sit: Et cum tempus aliquantum cõsumpsis-
set apud Exorcistas, ægritudinem incurreret grauem, ita ut despera-
retur, & quod iacens in lecto, pro necessitate perfusus sit, nec reliqua
in eo, quæ Baptismū sequi solent, solenniter impleta sunt, nec signa-
culo Chriſmatis consummatus sit: Vnde nec Spiritum sanctum un-
quam potuerit promereri, &c. Quis igitur inter Christianos tam le-
uis, uersanus & modice fidei esse queat, ut iustus aut potius creden-
dum esse censeat huic Irrisori, sacerdoti perfido & Trigamo, quam
sanctissimis istis Martyribus & Pontificibus? Certe non alius, quam
cui per hæresim omnia facta sunt immunda, iuxta illud Apostoli: In-
fidelibus nihil est mundum. Ait Quarto.

*Atque ita fit ex obfesso oleo nouus Dei filius, propitiator & saluator.
Quis ergo uelit puerum suum permittere tali baptizari Baptismo, qui
ista abominatione inquinatus est?*

Respondeo, ut supra de sale & aqua. Sunt hæc annis plus quam Vi-
ginti ab hoc Concionatore publice Laicis inculcata, & persuasa plu-
rimis in lingua Teuthonica, qui fallaces Rhetoris et Sophistæ huius
argutias putant esse merum & uerum Euangelium, & nunc scriptis
quoque contra I N T E R I M fortius imprimuntur deceptis, &
latius in orbem disperguntur, antequam ullum possit parari aut op-
poni ueritatis & antiquæ fidei Antidotum. Quid igitur boni sequi
inde aut expectari potest, nisi nouum Cæsar in Maiestatem tuam
populorum odium, & horrenda quæpiam seditio, aduersum te &
omnes adiutores tuos, tanquam aduersus hostes (ut ipse dicit) Chri-
sti & Euangelij: Ita enim longo iam usu assuefacti sunt, ut Catholi-
corum scripta, quantum uis uera & scripturis confirmata, neque lege-
re neque audire, ne uidere quidem dignantur, sed mox uiso titulo ab-
ijciunt,

ex his iam declaratis oraculis, aliquid contra nequitiam & intolerabilem Dominationē Romanensium mutire auderet, uideretur etiam cōtra Imperatoriam Maiestatem dicere. Verū res ipsa (inquit) iam satis evidens discrimen inter Imperatorem & Papam attulit, ut nihil periculi metuumdum sit amplius.

Seductor
plebis,

Hæc ille, antequam in Maiest. tuam armata seditione insurrexerunt hostes Ecclesiæ, cōtra quos fida tulit Maiest. tuæ auxilia Papa, ut stulta & mendax fuerit huius cacati Prophetæ confidentia, qua promiserat, nihil amplius metuumdum esse periculi: Euentus enim rei longe aliter habet. Neq; tamen desistit adhuc seditionum Incentor iste, tuo sub Imperio scribere & euulgare, non solū in Papam, sed etiā in Maiestatem tuā: ut non obediatur uobis in ijs, quæ contra Ecclesiæ Catholicæ ritus & Sacramenta ab ipsis sunt seditiose in populos dispersa. Hæc dolenter refero Cæsar, quia timeo, ne maximo cum periculo plurimorum, paucis permittantur nunc tam impia et seditiosa contra INTERIM scripta in Germaniæ populos late diuulgare. Nam & de Sacramento Extreme unctionis & eius olei confectione, supra omnem Hulsitarum & Vuiclephitarum impietatem & barbariem, totam calumniose criminatur Ecclesiam. Sic enim ait.

Vlterius sequitur unctio infirmorum, ubi orat Episcopus Deum, ut spiritum suum sanctum dignetur in oleum figere atq; coartare, in quo sunt omnes supra enumeratæ abominationes.

Vnctio Infirmorum in scripturis fundata.

Exod. 40.

Heb. 7.

1. Cor. 3.

Respondeo breuiter, sicut meræ sunt calūniæ eius in superioribus, ita & hic sunt. Quis enim petit sic infligi & coartari hoc oleo Spiritū sanctū: Vt autē sanctificetur uirtute Spiritus sancti, neq; impie petitur, nec contra scripturarū exempla, neq; sine Apostolica traditione. De oleo enim, quo usi sunt in ueteri Testamento Pontifices, ita scripsit ex ore Domini Moyses. Omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint sancta sanctorū: applicabisq; Aaron & filios eius ad fores Tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis uestibus, ut ministrent mihi, & unctio eorū in sacerdotium sempiternū proficiat. At nouū Testamentum uetere longe perfectius est, ut supra ex Pauli epistola ad Hebræos dictū est, cuius & hæc ad Corinthios sunt uerba: Qui idoneos nos fecit ministros noui Testamenti, non litera, sed spiritu. Quod si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abūdat ministerium iustitiæ in gloria. Impie igitur & inique conuenitur ab hæreticis nostrorū in nouo Testamēto Pontificū Consecratio olei, ad sanctificandū fideles pia eius applicatione & usu. Superaddit aliam calumniam his uerbis.

Eo amplior est hic (inquit) abominatio, quod Episcopus facere uult hoc oleum spiritalem unctionem, cum non aliam unctionem spiritalem habeat aut sciat sancta Christiantas, quā ipsummet Deum Spiritū sanctum.

Respondeo,

Respondeo, Neque nos equiparamus oleum consecratum Spiritui sancto, sed asserimus eum propria uirtute agere sanctificationem & sanitatem. Oleum autem dicimus sanctificandi & sanandi instrumentum & signum externum esse, per Episcopi consecrationem efficax factum. Id quod Euangelium ex facto comprobatur Apostolorum. Refert enim Marcus, quod Apostoli Demonia multa eiciebant, et ungebant oleo multos zegros, & sanabantur. Et multæ piæ significationes Olei consecrati, referuntur à sanctis patribus in iure Canonico, in Decretis et Decretalibus, quas seditiosi isti sub te Imperatore Potentissimo, non solum rejicere & scurriliter irridere, sed etiam ignibus tradere ausi fuerunt, & scelus hoc etiam in literas referre non erubuerunt. Quid igitur non audeant tam superbi Vnicornes isti, si poterunt ista omnia impune facere? Ad dit præterea aliam rursus calumniam de inuocatione sanctorum, quæ more solito à Catholicis fieri solet, circa applicationem Sacramenti extremæ Vnctionis, Et ait.

Ultra hæc omnia legitur etiam pristina Letania circa hanc Vnctionem, ubi mortui sancti nominatim inuocantur, ad orandum pro infirmo. Inter quos sane nominantur aliqui, quorum ualde incerta est sanctitas: et nonnulli, qui nunquam nati fuerunt, sed à malignis nebulombus conficti.

Respondeo. Nihil impietatis habet sanctorum in coelis qui cum Christo uiuunt, inuocatio, ut antea ad longum probaui & contra Bullingerum Heluetium, et contra Phil. Melanthonem in quibusdam Philippicis. Ceterum, longe doctissime ac efficacissime confutauit hanc in sanctos Dei iniuriam, ante annos M. C. et amplius, contra ueterem Vigilanti heresim S. Hieronymus, ut non sit opus hic diutius aut prolixius hæc de re cum Sophista hoc disceptare, qui dicit tantum, & nulla ratione aut scriptura probat, quod aliquorum, qui nominatim inuocantur, sanctitas incerta sit: quorundam etiam uita, an unquam fuerint in rerum natura. Et infra latius eandem refricat disceptationem, ubi forsitan accuratius ei respondetur, si tantum à laboribus, quibus nunc occupor uehementius magisque necessario, uacare mihi licuerit. Repetitam item iam sæpe adijcit calumniam de Idolatria, dicens *Atque ita oportet Christum propitiatorem cedere, et peccata remitti non per eius passionem mortemque sanguinis effusionem, sed per linitionem foetidi olei: Ut sanctum oleum loco Dei Idolum fiat.* Respondeo, ut antea. Nemo Catholicorum ita facit aut loquitur, nemo Christum negat uel propitiatorem uel saluatorem. Nemo eum excludit, aut Idolum pro eo colit, aut in loco eius statuit. Meræ sunt igitur calumniæ, quæ neque scripturis neque rationibus ullis aut exemplis probari possunt: Quare opus non est, multa ulterius uerba uel scribere cæcis uel obstinatis, & sua sponte surdis et incredulis opponere, uel sine spe resipiscentiæ inaniter effundare, iuxta ea quæ Esaiam admonet ipse Dominus. Nā & Sapiens ait: Vbi auditus non est, non effundas sermonem. Audacior itaque factus, Iacobi Apostoli Epistolam, quæ

De. conse. dist.
5. per totum.
Extra, de sancta
unct. c. 2.

Calumnia
de Idola-
tria

Esa. 6.
Eccles. 32.

Canonica dicitur, superbissima censura ita è sacris Biblijs, uelut è Senatu reijcit, longe atrocius, quàm fecit Magister eius Lutherus (qui eam ad alias collatam, uelut stramineam censuit) ut ausit eam uelut prophanam & impiam iudicare. Ait enim.

Epistola Iacobi, quæ consilium dat, ut si quis infirmatur, Presbyteros inducant ad infirmū, qui eum oleo ungant, est ab antiquo, & adhuc quanto diutius, tanto magis in dubio, an sit alicuius Apostoli: Immo, longe potius in suspitione, quod non solum nullius sit Apostoli, sed talis uiri, qui in ueritate coram oculis Dei uerus Christianus non fuerit.

Impia suspitio de Epistola S. Iacobi.

Respondeo. Hoc dubium et ista suspitio, nequaquæ est de hac Epistola apud Catholicos, cū liber S. Hieronymi de Illustribus uiris, & Prologus in hanc Epistolā præmissus, & uerba ipsius textus in Epistola Euangelicis et Apostolicis doctrinis consonantia, atq; authores celeberrimi apud antiquos, ut sunt Egesippus & Clemēs, & Iosephus insignis historicus, hanc impiā de S. Iacobo & eius Epistola suspitionem aut dubitationē certissimis argumentis cōfutant. Super hæc omnia, Lutherani ipsi Ratisponæ confessi fuerūt, nemini certius competere de scripturis iudicium, quàm ipsimet Ecclesiæ. Cū ergo illa hæctenus semper censuerit, hanc Epistolam esse Canonicā S. Iacobi Apostoli, non debet nos turbare huius Apostatici Presbyteri noua cēsurā, quæ tantū dicit, et sine omni probatione temere iudicat, nec aliū authorē indicare potest. At S. Augustinus in quodā Sermonē citat hanc Iacobi Epistolā, in hæc uerba: Quoties aliqua infirmitas superuenerit, corpus & sanguinem Christi ille qui ægrotat accipiat, oleumq; benedictum humiliter à Presbyteris fidelibus petat, & inde corpusculum suū ungar. Vt illud quod scriptū est impleatur in eo: Infirmatur quis in uobis, &c.

De reliquarū rerum Benedictionibus, Cap. IIII.

Generalis calumnia.



Onsimiles scribit irrisiones & calumnias loquax nugator iste, de reliquis quoq; Ecclesiæ circa benedictiones ritibus antiquis, huic uni præcipue innitens calūniæ, quod fiat iniuria Christo, in cuius locum reponātur huiusmodi res, super quibus benedictiones fiūt, & per hoc Idola cōstituātur. At iam sæpe dictū est, non ita fieri à nobis, sed per inuocationē Dei omnipotentis, et per nomen Iesu Christi benedici ac sanctificari eas res, principaliter à Deo, ministerialiter ab Episcopo aut sacerdote. Iuxta clara hæc Apostoli uerba: Sanctificantur enim per uerbū Dei & orationē. Sanctificant, inquam, non ut ipsæ res benedictæ Idola aut Dij fiāt, ut calūniatur nequiter et impie Sophista, Laicorū deceptor fraudulētus, & nouæ seditionis auidus: sed ut sint uisibilia & sensibus nostris patentia instrumēta quædā diuinæ uirtutis et operationis, quam petimus & rogamus fieri à Deo per Dominū nostrū Iesum Christū, per quē fecit et sæcula, cœlū & terram, & omnia quæ in eis sunt. Que

1. Tim. 4.

obsecro est ibi species aut apparatus ullius abusus, superstitionis aut Idolatriæ. Verbi gratia, In festo Purificationis benedicuntur cera, et laudatur ibi Deus in operibus suis, atq; rogatur per Christum, ut sanctificet illos cereos, et faciat eos nobis proficere ad salutem corporis & anime. Quid hic obstat quæso, ne sanctificentur sic per uerbum Dei & orationem? Sic n. orat sacerdos mox in principio laudabilis illius processio: Exaudi quæsumus Dñe plebem tuam, et quæ extrinsecus annua tribuis deuotione uenerari, interius assequi gratiæ tuæ luce cōcede, per Dñm nostrum, etc. Item, Benedic Dñe Iesu Christe hanc creaturam ceræ supplicatibus nobis, et infunde ei per uirtutem sanctæ crucis tuæ benedictionem cœlestem, ut qui eam ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talem signaculo sanctæ crucis fortitudinem et benedictionem accipiat, ut in quibuscūq; locis accessa siue posita fuerit, discedat Diabolus & cōtremiscat, et fugiat pallidus cum omnibus ministris suis de habitationibus illis, in quibus fideles habitant, etc. Quid hic uidet Momus iste infidelis, quod iuste reprehendere queat? An quia Christum rogamus, ut benedicat? Vbi est hoc in scripturis prohibitum? An non potest benedicere omnipotens? Quoties cōpertum est uirtute S. Crucis effugari Diabolum? Nunquid falso dictum fuit cœlitus olim Constantino Magno, de ostenso signo crucis, In hoc uince?

Ait aut calumniator id in scripturis non haberi, nec a Deo commissum aut mandatū nobis esse, ideoq; id sine fide fieri et peccatū esse. Iuxta illud Apostoli: Quod ex fide non est, peccatū est. Nobis autem nisi de Christo et eius Crucis uirtute, longe uerius & fortius esset fides, quæ omnibus est Lutheranis, minime sic rogaremus: Neq; necessarium existimamus, omnia benedictionum uerba in forma, ut dicuntur, in scripturis haberi. Vbi enim Deus hoc mandat? Nunquid nihil benedixerunt Apostoli & discipuli Domini, antequam Euangelia & Epistolæ Pauli & aliorum fuerunt scriptæ? At longe aliud testatur scripta Dionysij, Clementis & Ignatii. Vbi autem scripta habetur illa benedictio, de qua Paulus ait ad Corinthios: Quomodo dicit Amen super tuam benedictionem? Nobis quidem ad omnes benedictionis usitate formas, sufficit Authoritas et cōsuetudo Ecclesiæ, ut docent antiqui Doctores, Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, etc. Possumus tamen contra pernicaces & infideles hæreticos, obijcere etiam scripturæ quosdam locos generaliter, pro huiusmodi ritibus & sanctis benedictionibus, quæ fidelibus sufficiant. Vt est illud Psalmistæ: Inuoca me, & honorificabis me. Et illud Pauli sæpe iam dictum: Sanctificatur per uerbum Dei & orationem. Et illud Petri: Argentum & aurum non est mihi, quod autem habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge et ambula. Si enim nomen Christi, à Petro inuocatum, tam cito curauit claudum ex utero matris: Cur non possit per sacerdotis benedictionem & orationem inuocatum, rebus rite benedictis, aliquid uirtutis & sanctificationis specialis, ultra naturæ propriæ uirtutem, impendere? Legimus in Tobia, quod etiam exenterati

Benedictio cereorum in festo Purificationis.

Euseb. in hist. lib. 9. c. 9.

Rom. 14. Falsa ratio contra benedictiones.

1. Cor. 14.

Psal. 49.

1. Tim. 4.

Act. 13.

piscis cor & iecur, ab Angelo traditū iuniori Tobix, uirtutē habuerit
 extricādi & effugādi omne genus Demoniorū. Nūquid minus pote-
 rit nomen Christi, super cereos suppliciter & in recta fide inuocatū: Si
 apud hereticos nihil potest, non culpa est Christi, sed illorū, quia fidem
 non habent, ut dictum est supra. Sunt profecto & aliæ multæ in bene-
 dictionibus ceræ orationes deuotæ ac piæ, quæ non nisi impijs displicere
 possunt, & quas Rhetores hi noui, quantumuis uerborū ornatus
 studiosi, elegantiores facere non possent. Sed breuitatis gratia, ex sola
 ad Deū præfatione unam hic recitabo exempli causa particulam: Vere
 dignum & iustū est (inquit sacerdos) nos munificentix tuæ indefessas
 semper grates persoluere, quæ inter cæteras mūdang conditionis crea-
 turas, de liquore aëreo, per apum efficaciam, cerei preciosam fieri uolui-
 sti substantiam: ut tibi inde debiti honoris famulatus existeret, et nobis
 usus necessarius proueniret, &c. Reprehendit & cineris benedictio-
 nem nouus hic ritū Ecclesie Censor, cum non ignoret ex Euangelio,
 id esse signū pœnitentiæ, sicut ipse dicit Dominus: Incredulis ciuitatibus
 exprobrans, quod non egerint pœnitentiam, uisis tot eius uirtutibus,
 quia si factæ fuissent in Tyro & Sydone, olim in cilicio & cinere pœ-
 nitentiā egressent. At noui hi Christiani neq; cilicio indigent nec cinere,
 nec alia pœnitentiæ forma, aut satisfactione, licet multa de his legerint
 exempla tum scripturæ, tum ueterū Ecclesie Doctorū, quia fingunt sibi
 Euangelium & Paulū dicere, omnia pœnitentiæ & satisfactionis opera
 esse superflua & peccata, eò quod solus Christus semel in cruce pro no-
 bis omnibus satisfecerit. Sed dissimulat nequiter pœnitentiā Corinthij
 cuiusdam, quam Paulus refert. Et illud Petri: Christus pro nobis passus
 est, ut sequamur uestigia eius. Ipse aut nequaquam egit, ut agunt nunc
 peccatores Lutherani, qui ieiunia, cilicia & cineris aspersione, derident
 in crapulosis comestationibus et ebrietatibus suis, ac insuetis et scanda-
 losis carniū deuotionibus: uane iactantes satisfactionē Christi, & nihil
 curātes de admonitione eius, ne grauent corda sua crapula et ebrietate.
 Neq; de hoc Pauli dicto: Ut abijciamus opera tenebrarū, et induamur
 arma lucis, nō in comestationibus et ebrietatibus, sed induamur Dñm
 Iesum Christū, & carnis curā ne faciamus. In benedictione palmarū
 multa deridet atq; criminatur hic homo peccator, quæ pia sunt et sancta,
 in Christi honorē & memoriā instituta. In quorū abolitione ostendūt
 hæretici, q̄ ingrati sint omnibus erga nos homines beneficijs Christi,
 quæ ritibus illis ad memoriam nobis reuocantur. Quemadmodum ex
 ultimis duabus, quæ ibi à sacerdote dicuntur, orationibus dinosci potest.
 Ita enim precatur. Omnipotens sempiternus Deus, qui tuū unigenitum
 à Iericho, monte q̄ oliueti ad Hierusalē direxisti, cui turba mirabiliter
 occurrit, alij uestimenta sua sternētes, alij ramos de arboribus cedentes
 oliuarū, alij palmas manibus suis deferentes: te humiliter deprecamur,
 ut hæc germina arborum ita sanctificare digneris, ut hæc loca, ubi de-
 portata

Tob. 6.
 Cur nihil
 possunt Be-
 nedictio-
 nes hæreti-
 corum.

Benedi-
 ctio ciner-
 rum.

Matth. 11.

Noui Chri-
 stiani sine
 operibus
 pœnitentiæ.

1. Cor. 7.

1. Pet. 2.

Luo. 21.

Rom. 13.

Benedi-
 ctio palma-
 rum.

Orationes.

portata fuerint, sanctificata efficiantur, quo omnis iniquitas seu illu-
sio Dæmonū abscedat, & tua nos semper dextera protegere digne-
tur: Per eundē Dominū nostrū, &c. Item, Omnipotens sempiternus
Deus, qui Dominū nostrū Iesum Christū hodierna die super pullum
asinæ sedere, & turbas populorū uestimenta uel ramos arborū in uia
sternere, & Osanna cantare in laudem ipsius docuisti: Da quæsumus,
ut illorū innocentiam imitari possimus, & eorū meritū consequi me-
reamur, Per eundē Dominū nostrū Iesum Christū, &c. Hæc pia uer-
ba et facta Ecclesie, criminatur et in ridiculū apud nouos Christianos
suos uertit, sophisticis fucis impiæ loquacitatis suæ Calumniator iste:
Cui supra, quantum attinet ad palmarum & frondium benedictio-
nem, satis responsum puto, quod Paulus ea sanctificari dixit per uer-
bum Dei & orationem. Quod autem improbissima calumnia nos

Calumnia
de adora-
tione asinæ

*Nos hic adorare ligneum asinū, etiam gestibus externis, non solum pueri,
sed etiam ipsi sacerdotes, ubi absunt pueri, Probare profecto nūquam
poterit, etiam si dementata plebs omnia temere credat illi. Si enim pia
plebs illa Hebræorū, non ipsi asinæ aut eius pullo ramos palmarū et
uestimenta sua substrauit in honorē, sed potius ipsi Christo in ea se-
denti: Quis rogo tam maligne poterit serio de nobis suspicari, quod
asinæ lignæ talē exhibeamus potius honorē, quàm ipsi Christo, per
lignæ imaginē ita significato: Neque ignorat Cōcionator iste, nos nō
ipsam adorare in mente nostra, siue aureā siue lignæ imaginē asinæ,
sed eū potius, qui super eam sedit. Sicut autē in legibus in crimen læsæ
Maiest. imputat uiro, qui ulla afficit iniuria statuā aut imaginē Cæsaris
aut uxoris eius: Et e contra Asylum quoddam fuit ei, qui ad statuā aut
Imaginem Cæsaris confugit, non in honorem ipsius Imaginis, sed in
honorem potius ipsiusmet Cæsaris, quē statua repræsenter: Ita & in
Ecclesia honor aut iniuria, nō ipsi Imagini, sed Christo potius, quem
Imago repræsenter, imputari credit, sicut ostendi iā pridē in eo libro,
quē de Christi et sanctorū Imaginibus edidi in Bullingerū. Non im-
merito igitur in crimen læsæ Maiest. diuinæ, imputari potest huic ca-
lumniatori hoc de lignæ asinæ contra pios improperiū, quo non ue-
retur toti Ecclesie per calumniam improperare Idolatriam, & sic ex
Christo Idolū facere. Hoc idem Idolatriæ scelus, imputat nobis idem
Calumniator iste, quod in sancta Parasceue memoriam passionis
Christi, qui in cruce nos redemit, & Chirographum decreti, quod
erat contrarium nobis (ut ait Paulus) deleuit, ueneramur, adorando
& osculando Imaginem Crucifixi. Idque ait fieri admodum scandalo-
se, non solum in gestibus, sed etiam in uerbis canticorum. Et loqui-
tur ista superbe ex proprio capite, sine omni scripturarum testimo-
nio, addens proterue: *Magis proprie hanc esse Idolatriam, cuiuscunq;
fuerit Imago quæ colitur, quàm si falsi adorentur dij.**

Crimen læ-
sæ Maiest.

Adoratio
Crucifixi
in Parasce-
ue.
Coloss. 2.

Bone Deus, quo abijt e Germania prisca Maiorū nostrorū religio,
 & sub tā potente ac religioso Imperatore timor et Maieftas Imperij,
 & respectus mandatorū & Edictorū Cesareæ Maieft. Decet ne, ob-
 secro, fieri talia in ea ciuitate Imperij, quę hactenus multis sæculis Ro.
 Imperatorū obseruātissima semper fuit: An ignoramus, q̄ grauer
 offenderint, & turpiter confusi fuerint Iconoclastæ ueteres, imp̄ illi
 Imperatores Cōstātinopolitani, Leo III. et IIII, Cōstātin⁹ V. et VI,
 Quorū de Imaginibus error & impia sentētia publice cōdēnata fuit,
 ante DCC. annos in Vniuersali Synodo septima Niceæ, à CCCL.
 Episcopis, & Francfordię in alia Synodo tēporibus Caroli Magni:
 Est ne uni huic Blateroni, sine omni uerbo Dei ita friuole nuganti, &
 totius Ecclesię antiquū hūc adorandi et osculandi Crucifixi ritū, uelut
 Idolatriā blasphemanti, plus credendū, q̄ tot antiquis Cōcilijs totiq̄
 Ecclesię, tam Orientali q̄ Occidentali, quam nō frustra colūnam et
 basim ueritatis uocat Apostolus: Destruūt nūc Imagines Crucifixi et
 in sacris locis, et in publicis uijs Pseudochristiani diuersarū sectarum,
 perinde ac si ludgi nati essent: Cū ex Eusebio & Basilio Magno con-
 stet, eas in honore fuisse ante M CC. annos, sic tamē, ut honor ille in
 Prototypū referret, non in substantiā aut materiam ipsarū Imaginū,
 Cōsimili cēsura propriæ temeritatis ea quoq̄ reprobat, quæ Sabbato
 sancto aguntur in Ecclesia ritu antiquissimo, circa benedictionē cerei
 Paschalis, & fontis Baptismalis, oīa Gentili & Iudaica incredulitate
 irridens & blasphemās atq̄ calūnians: Ad quæ iam sepe ex scripturis
 responsum est supra. Certe quouis lapide durior atq̄ frigidior sit in
 corde suo Christianus, quē non moueāt, & ad deuotionis atq̄ chari-
 tatis affectū non accēdant solennia uerba, quibus benedicūt cereus, à
 S. Ambrosio aut à Zozymo Papa (ut fertur) cōposita, in laudē Dei
 omnipotentis, & filij eius Dñi nostri Iesu Christi. Qui pro nobis (in-
 quit) eterno patri Adæ debitum soluit, & ueteris piaculi cautionē pio
 cruore deterlit. Hęc sunt n. festa Paschalia, in quibus uerus ille agnus
 occiditur, eiusq̄ sanguine postes cōsecrantur. Itē, Hęc nox est, in qua
 destructis uinculis mortis, Christus ab inferis uictor ascēdit: Nihil n.
 nobis nasci profuit, nisi redimi profuisset. O mira circa nos tuę pieta-
 tis dignatio, o ingestimabilis dilectio charitatis, ut seruū redimeres, filiū
 tradidisti. Itē, In huius igitur noctis gratia, suscipe sancte pater Incensi
 huius sacrificium uespertinū, quod tibi in hac cerei oblatione solenni,
 per ministrorū manus, de operibus apū, sacrosancta reddit Ecclesia:
 Sed iam colūnx huius præconia nouimus, quam in honorē Dei ruti-
 lās ignis accēdit, etc. Quid hic rogo, superstitionis aut Idolatrię uide-
 ri queat, in tā deuotis & affectuosis Dei Patris et Christi redēptoris
 nostri laudibus, quas ipsa etiā adiuuat melodica dulcedine pronun-
 ciatio: Sic & in benedictione fontis Baptismalis, inter multas alias
 Dei laudes, in hęc uerba orās prorūpit sacerdos: Respice Dñe in faciē
 Ecclesię tuę, et multiplica in ea regenerationes tuas, qui gratiæ tuę
 affluētis

Iconocla-
stę ueteres.

Iconocla-
stę noui.

Basil. de Spiri-
tu sancto. c. 27

Benedi-
ctio cerei
Paschalis.

Verba pijs-
simi illius
benedictio-
nis.

Benedi-
ctio fontis
Baptisma-
lis.

affluentis impetu, laxificas ciuitatem tuā, fontemq; **Baptismatis** apē-
 ris, toto orbe terrarū gentibus innovandis, ut tuæ **Maiest. Imperio**
 sumat unigeniti tui gratiā de Spiritu sancto. Et infra: Sit fons uiuus,
 aqua regenerās, unda purificans, ut omnes hoc lauacro salutifero di-
 luendi, operante in eius Spiritu sancto, perfectę purgationis indul-
 gentiā cōsequant. Vnde benedico te creatura aqua, per Deū uiuum,
 per Deū uerū, per Deum sanctū, qui te in principio uerbo separauit
 ab arida, cuius spiritus super te ferabatur, &c. Quis igitur non dete-
 stetur impias et procaces irrisiones & calūnias increduli huius Sophi-
 stæ: qui pro stultitia habet, nos sic alloqui mutā creaturā, per Deum
 omnipotentē religiose benedictam, cū clare dicat Christus: Omnia
 abilia sunt credenti. Si n. ad uerbū Helisæi Prophetę potuit aqua
 Iordanis mūdare hominē gentilem à lepra corporis, & per eiusdem
 Prophetę uerbū corpus Giezi, famuli eius sic infici lepra, ut mox ab eo
 egressus, quasi nix leprosus esset: Quomodo credamus, nihil posse
 uerbū Dei et nomen Iesu Christi, & uirtutē spiritus sancti, quo sic be-
 nedicitur et sanctificat à sacerdote Christiano aqua Baptismi: Si non
 audebāt Iudæi dicere, Ioannis Baptismum non esse de cœlo, quomo-
 do audet Desertor iste Christianismi, Baptismū Christi sic benedi-
 ctū, stultitiam aut Idolatriā blasphemare: Quis nostrū sic alligat ce-
 reo (ut illusor iste dicit) Spiritū sanctū, ut cogatur quasi corporaliter
 cū ipso cereo in aquā descendere: cū aperte dicat sacerdos orās Deū,
 & hæc uerba præmittens: Tu has simplices aquas tuo ore benedico,
 ut sint purificandis mentibus efficaces: Descendat in hęc plenitudinē
 fontis uirtus spiritus tui. Iste aut infidelis, & uerbo Dei reuera in cor-
 de suo nihil credens, audet aquā sic benedictā, dicere Idolatricam &
 supersticiosam, simul cū cereo, eamq; aquam, cruce Chrismatis & olei
 sancti signatā, uelut Idolatria & superstitione infectam, non esse di-
 gnā aut idoneā, in qua infantes Christianorū baptizētur. Addit
 & alias plærasq; calūnias improbius & impudentius, cōtra apertam
 Euangelij ueritatē, quā fecit olim Rapsaces cōtra pium Regē Eze-
 chiam. Dicit enim Dñs: Quicquid petieritis Patrem in nomine meo,
 dabit uobis. Itē, Quodcūq; petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciā,
 ut glorificet Pater in Filio. Itē, Omnia quecūq; petieritis in oratione,
 credentes accipietis. Viderint ergo noui Christiani isti, quidnā gra-
 tiæ accipiāt uel ipsi uel infantes eorū, qui tali cū cōtemptu aquā baptis-
 malem reijciūt, & benedictione tā pia et ab Apostolis usq; in Ecclesia
 semper obseruata sanctificatam, per inuocationem Patris, & Filij, &
 Spiritus sancti, uelut conspurcatā, abominantur & execrantur. Quis
 Christianorū unq; ita fecit aut docuit antea in uniuerso mūdo: Le-
 uiores quidē sunt Calūniatoris huius iniuriæ et irrisiones, quas effu-
 dit impie et audacter, tuo sub Imperio Cæsar, in insigni ciuitate Impe-
 rialī, in graue populorū scandalū, atq; in odiū & contemptū publicę
 Ordinationis tuę, de reliquis benedictionib; que fiūt uel super cibos
 in

Irrisio im-
pia.Mar. 9.
4. Reg. 5.

Matth. 21.

Calumniā
de Baptis-
mo.Rapsaces
nouus.

4. Reg. 19.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

Matth. 21.

Benedi-
ctiones ci-
borū, uini,
herbarum.

in die Paschæ, uel super herbas in festo Assumptionis Marię, uel super uinũ in festo S. Ioannis Euangelistæ: Omnes tamẽ innituntur perfidæ huic incredulitati, contra Pauli (de quo uanissime iactitant se contra Ecclesiam) auctoritatem istam, quod sanctificantur illa per uerbum Dei & orationem. Et contra multiplices Christi in Euangelio promissiones, quæ credentibus ab eo tam manifeste sunt factæ, sicut iam sæpe dictum est supra. Merito igitur mirandum ac dolendum est, quod inter Germanos, gentem antea religiosissimam, & diuino cultui Ecclesiæq; ritibus & obseruationibus deditissimam, huiusmodi Concionatoribus impijs et superbis, ac sola linguarũ peritia et uerborum elegantia magis quàm solida rerum scientia inflatis, atq; in uita insuper scandalosis, ac per leges & Canones repræhensibilibus, ac palam rebellibus ac seditiosis contra omnem Ordinariam potestatem & superioritatem suam: tantum fidei & auctoritatis habetur à multis, ut contra omnes Ecclesiæ ritus blaterantibus ex meris proprii capitis adinventionibus, temere credatur contra Papam & Imperatorem, contra Concilia, contra Patres, contra omnia iura & consuetudines, ut stulte putent multi, omnes ante nos errasse tot sæculis in Ecclesia Christianos, & blasphemos hos criminatores solos nunc tandem accepisse nouũ Euangelium et spiritum ueritatis, cum sint reuera in tota uita & doctrina moribusq; suis, à uero Euangelio & spiritu Dei longe alienissimi, & uerissime omnium, qui unquam fuerunt, hæreticorum uitijs oppleti ac superbe inflati: Qui iam toties rerum contrario euentu, uanissimis suis promissionibus populos deceperunt, & in seditiones ac rebelliones summa cum confusione & clade atq; calamitate concitauerunt ac impulerunt, non solum miseros rusticos, sed etiam multos Nobiles, atq; etiam Principes & ciuitates.

*De Sacramento Confirmationis,
Caput V.*

Calumnia.



Dducit Censor iste contra hoc Sacramentum has accusationes. Primo,

Quod criminetur ipso facto Baptismum, quasi baptizatus non accipiat Spiritum sanctum in Baptismo, sed primum in Confirmatione.

De mera calumnia est. Nemo enim Catholicorum ita scripsit, sensit aut dixit: Id quod clarissime uidere licet ex Canonibus summorum Pontificum & Martyrum, Urbani, Eusebii et Melchiadis, in libro Decretorum. Ita enim ait Urbanus: Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum post Baptismum accipere debent, ut pleni Christiani inueniantur. Inter multa uero, quæ pulchre docet contra hanc calumniam Melchiadis, hæc quoq;

*De conse. dist.
5. c. 2. 2. 3. 4.*

quoque superaddit uerba: In Baptismo (inquit) regeneramur ad uitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam: In Baptismo ablui-
mur, post Baptismum roboramur. Et quamuis continuo transituris
sufficiant regenerationis beneficia, uicturis tamen necessaria sunt
Confirmationis auxilia. Rabanus Archiepiscopus olim Mogun-
tinus, sic ait: Signatur baptizatus cum Chrismate in summitate ca-
pitis per sacerdotem, per Pontificem uero in fronte: Ut in priori un-
ctione significetur super ipsum Spiritus sancti descensio, ad habita-
tionem Deo consecrandam: In secunda quoque, ut eiusdem Spiritus
sancti septiformis gratia, cum omni plenitudine sanctitatis & scien-
tiæ & uirtutis, uenire in hominem declaretur. Hæc pia & antiqua
contemnantur, et contumaciter omittuntur impie apud nouas sectas
in utroque Sacramento, maximo cum animarum periculo, ac totius
uitæ infantium detrimento. Secundo,

*Quod Episcopus ibi seipsum faciat Deum, quia dicit se dare posse
Spiritum sanctum, sacerdos autem non dare, sed accipere eum possit: Da-
re autem Spiritum sanctum, solus Dei sit.*

Ad hoc breuis est responsio, quod Episcopus eum dat, non ut Deus
aut causa principalis, sed ut minister Dei, uirtute à Deo per ordina-
tionem & consecrationem sibi collata. Altiori enim modo ungitur
et consecratur Episcopus, quam simplex sacerdos aut Presbyter. Qua
de re traditum habemus exemplum in actibus Apostolorum, quan-
do per manus impositionem tradiderunt Petrus & Ioannes Spiritum
sanctum credentibus in Samaria, & Paulus in Epheso. Tertio,

Quod ungamus pueros Idolatrico illo oleo.

Nos quidem unguimus eos oleo sancto & Chrismate, sed ubi scri-
ptum est, quod Idolatricum sit illud oleum? Quarto,

*Quod Spiritum sanctum ita alligemus & captiuum demus illi oleo, ut
cogatur aduenire, quando oleum allinitur.*

Respondeo, Spiritus sanctus Deus est omnipotens, & à nemine
cogi potest. Sed fidelis est Deus (inquit Apostolus) qui promissâ
& ordinationes suas non fallit: si negauerimus eum, & ille negabit
nos. Si non credimus, ille fidelis permanet, seipsum negare non po-
test. Ipsemet ita Ecclesiam docuit, non potest mentiri. Non enim mu-
tabilis est ut homo, sicut sacre docent literæ.

Ipse enim & hanc, ut omnem aliam ueritatem docuit Ecclesiam,

& ipso opere probauit id ipsum in Samaria (ut dictum est) &

Epheso. Fuit igitur & nimis scurriles sunt istæ

huius Pseudoapostoli calumniæ, sine

omni uerbo Dei confictæ.

De institutione
Cleri. lib. 2.
c. 30.

Quomodo
Episcopus dat
Spiritum
sanctum.

Act. 8. & 19.

2. Tim. 2.

Num. 23.
Iac. 1.

De

De Confessione, Cap. VI.



De Confessione tres magnos (ut ait) abusus adducit, & nobis obicit atq; improperat. Quorum primum dicit esse,

Quod conscientia hominū sub salutis periculo astringuntur confiteri omnia peccata, sibi nota, unā cum omnibus circumstantijs, quæ peccatum grauius reddunt.

Confiteri
occulta
peccata.

Luc. 7.

Act. 19.

Iacob. 5.
Prouerb. 18.
et 28.

Psal. 118.

Plebs Lu-
therana li-
benter cre-
dit suis.

Esa. 30.

Psal. 35.

2. Tim. 4.

Confessio
occultorū
non est im-
possibilis.

Matth. 18.

Ioan. 20.

Cur neces-
sarium est
recte con-
fiteri.

1. Reg. 16.

Hiere. 17.

Hoc aut dicit esse & scandalosum Confessori (ut uocant) & confitenti periculosum atq; etiam impossibile. At hæc libenter audiunt, credunt & cōprobant Laici, qui de suis actibus erubescūt corā hominibus, et facere non erubuerūt in conspectu Dei. At non ita fecit mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, sed corā conuiuantibus procidit ad pedes Iesu. Nec illi sic fecerūt in Epheso apud Paulū, qui credentes ueniebant, confitentes & annūciantes actus suos. Nec impie dixit nobis S. Iacobus: Confitemini alterutrū peccata uestra. Ait enim Sapiens in Prouerbij: Iustus prior accusator est sui. Item, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Quid, rogo, his uerbis uel sanius uel apertius dici queat? Sed cum non placeant Laicis, noua doctrinæ luce ab hoc nouo Euangelista Trigamo illuminatis, inclinant potius aures & oculos suos ad falsas eius adulationes. De quibus ait Psalmista: Narrauerunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Non habet itaq; opus munire hanc doctrinam suam (quæ prurit auribus) sacræ scripturæ locis, quia ultro credunt eam libenter n̄, qui dicunt: Loquimini nobis placentia, uidete nobis errores. Nolunt enim intelligere, ut bene agerent, sed sua sponte scandalosum sequuntur eum, cuius uerba iniquitas sunt & dolus. Nunc enim tempus illud est in foribus, cum sanam doctrinam Ecclesiæ & sanctorum patrum non sustinent, sed ad sua desideria coaceruant sibi magistros prurientes auribus. Itaq; libenter credunt, occultorum confessionem esse periculosa & impossibilia: Quanquam id nullo uerbo Dei aut scripturæ probetur. Constat autem ex facto & antiqua tot sæculorum consuetudine, talem confessionem feliciter obseruatam fuisse, ideo non esse impossibile, quoniam adhuc hodie obseruatur ubiq; apud Catholicos. Christus enim dixit discipulis suis, non solum hanc particulam (quam noui nunc Christiani solam attendunt) Quorum solueritis aut remiseritis peccata (sicut imperiose nunc à suis falsis aut Apostaticis sacerdotibus absolutionem petunt Lutherani) sed addit etiam partem alteram, nempe: Quorum ligaueritis aut retinueritis peccata. Quomodo autem liget aut retineat peccata sacerdos, de quibus nihil ei dicit confitens peccator? Ipse autem per sese scire non potest, quia non est Deus, qui cor intuetur, & scrutari nouit corda & renes.

renes. Hęc certa & nota sunt omnibus, atq; in scripturis bene fundata, sed ijs Laicis nō placent, qui falso putāt, sola recordatione sui Baptismi aut sumptione Sacramēti (ut Lutherani docent) statim omnia peccata sibi remitti. Alterum ait esse abusum superbus hic Laicorum deceptor, *Quod pro peccatis perpetratis Confitenti imponitur aliqua pœnitentia agenda, aut ulla iniungitur satisfactio.* At nihil est certius tam in scripturis, quàm in sanctis patribus, Canonibusq; et Concilijs hac Ecclesię consuetudine: Quod facile credit quisquis legerit eiusmodi scripta, siue in Euangelio et Paulo, siue in antiquissimis patrum Epistolis, ut Dionysij & Cypriani, siue in Canonibus Nicæni, Ancyratani, Laodiceni, aut Elibertani Cōcilij. Certe Christus ipse docet agere pœnitentiã in cinere & cilicio, & aperte dicit: Nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Et Paulus: Sicut exhibuistis (inquit) membra uestra seruire immunditię & iniquitati ad iniquitatem, ita nũc exhibete membra uestra seruire iustitię in sanctificationem. Item, Nunc gaudeo, non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Quę enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Hęc & id genus multa de pœnitentia agenda, tacet et dissimulat Concionator iste, & loquitur placentiã populo, cui opera pœnitentię dicit neq; necessaria, neq; utilia ad salutem esse, sed sufficere solam fidem. Quam sane deceptionem grauius repræhendit Deus per Ezechielem Prophetam: Tales enim Pseudoprophete decipiunt populum, dicentes, Pax pax, et non est pax: ædificant parietem, & liniunt eum luto absq; paleis. Væ igitur illis, qui consuunt sic puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite uniuersę ætatis ad capiendas animas. Tertium dicit esse abusum, *Quod liber, qui Agenda dicitur, nullum doceat sacerdotem rectam absolutionem, sed quod optent duntaxat generaliter Confitenti peccatorum remissionem: Id quod quilibet etiam facere queat rusticus, mulier, aut puer.*

Hic toto (ut dicitur) cœlo errat tota Lutheranorũ & Zuingliano-
rum secta, de potestate Clauũ, quę per ordinationem et manus im-
positionem traditur Presbyteris, iuxta antiquam Ecclesię obserua-
tionem: De qua Paulus non raro mentionem fecit. Hęc autem sectę
odiosissime impugnant, & impudentissime negant clauũ potesta-
tem, simul cum uniuerso noui Testamenti sacerdotio, ut patet ex ijs,
quę hac de re scripsi iam olim in Lutherũ, Bullingerũ, Musculum,
Bucerum, &c. Faciuntq; novos sibi sacerdotes absq; legitima Episcopo-
porũ ordinatione: Quemadmodũ fecit olim apud Iudæos in schis-
mate regni rex impius Hieroboam, in Dan & Bethel, cōtra usitatum
sacerdotium filiorũ Aaron. Proinde nullam prorsus habent isti noui
sectarũ sacerdotes potestatem uel absoluēdi uel cōsecrandi, sed horrēda
d
populorum

Agere pœ-
nitentiã et
satisfactio-
nem.

Matth. 23.

Luc. 13.

Rom. 6.

2. Cor. 7.

Decepto-
res Laico-
rum.

Ezech. 13.

Potestas
clauium
concessa
sacerdoti-
bus.

1. Tim. 4.

2. Tim. 1.

3. Re. 12, et 13.

Sacerdotes in seclis non absolunt nec conficiunt.

populorum deceptione fecte omnia fiunt apud eos, hypocritica simulatione per immanissimā Idolatriam, qua in peccatis remanent fecte absoluti Laici, & pro uenerabili Sacramento corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, datur miseris falso consecratus panis & uinū, in quo nec Trāssubstantiatio est (ut ipsimet fatent) nec ulla oblatio, sed indigna et nefaria in schismate & incredulitate cōmunicatio falsi Sacramēti, quo sibi iudiciū māducant et bibūt, nō habentes neq; dñjudicantes corpus Domini, sed remanētes in peccatis, & incredulitatis atq; inobediētiae & rebellionis suae erroribus, iam iudicati sunt (ut ait Ioannes) & ira Dei manet super eos in aeternū (proh dolor) si non respiscunt. Nostri autē sacerdotes, quando Confitentē absoluūt, non optant solum aut precantur ei remissionem peccatorū, sicut rusticus mulierue aut puer facere potest, sed etiam potestate clauū, quae ipsis legitima ordinatione per manus impositionē, ab Episcopo Catholico tradita est, efficaciter absoluūt eū ab omnibus peccatis confessis, & non sponte aut fraudulenter tacitis aut oblitis. Sicut enim in baptizando dicunt: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Ita & in absoluendo dicunt: Ego auctoritate sacerdotali, qua fungor, licet indignus, absoluo te ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti. Vade & noli amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.

*De sacerdotum Ordine & Consecratione,
Caput VII.*



Perfidus & Apostaticus sacerdos iste, qui Catholico ritu in Presbyterū ordinatus fuit: & per hoc ueram consecrandi Sacramenti & offerendi potestatem consecutus fuit, licet ea non sit usus amplius, postquam per hāresim & polygamiā scelestē ditatus est: Ecclesiae antiquos ritus in ordinandis & consecrandis sacerdotibus arguit in multis, praecipue uero in his punctis. Primo, Quod sacerdotes ibi coguntur & obligantur uitare statum Coniugalem, Quod Paulus dicat esse doctrinam Dæmoniorum.

Paulus multis rationibus approbat uit Cælibatum.

1. Cor. 7.

At mentitur de Paulo Apostolo Calumniator iste. Nusquā enim prohibet aut repræhendit Ecclesiae antiquam hanc, de seruando Cælibatu in sacerdotali ordine, consuetudinē, sed longe uerius comprobauit & doctrina & exemplo uitæ in ipso factō. Vbi enim duxit ipse uxorem: Docuit autē manifeste Cælibatum his ad Corinthios rationibus. Prima. Nolite (inquit ad coniugatos) fraudare inuicem, nisi forte ex cōsensu ad tempus, ut uacetis orationi. Hinc autem infert S. Ambrosius, cū sit sacerdoti semper uacādū orationi, nunq; debet uxorem ducere. Secunda. Hoc autē dico (inquit Paulus) secundum indulgentiam, non secundum imperium: Volo autē omnes uos homines esse

esse sicut me ipsum, sed unusquisque proprium donum habet ex Deo, alius quidem sic, alius uero sic. Dicat ergo nobis hic, si potest, Trigamus aut Tetragamus sacerdos iste, ubinam Paulus Trigamus fuerit, sicut ipse summo cum scandalo ac scelere esse non erubescit, cum audiat Paulum dicere: Volo aut omnes uos homines esse sicut me ipsum. Et quid est, quod ait de coniugio Corinthiis. Hoc aut dico secundum indulgentiam, non secundum imperium: Tertia. Quod si non se continent (inquit) nubant: melius est enim nubere, quam uri. Quibus quæso hoc dicit: Nunquid sacerdotibus iam ordinatis & Cælibatum ex consuetudine ordine ipso professis, aut Monachis propria sponte uoto castitatis addictis & obligatis: At hisce dicit alibi, quod damnationem habent, quia primam fidem irritam fecerunt. Non hisce igitur, qui propria sponte uouerunt & ad continentiam sunt obligati, permittit nubere, et primam fidem irritam facere: sed alijs qui libertatem nubendi habent. Nec uri significat hic quamcumque carnis tentationem aut prurium. Qualem etiam Paulus ipse passus est, quem stimulum uocat & angelum Sathanæ: sed eam carnis uisionem & flammam intelligit hic, quæ in pugna carnis contra spiritum præualet, & uoluntatem uitam in actus consensum rapit. Ait enim Dominus ipse: Spiritus quidem promptus est, caro aut infirma. Et ipse Paulus ad Galatas: Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem: Spiritu ambulate, & desideria carnis non perficietis. Quarta. Unusquisque (inquit) in qua uocatione uocatus est, in ea permaneat. Verbi gratia, Vocatus est maritus in coniugio, maneat ergo in eo, & ab uxore sua non discedat: Vocatus est sacerdos in Cælibatu, in eo permaneat, & non fiat relicto perfide Cælibatu maritus: multo minus fiat Digamus aut Trigamus, sicut factus est scandalosissime popularis & carnalis iste Concionator, qui non ambulat spiritu, sed desideria carnis perficit in libidine & avaritia, & re ipsa atque in facto suo deridet sanctissimam Pauli monita, quæ habentur de spiritu contra carnem. Qualia sane & hæc ad Romanos ab eo scripta sunt: Nos non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt: Qui uero secundum spiritum, quæ spiritus sunt sentiunt. Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax: Quoniam sapientia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest: Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu, si tamen spiritus Dei habitat in uobis. Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Ergo fratres (inquit) debitores sumus, non carni, ut secundum carnem uiuamus. Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi sunt filij Dei. Hæc ibi Paulus, ad quæ sane omnia in facto suo surdas præbet aures, auare & libidi-

1. Tim. 5.

Uri quid est.

2. Cor. 12.

Matth. 26,
Galat. 5.

1. Cor. 7.

Presbyter
contra omnia iura
Trigamus.

Rom. 8.

Virginitas
apta sacer-
dotio.

1. Cor. 7.

Matth. 19.

Epiph. contra
hereses lib. 3.
Tom. 2. circa
finem.

biup in V

1. Cor. 7.

Propheta
conu. em
de iur.
Tigamus

Rom. 8.

nose coniugatus iste sacerdos. Quinta. De uirginibus (ait) præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus à Deo, ut sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse, propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse. Ecce Paulus, ut sit fidelis, uirginitatem consulit, quia existimat hoc esse bonum homini sic esse: At non præcipit, quia non omnes capiunt (ut ait ipse Dominus) hoc uerbum, sed quibus datum est. Consulit tamen hoc bonum uterq. Dominus enim ait: Qui potest capere, capiat. Paulus uero sic: Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem. Vnde ait Epiphanius, quod uirginitas sit in Ecclesia quasi crepido & fundamentum, quæ exercetur & seruatur à multis & glorificatur. Sequitur autem ad eandem uirginitatem solitudo, apud pluresq. utriusq. sexus solitariam uitam degentes. Post hanc continentia, super eundem cursum fundata. Vertex autem horum omnium, aut mater (ut ita dicam) genitrix, est sanctum Sacerdotium. Ex uirginibus quidem ut plurimum procedens: si uero non ex uirginibus, at ex solitariam uitam degentibus, &c. Hæc igitur Christi, Pauli & Epiphaniij castitatis & continentiz consilia, nemo nisi impius & Pseudochristianus, iure dixerit esse doctrinam Dæmoniorum, ut falso & impie dicit iste prophanus sacerdos & maritus. Sexta. Vterius ait Apostolus: Præterit enim figura huius mundi, Volo autem uos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: Qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuisus est. Ecce quomodo Paulus tot rationibus suadet continentiam, & interdicit sacerdotibus, ne uxores ducant, sicut obseruat fideliter hæc eius cõsilia pia mater Ecclesia, in ordinatione sacerdotum, perpetua consuetudine, ultra Mille iam & Quingentos annos: quæ & uerbis repræhendere, & factis præuaricari audet Trigamus iste scortator (qui uere aut iure maritus dici aut esse nõ potest) per meras calumnias, absq. omni scripturæ authoritate, in tuo, Cæsar, Imperio. Paulus autem doctrinam Dæmoniorum uocat, si quis prohibeat uniuersaliter nubere, sicut Tatiani & quidam alij docuerunt hæretici, qui Christianis prohibuerunt nubere, quasi nemini inter Christianos coniugium inire liceat. Ecclesia autem non sic prohibet omnibus, sed sacerdotibus tantum & Monachis, alijsque uoto aut ordine ad continentiam & Cælibatū obligatis. Hæc prolixius quàm intendebam, prosequutus sum religiose Imperator, propter scandali huius frequentiam, dum sic nubunt nunc passim per omnem fere Saxoniam, præsertim in ciuitatibus Imperij, sacerdotes & monachi, contra omnem Ecclesiæ constitutionem & consuetudinem, sine omni ueterum (de quibus se falso iactant) Christi fidelium exemplo. In reliquis autem impiæ repræhensionis punctis, quæ Momus iste adducit, breuius respõdebo. In secundo igitur repræhendit,

reprehendit, Quod sacerdotes nostri ordinantur ad faciendā in Missa oblationem pro uiuis & mortuis: Atq; per hoc confirmantur Missæ pro defunctis & Purgatorium. At nos alibi iam pridem contra alios sectarum complices, & nuper ex Dionysio Areopagita, contra Phil. Melanthonem probauimus, Missam pro defunctis in Ecclesia semper fuisse, etiam temporibus Apostolorum. Respondeat igitur prius ad ea Repr̄henfor iste, et non calumniatur aut neget manifestissima ac uetustissima compertæ ueritatis instituta Christianorū. In Tertio reprehendit, Quod nostri sacerdotes consecrato (quod calumniose Idolatricum uocat) unguuntur oleo. At iam sæpe responsum est supra, oleum istud per uerbum Dei & orationem esse, teste Paulo, sanctificatum. Cuius in sacris literis plurima habemus ex ueteri Testamēto exempla & figuras, de cōsecratis & unctis sacerdotibus Domini in Moyse & Prophetis, ne possit Calumnior iste probabiliter dicere, nouum aut humanum esse hoc Ecclesiæ inuentū. Aperte enim dicit Paulus Apostolus: Quæcunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt. Item, Hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad correctionē nostrā, in quos fines sæculorū deuenerunt. Taceo de optimis Olei significationibus & mysterijs, quæ in Decretis sanctorū patrū, & Decretalibus Ro. Pontificū, præsertim Innocentiū Tertij, doctissimi Pontificis referuntur. Nec ullus est in tota scriptura locus, qui prohibeat aut reprehendat huiusmodi unctionem, sicut temere facit et impie Calumniator iste, qui abnegat impie, quæ pie ab Episcopo in ipsiusmet ordinatione & consecratione olim facta sunt, & propter Characterem indelebilem (quem sero nunc negat, ab ipso aut S. Augustino iam olim affirmatum & assertum) eradi non possunt. Facta enim infecta per nullam potentiam aut artē fieri possunt. In Quarto, Reprehendit Inuocationem mortuorum (ut contemptim uocat) sanctorum, quæ in ordinatione fieri solet. Sed loquitur sine scripturis, quæ eam nusquam prohibent, & nos iam sæpe eam ex scripturis & sanctis patribus asseruimus, & contra complices eius atq; etiam contra Zuinglianos abunde probauimus. De qua illi mihi hætenus nihil responderunt. Et infra contra eandem loquaciter argumentatur, sicut paulo ante fecit Melanthon, cui iam dudum responsum est. In Quinto Reprehendit, quod unguuntur sacerdotibus dicendæ quotidie horæ Canonice. Quia non sit possibile, quod ultra eas demurmuratas, aliquis appetitum habeat legendi aut studendi. Ad hæc, quod perdant per eas optimum diei tempus & horas. At negant Christus & Paulus orando perdi tempus & horas inutiliter & incassum. Ait quippe ipse Dominus: Quoniam oportet semper orare, & non deficere. Et Paulus ad Romanos: Sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis. Item ad Thessalonicenses: Semper gaudete (inquit) sine

Unctio sacerdotum.

Rom. 15.

1. Cor. 10.

Dist. 69. c.

Quoniam. Itē dist. 23. c. prohibete. Extra. de sacra unctio ne. c. 1. Augu. contra Parme. li. 2. c. 13.

Obligati ad horas Canonicas sacerdotes.

Luc. 18.

Rom. 1.

1. Thess. 5.

d iij sine

sine intermissione orate, in omnibus gratias agite: Hæc est enim uoluntas Dei in Christo Iesu in omnibus uobis. Non intelliguntur huiusmodi uerba Christi & Pauli comode, ut ad literam sine intermissione Euchitæ. ne oremus: sicut ea intellexerunt antiqui hæretici Euchitæ. Sed ut quotidie persoluamus horas Canonicas, ne eas intermittamus. Iuxta illud Psalmistæ: Septies in die laudem dixi. Item, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Quod autem delicatus & uxorius iste sacerdos ait, non esse possibile, ut aliquis post persolutas horas Canonicas, appetitum habeat legendi aut studendi, falsum est. Videmus enim quam multa & magna sane doctrinæ suæ opera indefesso studio elucubrauerint plerique sancti patres, ut Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus: Et permulti doctores Scholastici, uelut Thomas, Albertus, Bonauentura, &c. Quos utique quotidie persoluisse horas Canonicas, satis manifeste constat, ex religiosa eorum conuersatione atque timore Dei, Ego sane, qui heu nimium frigidus sum in deuotione & cultu Dei, oculisque debilis, ac uarijs senectæ incommodis grauatus: quamuis laboribus multis & diuersis implicatus, præsertim in scribendis & ædendis contra hæreticos libris: nolle tamen desidiose aut sponte, ullo die horas consuetas, atque etiam horas de Domina & de S. Cruce, una cum accessu & recessu (ut uocant) altaris omittere. Quis ergo suspicetur de sanctissimis patribus talem orandi negligentiam, ut horas omitterent Canonicas, qui procul dubio alias quoque non paucas orationes dicere soliti fuerunt, sicut grauisissimi uiri, Paulinus de S. Ambrosio, Sulpitius Seuerus de S. Martino, alijque de alijs, ueridica relatione testati sunt.

*De oblatione sacerdotum in Missa,
Caput VIII.*



E hæc petulantissime per contemptum irridet & seurratur sacerdos iste abnegatus & Apostata, longe nimirum sceleratius, quam facere posset ullus Mameluchus aut Turca: Proinde non uidetur mihi uel necessarium uel operæ precium, procacibus eius calumnijs & irrisionibus opponere operoso studio scripturas aut rationes. Nam et ipse nudas et ludicras, ad excitandum peruersis & fide uacuis leues & inconditos cachinnos, proponit argutias et similitudines, quas apud ueros Christianos recitare, confutare est. Ait ergo.

Novum esse figmentum, quod ab initio mundi usque nunquam fuerit auditum, quam hoc anno 1548. Augustæ, nempe, quod omnes homines sacerdotes, gratiam Dei & uirtutem atque fructum æterni sacrificij in cruce peracti, per Papistici sacerdotis confictum sacrificium debeant consequi, & ad se trahere.

Addit:

Addit: Hanc quidem sententiam sæpe à nobis repeti, sed ne uno quidem scripturæ uerbo probari aut ostendi.

Addit & hanc calumniam:

Nos nullum habere fundamētum melius, quàm mentiri contra scripturā, quàm falsificare dicta patrū, quàm noua et friuola effingere cōmenta.

Et in risum atq; opprobrium nostri, apud Laicos suos ludicram affingit hanc similitudinem.

Quasi plantauerit Deus Pater arborem uitæ, Christum saluatorem nostrū, in coelesti Paradyso ad dexterā suā, sed nos huius arboris poma consequi non posse, nisi sacrificans sacerdos (quem contemptibiliter Teuthonice, *Opferpfaf*, agnominat) ea decerpit, ac inde ad nos deportet, atq; pro pecunia uendat.

Quid opus est, quæso, ad has contra sacerdotes hostiliter confictas malignitates prolixè respondere? Laici eius rident, & Apostata huic contra sacerdotes omnia credunt, ac nostra legere contemnūt: Sicut crediderūt olim Pagani Apostatae Iuliano, quicquid contra Christianos ingeniose atq; diserte scripsit, Cuius calumnias operose ac prolixè cōfutauit post multos annos S. Cyrillus, Doctissimus Alexandria Patriarcha: Interea tamen ille scriptis suis occupauit & peruertit, et in Gentilium erroribus confirmauit, plurimorū corda Paganorū. Sic & Aman iste noster ac impius Apostata, ita præoccupat nouo hoc contra INTERIM scripto suo, subuersorū iam pridem crebris eius per tot annos concionibus Laicorū corda, sensusq; omnes effascinat (sicut Galatis olim contigisse querebatur Paulus) ut neq; aperta libidinis & auaritiæ uitia scandalosamq; uitam eius cōsyderent, neq; technas & calumnias eius animaduertant. Galat. 3. Ut non minus uere quàm dolenter, cū Paulo ipsis dicere possimus: O insensati Galatæ, quis uos effascinate fascinauit non obedire ueritati? Ante quorū oculos Christus Iesus plebes. proscriptus est, & in uobis crucifixus. An non est ita? Proh dolor ita est, & iam diu ita fuit. Ita enim proscriptus est ante oculos eorū Christus Iesus, ut neq; patiatur eū in Missa uel offerri Deo patri, uel more pristino eleuari, et in compunctionē cordis, aut in gratiarū actionem et laudē ipsius deuoto (ut olim) populo à sacrificante sacerdote ostendi: neq; permittant eū uel in Ecclesiarū Ciborijs uenerabiliter more maiorum seruari, uel in processione aut circuitu deuote, accensis in honorem eius Cereis, circumferri, uel per plateas ad infirmos deportari: neq; credant eū substantialiter in uenerabili Sacramento corpore et sanguine per Trāsubstantiationē (quam negāt et blasphemāt) adesse: neq; uerbis consecrationis per os sacerdotis cōfici aut offerri. Cumq; in heresi et schismate cōstituti, eū per gratiam ueramq; fidem & charitatem adesse non credant, miror equidem, si non sit totus et per omnia simpliciter atq; uerissime, ante oculos eorum proscriptus.

Quandoquidem & Imagines eius siue Crucifixi siue nati, aut passi aut resurgentis, non æquis oculis intuentur, quas Concionator iste in scelus & Idolatriam imputat, si uenerabiliter inspiciantur.

Missæ, cruentæ oblationis commemoratio est.

Matth. 16.

1. Cor. 11.

Heb. 9.

Heb. 13.

Heb. 5.

Ne quis autem suspicetur illusionibus supra istis commemoratis inesse aliquid ueri, opponam eis breuiter aliquot scripturæ testimonia, quibus earum falsitas conuincatur. Certe Christus ipse iubet ita fieri, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Quemadmodum & mulieris pium comprobauit factum, murmurantibus discipulis dicens inter cætera sic: Amen dico uobis, Vbicunq; prædicatum fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriam eius. Quod autem hæc memoria fieri debeat in altari per sacerdotem, in commemorationem cruentæ illius oblationis, quæ à Christo in cruce semel peracta est per mortem, Paulus ad Corinthios apertius declarat, ubi commemorationem hanc de annuncianda morte Domini interpretatur, quæ semel facta est. Et adhuc apertius declarat hoc ipsum in epistola ad Hebræos, sic dicens: Christus per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Item, Non enim in manufactis sanctis introiuit Iesus exemplaria uerorum, sed in ipsum cælum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis. Cruenta igitur oblatione, oblatus est semel in cruce: Incruenta autem offertur quotidie in altari, in memoriam illius cruentæ. Vnde & incruenta uirtutem accipit. Nec mirum, una enim eadēq; substantia est, quæ & in cruce oblata fuit, & in altari quotidie offertur. Nam Iesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula. Et merito à sacerdote peragitur potius, quàm à Laicis huiusmodi oblatio, sicut clarissime testatur ac docet Paulus in eadem epistola. Est enim minister Dei, ex hominibus assumptus, & pro hominibus legitima ordinatione & consecratione constitutus, ut offerat dona et sacrificia pro peccatis. Nec ullum est in tota scriptura uerbum, quod hoc ei prohibeat. Si ergo Deus non prohibet, quis est Apostata iste, ut prohibendi ius aut facultatem habeat? & supra Deum per hoc seipsum constituat, quasi nouus Deus, cui obedire in hoc debeant Papa, Imperator, Concilia & uniuersa Ecclesia Christi, ne permittant sacerdoti, in altari pro hominibus offerre.

De

De Inuocatione sanctorum, Cap. IX.

DE hac iam pridem alijs respondi eiusdem farinae hæreticis, & nouissime Phil. Melanthoni nuper in consimili contra INTERIM scripto, ad eadem fere argumēta, quæ hic repetuntur. Quid enim scit aut habet superbus Concionator iste, quod ex Vuittenberga non acceperit? Quoniam uero popularior est, et ad Laicos fallēdos & subuertēdos, præsertim plebeios & sedentarios artifices, accōmodatior, repetenda mihi sunt succincte hic eius argumenta. Ait igitur primo sic. *Inuocatio sanctorū hūc primo habet defectum, quod eam Deus non præcepit, nec ullum de ea uerbum manifestauit, ideo ex fide procedere non potest. Quare peccatum est, & acceptari non debet.* Respondeo. Esto, quod eam Deus non præcepit, sicut iste dicit: Sed tñ dignus interim est Argumentator iste Lutherico illo responso, quod Carolstadio datum fuit. Dic Christus & Animicida, ubi prohibuit eā Deus? Quomodo audes prohibere, quod non prohibuit Deus? Esto præterea, quod eam non præcepit ad literam, an non potuit eam præcipere per Spiritū sanctū, sine literalī uerbo per diuinū instinctū? Non enim uos estis (inquit Christus ad discipulos suos) qui loquitur, sed Spiritus Patris uestri, qui loquitur in uobis. Multa in super alia per anni circulū obseruat Ecclesia, quæ scripta nō sunt in nouo Testamēto, ut sunt dies festi, dies Ieiuniorū, dies Aduētus, Quadragesima, Natalis Dñi, Pascha, Pentecoste, etc. Quid ergo? Nunquid hæc oīa abolenda et reijcienda sunt, uelut peccata aut supersticiosa instituta, quia in sacris literis non sunt scripta? Vbi scripta habet hæc impiorū Ecclesiæ hostiū sententia: Certe Lutherus ipse, cū de Anabaptistis scriberet, longe aliā ptulit sententiā, Nempe, ut nō minus factis et operibus Dei, quæ eius uerbis aut scripturis credēdū sit: nec abolendū esse in Ecclesia quicquid, quod ille abolere nō præcipit, eō, quod non omnia quæ fieri aut seruari debent, scripta habeantur. Sicut igitur de Baptismo paruulorū concludit ille, ita potest pari ratione cōcludi de Inuocatione sanctorū, etiam secundū Lutheranos, quod aboleri nō debeat, quia Deus eā non permisisset tam diu in Ecclesia fieri, si eā reprobaret aut habere nolleret: Quia nō minus facta, quæ uerba Dei autēdenda sint. Nos quidē Lutheri (quæ propter doctrinæ suæ inconstantiam, iam olim Septicipitē dixi & ostēdi) uerbis aut sententijs nō in nitimur aut cōfidimus, sed firmiter credimus Ecclesiæ, & eius authoritati reuerēter cedimus atque deferimus, uelut colūne & fundamēto ueritatis, sicut Christus in Euangelio, et Paulus in Epistolis suis præcipit nobis. Et cōfidenter dicimus Anathema omnibus, qui nobis aliud Euangeliū prædicant præter id quod accepimus, etiā si Angelus de cælo id attentaret. Quāto magis Anathema nobis esse debet, iste ter perfidus ueri sacerdotij abnegator ac Trigamus Apostata: Cuius stylus & lingua heresim, uita & caro superbiā auaritiāque & libidinem ubique spirant. Ait secundo. Non

Luth. contra
celest. propheta
tas lib. 1.

Matth. 10.
Multa cre-
dimus et te-
nemus,
quæ non
sunt scripta
explicite.

Luth. contra
Anabaptistas

1. Tim. 3.
Matth. 18.
2. Tess. 2.
Galat. 1.

Nō sciūt sancti nostras cogitationes et orationes: Hoc n. solius Dei est.

1. Reg. 16. Respondeo. Solius quidem Dei est, intueri cor, & scrutari renes & Hier. 17. corda, ut supra quoq; dictum est: Nulla tamen scriptura dicit, Deum Matth. 11. nō posse reuelare sanctis suis cogitationes & orationes nostras. Sicut ergo nemo nouit Filium nisi Pater, neq; Patrē quis nouit nisi Filius, & cui uoluerit Filius reuelare: Ita & Pater aut Filius in cœlo poterit sanctis suis reuelare cogitationes & orationes nostras, laudes itē & uenerationes atq; inuocationes nostras, siue per seipsum, siue per Angelos suos, siue per alios in cœlo sanctos suos: ut nō abscidatur omne prorsus cōmercium (sicut facere conantur nouæ nūc sectæ) inter sanctos in cœlo & fideles in terra. Lex enim charitatis & amicitiae hoc non permittit. Cum sint igitur unius & eiusdem Ecclesiae piæ matris filij, unius & eiusdē corporis Christi membra, licet melius & beatius habeant in triumphate, quàm in militante Ecclesia: Requirit utiq; lex charitatis (quæ teste Paulo per mortē non excidit) ut non sit schisma in corpore (non mea, sed Pauli sunt hæc uerba) sed in id ipsum pro inuicem sollicita sint mēbra. Et si quid patitur unū membrū, compatiantur omnia membra: Siue gloriatur unū membrū, congaudeāt omnia mēbra. Ita & Petrus ad fideles Christi dixit: Certus sum, quod uelox est depositio tabernaculi mei, secundū quod et Dominus noster Iesus Christus significauit mihi: Dabo autē operā, et frequenter habere uos post obitū meū, ut horū omnium memoriā faciatis. Immanissimus est igitur contra scripturā & omnem charitatē iste sectarū error, quo sic præcidunt omnia commercia & officia charitatis & piæ in Christo coniunctionis, inter unius & eiusdē corporis Christi membra, quasi inter ea, extincta per mortē charitate, schisma sit, & talis diuisio, qualem in Euangelio dicit inter beatos et damnatos pater Abraham. Sic enim ait ad diuitē, qui sepultus erat in inferno: In his omnibus internos & uos Chaos magnū firmatū est, ut hi qui uolunt hinc trāsire ad uos, nō possint, neq; inde huc trāsmeare. Ait Tertio. Si scirent orationes nostras, scribēt quoq; uoluntatē Dei, quid facere aut omittere uelit: Idcirco nō possunt pro nobis orare. Si n. uult facere, non opus est ut orēt ipsi. Respondeo. Neq; in scripturis, neq; in Rhetorica aut Dialectica, habetur indoctū & improbū hoc argumentū. Qua enim consequentia necessario sequitur, ut sciant sancti in cœlo protinus uolūtatem Dei, quid facere uelit aut nolit, si sciāt orationes nostras: Quis enim nouit sensum Domini, aut quis Consiliarius eius fuit: inquit post Prophetā Esa. 40. Apostolus. Nunquid propter indoctū hoc argumentū superbi heretici, eradi debent ex scriptura hæc Apostoli uerba: O altitudo diuitiarū, sapientiæ & sciētiae Dei, quàm incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius: Alij autē Lutherani Auguste in Colloquio non multo prudentius concedebant nobis, sanctos quidem pro nobis orare posse, sed nos eos inuocare non debere: Quoniam & hoc falsum est, & in scripturis nusquam habetur. Ait Quarto. Si

Commerci-
um chari-
tatis inter
Christia-
nos in cœ-
lo et in ter-
ra.

1. Co. 12. Et 13.

2. Pet. 1.

Luc. 16.

Sophisticū
argumen-
tum

Esa. 40.

Rom. 11.

Si debeant sancti per sua merita exaudiri, forent mediatores inter Deum & homines: Hoc autem soli Christo conuenit. Essent & dii, quia mediatorem inter Deum & homines, oportet ipsum quoque Deum esse et hominem. At hoc quoque tenderet ad horredissimam Idolatriam, et abnegationem Mediatoris. Respondeo primum quidem, quod iste argumētator hic loquitur sine scripturis ex proprio capite, ideo ex propria ipsius sententia reijci ac reprobare potest. Deinde, quod unus quidem mediator est Christus per redemptionem, ut ait Apostolus, quia Deus & homo est, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus: At nulla prohibet scriptura, plures esse mediatores inter Deum & homines per intercessionem, ad impetrandum à Deo gratiam, aut ad placandum iram Dei, & ad deprecandum & auertendum diuinæ ultionis iudicium. Sic Abraham fuit mediator inter Deū & Quinq; ciuitates Sodomitarū, quem & Deus exaudire uolebat, si uel decem iusti inter tot peccatores reperiri potuissent. Sic Moyses mediator erat inter Deū & filios Israël, non solum ut inter-nuncius, qui causas & necessitates populi referret ad Deū, & Dei responsa atq; præcepta ad populum, sed etiam ut intercessor, placator ac deprecator: Adeo quidem ualidus, ut ira Dei sæpe in uniuersum populum desquisset, nisi Moyses pro illis intercessisset. Iratus itaq; aliquando dixit ad eū Deus: Cerno, quod populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleā eos, faciamq; te in gentē magnā. Itaq; ueraciter dixit ipsemet Moyses ad populum: Ego sequester & medius fui inter Deū & uos. Sic & frater eius Aaron summus sacerdos, cū desquirit in populum ira Dei, obtulit Thy-miama, et stans inter mortuos, ac uiuētes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Sic & post mortē suam orauerunt & intercesserunt efficaciter & ualide, Onias sacerdos & Hieremias Propheta Dei. Ad quē sane, propter nimios excessus populi sub Manasse rege Idolatra, iratus & inexorabilis factus Deus, dixit: Si steterint Moyses & Samuel corā me, nō est anima mea ad populū. Eijce illos à facie mea, & egrediātur. Sic et Paulus in naufragij periculo pro nauigantibus intercedens, à Deo exauditus fuit. Dixit enim ei Angelus illa nocte: Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere, & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecū. Erant autē in nauī animę 276. Si ergo sic intercedere potuit Paulus tā ualide in terra positus, cū esset adhuc mortalī & peccator, nunquid minus potest in cœlo à Deo coronatus, à morte & peccato iam pridem prorsus immunis? Absit. Quia sciebat, multo melius esse cum Christo, & mori esse sibi lucrum. Quomodo autem foret ei lucrum, si minus posset in cœlo, quā potuit in terra? Quid ergo poterit ad tot scripturæ locos respondere impius iste Calumniator sanctorum, qui sine scripturis uanissime blaterat, sanctos pro nobis in cœlo intercedere aut orare non posse?

Quomodo sancti sunt Mediatōres.

1. Tim. 2.

Genes. 18.

Exod. 4. et 18.

Psal. 105.

Exod. 32.

Deut. 9.

Num. 16.

2. Mach. 15.

Hiere. 15.

Act. 27.

Phil. 1.

Calumnia
in sacerdo-
tes de Pur-
gatorio.



Calumnia-
tor avarissi-
mus.

Resolu. propo-
si. 15. et 19.

Contra plebeia huius Nugatoris argumenta, quæ no-
bis sine scripturis tumide ab eo inflatis buccis obiici-
untur, multa habemus ex scripturis præsidia, quæ iam
olim et à me, et ab alijs in lucem producta sunt de Pur-
gatorio, ad quæ ille hæctenus nihil omnino respon-
dit. Neque curat adhuc, quid de hoc sentiant aut scri-
bant docti homines, quia sufficit sibi, persuasum iam esse Laicis suis,
affirmari à sacerdotibus & Monachis Purgatoriū, solummodo per
auaritiā propter pecunias et cōmoda propria, si per assertū Purga-
toriū possint recuperare Missas pro defunctis. Vnde factū est, ut in
ea Imperij præclara ciuitate, ubi iste prædicat, omne studiū & suffra-
gium pro animabus defunctorū, eius scelestā fascinatione, abolitum
sit iam pridem: cum antea uix alia fuerit pro iuuandis animabus uel
largior in Eleemosynis, uel frequentior ac studiosior in precibus &
oblationibus. Trahit ipse populū in hunc errorē maxime hoc argu-
mento, quod dicit Purgatoriū cōfingi, per auaritiā Ecclesiasticorū.
Cū interim sit ipse omnium avarissimus, qui ut diuitias sibi pararet,
cum esset ex patrimonio quouis Iro aut Codro pauperior, scelerate
multiplicauit nuptias, ducens uxores uiduas opulentiores, unam post
aliam. Et antiquū atque cōsuetū prædicandi stipendium, extorsit im-
proba discedendi simulatione, ad augeri sibi noua auctione nō solum
in duplo, sed etiā in triplo aut quadruplo, ut iam in Millibus aureo-
rū argenteisque, & de auratis poculis atque etiam aureis catheris & tor-
quibus (quod & de Bucero dicitur) certare possit etiam cū opulentis
ciuibus. Nō opus est igitur, multis hicuti de Purgatorio probatio-
nibus uel ex scripturis, uel ex libris sanctorū et antiquorū patrū, quia
Laicalia eius argumenta, quibus antiquam Ecclesiæ pietatē erga de-
functos irridet atque calumniatur, cæco plebis (quæ eum pro illumi-
nato Doctore habet, licet ille neque Magister in artibus, neque Doctor
in Theologia, aut in ulla alia facultate existat) iudicio pro certissimis
habentur demonstrationibus. Respondeant saltem ipse & Laici eius
increduli de Purgatorio, Lutheri (noui Euangelij sui authoris) argu-
mentis, quibus usus est olim, nō solum contra Pighardos, cū esset ad-
huc Catholicus: Verū etiā ipsi, quibus usus est in Resolutionibus suis,
et in Disputatione Lipsica, quando appingebatur imagini eius colū-
ba ad aurē dexteram, tanquā signū Spiritus sancti: Quin etiam ipsi, qui-
bus usus est in articulorū suorū, quos Papa Leo X. dānauerat, furiosa
& hostili assertionē, quādo iam manifeste rebellis erat Ecclesiæ de-
sertor, ut nemo possit ullo excusationis prætextu dicere, eū tunc ex re-
uerentiā aut timore Papæ aliter scripsisse, quā in corde senserit,
cum

eum Papam cōuitiosissime multis ibi palam insectaretur pr obris & iniurijs. Respondeant igitur ad hæc ibi Lutheri sui uerba, si possunt. Credo (inquit) Purgatorium esse, & consulo suadeoq̄ credendum, sed neminem uolo cogi. Et in disputatione contra D. Ioan. Eckium habita: Ego (inquit) qui credo fortiter, immo ausim dicere, scio, Purgatorium esse, facile persuadeo in scripturis de eo mentionē fieri. Contra hæc Lutheri uerba dicit iste Concionator illius discipulus,

Luth. in asserti
art. 37.

Quod ex e mentito Purgatorio, sequantur istæ abominationes & blasphemia. Primo, quod Pater & Filius & Spiritus sanctus, qui in cordibus fidelium habitant sicut in templo suo, non sint tam fortes & sancti, ut reliquias peccatorum, quæ adhaerent adhuc illi templo, etiam per mortem Christi, possint expurgare, sed oporteat sanctæ Trinitati & morti Christi auxilium præstare infernalem ignem, ad plene expurganda peccata. Deinde, quod oporteat hoc modo Christum unâ cum sancto templo suo pariter in Purgatorium descendere: Nec tam potens sit mors Christi cum omni uirtute & potentia sua, ut eam pœnam possit compensare, persolvere ac finire: sed oporteat infernalem ignem adiuuare mortem Christi, in qua nos morimur, ut sit melior uirga, qua paterna uoluntas puerum corrigat, & iram Dei placare possit, quàm mors Christi, in qua nos patimur et morimur. Item, quod habeant Diabolum pro Deo quodam, qui infernali igni plus uirtutis, potentia & bonæ operationis tribuunt, quàm sanctæ Trinitati & saluberrimæ morti Christi. Ad hæc, quod Deum pariter cum templo suo fidelium animarum, in ignem infernalem projiciunt, eumq̄ sic Diabolo subiiciunt. Hæc iste Calumniator.

Scutritia
argumēta.

Calumniæ.

Non te misereat, Pijssime Imperator, populum antea deuotum & ciuitatem Maiestatis tuæ hactenus obseruantissimam, tam nequiter & maligne, per tam futes & absurdas illationes & calumnias, à sceleratissimo impostore isto, tota exui Ecclesiæ fide, & in odium Maiestatis tuæ, omniumq̄ Catholicorum seditiose concitari: Quis nostrum, obsecro, propter Purgatorium detrahit S. Trinitati? quis morti Christi? Quis Diabolum pro Deo habet? Quis Purgatorium uocat ignem infernalem? Quæ scriptura sic loquitur? Nunquid mors Christi sic tollit à Deo & iudice Christo omnem iustitiam, ut non liceat ei in mortuis ullum punire peccatum, & dare unicuiq̄ secundum opera eius? Audiatur saltem Lutherum, qui aperte dicit, quod oporteat puniri peccata, siue hoc faciat Deus, siue Ecclesia, siue homo aut peccator in seipso puniat. Nunquid Christus tam graues pro nostris peccatis sustinuit pœnas, ut nos impune peccemus? Est quidem Christus (ut inquit Ioannes) propitiatio pro peccatis nostris, sed non tantum pro nostris, sed etiam pro totius mundi peccatis. Non saluatur tamen per eam mortem totus mundus, sed manet uera hæc

Luth. in asserti
artic. 5.

1. Ioan. 2.

Christi

Matth. 22. Christi sententia: Multi sunt uocati, pauci uero electi. Item, Et proce-
Ioan. 5. dent qui bona fecerunt in uitam æternam: qui uero mala, in ignem
 æternum. Non enim cæcus est iudex, ut sine operum respectu (quod
Matth. 7. impiissime dicunt ac docent Lutherani) indifferenter omnes per
 solam mortem Christi saluet. Sed dicet male operantibus, etiam ijs
 qui tantam habuerunt fidem, ut dicerent: Domine Domine, nonne
Gal. 5. in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eieci-
 mus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Discedite à me om-
 nes, qui operamini iniquitatem. Non saluantur igitur Christiani per
1. Tim. 2. solam fidem, nec per solam mortem Christi, sed per fidem, quæ per
 dilectionem operatur, ut Paulus docet. Quanquam mors Christi
Heb. 9. secundum se sufficiens sit precium, pro omnium hominum redem-
Rom. 2. ptione. Christus enim dedit redemptionem semetipsum pro omni-
 bus. Et semel oblatus est, ad multorum exhaurienda pec-
 cata. Manet nihilominus iustus iudex, ut red-
 dat unicuique iuxta opera sua.

*De reliquis seditiosi Concionatoris ca-
 lumnijs, Caput XI.*



Demum repetit per Epilogum supradicta sua falsa
 & impia dogmata, quæ pro Euangelio uendit,
 & calumniatur Ecclesiæ instituta, quæ Maiestas
 Cæsar tua in publica Ordinatione (INT E-
 RIM dicta) commendat, approbat & seruanda
 præcipit: ac superbissima censura sua seditiose per-
 stringit ac repræhendit inclytum Senatam illius ciuitatis, quod obe-
 denter eam Ordinationem à Maiestate tua, tanquam à superiori
Rom. 13. potestate, iuxta Pauli doctrinam acceptauerit, ne diuinæ ordina-
 tionis resisteret, si potestati tuæ resistere auderet. Ait ergo.

Crimina-
 tio propter
 acceptatū
 librū Cæs.
 Maiestatis.

Procul dubio impugnabuntur omnes istæ abominationes per
 doctos homines, non solum in Germania, sed etiam in omnibus alijs Na-
 tionibus, ad quas bonus odor sancti Euangelij peruenit. Atq; ita re-
 uelabuntur & confutabuntur, ut omnibus ijs, qui post agnitam ueri-
 tatem eas iterum acceptant, indelebilem infamiam & contume-
 liam sint allaturæ. Et ubi nunc magnum periculum ingensque timor
 prætenditur, id omne ad grauius & intolerabilius iudicium eue-
 met. Si enim temporale damnum, quod nobis inferre possunt homines
 (qui nobis hæcenus hanc ob rem nihil mali fecerunt) tam uehemen-
 ter timemus; multo certe iustius temporale ac sempiternum dam-
 num,

num, quod nobis Deus per incommutabile uerbum suum ab initio mundi usque minatus est, multo magis timere deberemus. Quanto enim magis timentur homines, tanto magis testificatur, quod bene sciatur, Deum multo magis timendum esse: Qui & profecto huiusmodi abominationes, si ad perturbandas & perdendas conscientias, pro quibus mortuus est Christus, iterum institui debeant, non dimittet impunitas abire.

Deinde aliquanto acrius & apertius reprehendit Senatū, dicens: Cauillatio-
nes seditio-
sæ contra

Ultra hæc omnia magis ac magis timendum est terribile Dei iudicium, quod iam accidit, quod peccatis peccata punit, & hostes suos Cæsarem. semper ab uno peccato in aliud cadere permittit. Non enim leue peccatum est, quod consensus est in Concilium Tridentinū, antequam sciretur, quid nam conclusurum esset. Immo, ubi non habebatur ulla coniectura, quod recte conclusurum esset, sed iam præ oculis erat, quod confirmaret errores, quos ipsum INTERIM met reprehendit. Deinde Cæs. Maiestati soli commissum est INTERIM, atque ita nostri sunt exclusi, & ab eo repulsi: cum tamen non sit Maiestatis eius uocationis, officij atque intellectus. Vltimus consensus est in INTERIM, cum tamen conscientia eorum, qui consenserunt, contra illud clamet: ita, ut remittere non possint. Quod non longe abest à peccato in Spiritum sanctum, quod in æternum non remittetur. Et timendum est, ne Sathan urgeat super consensum, nullam euasione[m] admittat, sed ad hoc compellat, ut consensus reipsa & opere compleatur. Ex hoc consequetur, ut priuatas personas, quæ in pura confessione Filij Dei permanent, & has abominationes non acceptant, oporteat coadiuuando persequi, effugare, captiuare, & hostibus tradere, atque ita Filium Dei uiui in suis membris persequi, pedibus calcare ac interficere. Quibus sane superinducetur illa maledictio, quod uerbum Dei semel sic repulsum, nunquam concedetur iterum, aut reuertetur. Nullus enim Concionator probus, poterit propter restitutionem huiusmodi abominationum remanere. Si enim tacuerit ad eas, ipse Diaboli erit: Si autem contra eas prædicauerit, timendum erit, ne inde orientur seditiones: Quæ sane utraq[ue] intolerabilia sunt. Quare diligenter considerandum est, quid faciendum sit, & reuertatur quicumque reuerti potest, antequam ira Dei finaliter insurgat. Securus enim ad arborem posita est.

Hiscè minis cupit absterrere & à debita Maiestati tuæ obedientia retrahere Senatū. Ac tandem in hæc uerba concludit.

Cæs. Maiestati omnis præstanda est obedientia, quæ contra Deum Consilium
contra IN-
TERIM non est. Non enim ipsius Maiestas est, quæ hanc causam agit. Innocenter enim uenit in hanc causam, quæ ei nimis alta est: Princeps huius mundi,

mundi, & eius Antichristus cum omnibus membris suis, agunt hanc causam, & pessima intendunt. Ideo directe per Spiritum Dei uerbo Dei obuiandum est ei, & in faciem resistere, mendacia, Idolatrias, blasphemias eius detegere, confutare, confundere. Quod si Status Imperij, qui cum INTERIM grauantur, neq; congregatim neq; singularim, id facere uoluerint, aut facere non confidunt, saltem non impediant, sed promoueant, ut docti nonnulli, qui facere possent & libenter facerent, per Typographiam in mundum proferant, ut hostis confundatur, & ueritas honoretur.

Hæc Concionator iste, Cæsar, contra inhibitionem tuam publicam, qua Imperiali autoritate Augustæ prohibuisti publice, ne quis audeat contra INTERIM, id est, Ordinationem tuam, aliquid scribere aut euulgare. Probe intelliget Maiestas tua, quoniam tendant huius Cōsultoris & Censoris uerba, ad quæ breuiter hoc libello respondi. Maiest. tua clemēter, oro, accipiat, et pie ac sapienter prouideat, uelut perpetuus Dictator, ne quid detrimenti Respub. per tam rebelles & seditiosos scriptores & Concionatores, grauius quàm antea unquam, irrecuperabiliter patiatur.

FINIS PRIMAE PARTIS

Appendicis.

PARS

PARS ALTERA

APPENDICIS, DE EXCVSATIONE

PHILIPPI MELANTHONIS, ADVERSVS

Clamores Flacj Illyrici, & contra calumnias Magdeburgensium.

CLARISSIMO VIRO

ET MAGNIFICO DOMINO MA-

THIAE HELD. I. V. DOCTORI, AC SACRAE

Cæsareae Maiestatis Consiliario, & olim Vice

Cancellario, Ioannes Cochleus

S. P. D.



Arbitror equidem per paucos esse inter Germanos, qui-
 bus Lutherana hæresis & seditiosa factio minus pla-
 cuerit mox ab initio, quàm Magnificentia tua, quæ
 & Iuris utriusq; studijs insigniter instructa ac præ-
 munita, periculosi hominis, audacis iuxta & maligni,
 atq; per superbiam de ingenio & eruditione inflati, ac Sathanae proinde
 in potestatem traditi, tanq; ei, qui est Rex super omnes filios superbiæ
 (ut habet liber Iob) statim intellexit, adiuta historijs & longa rerum
 experientia, quoniam tenderent ferocis & inflati Apostatæ conatus:
 De quibus & ipsa Cæsarea Maiestas in tempore præmonuit nos mi-
 seros Germanos, in Edicto suo Vuormaciensi. Quàm & religiose
 atq; deuote tunc admonuit de dolis & erroribus istius hominis, Doctissi-
 mus & acutissimus Iurisconsultus & Theologus, Ambrosius Catha-
 rinus Senensis Quinq; librís, atq; etiam de impijs & uolentis ausibus
 eius, in comburendo Iure Canonico librís Quatuor, ante annos plus
 minus Triginta. Quàm infœliciter autem cesserit nobis Tragicus iste
 furentis Apostatæ ludus, cõmemorauit ego in Commentarijs de Actis
 & Scriptis Lutheri, nuper æditis. Quoniam uero seditiones & re-
 belliones multorum Germaniæ populorum, tot cladibus & aduersis suc-
 cessibus funestatæ, nondum sunt plene sedatæ & extinctæ: uisum est
 mihi è Republica & salute animarum fore, ut Egregij sex libri Do-
 ctissimi Iurisconsulti D. Conradi Bruni, De seditionibus, in lucem
 edantur:

Admonitio de Lutheri audacibus coëptis.

Iob. 41.

Ambrosius Catharinus.

Sex Libri
D. Bruni
De Sedi-
tiosis.

ædantur: hoc præsertim tempore, dum tot euolant & in publicum spar-
guntur uarij libelli seditiosorum Lutheri Complicum, contra publicæ in
Imperio authoritatis librum, quem *INTERIM* uocant. Atq; ut
recentia & uulgo iam nota apud Germanos seditionum exempla, ple-
bis & aliorum, quorum ad res nouas flagrant animi, per periculosos re-
bellium clamores excitati, salubriter absterreantur: *Appendicem Do-*
ctissimis illis D. Bruni Sex libris adijcio. Quam celeberrimo Nomini
tuo dedico, tanquam uiro sapienti & Iurisconsultissimo, atq; pure Ca-
tholico, & ueteri meo Patrono, ac singulari D. Bruni amico: Cui &
Melanthonis infœlices technæ, rebelliumq; periculosa uociferationes
non sunt incognitæ, contra quas hunc paruulum superaddo tractatum,
quem boni consulas precor. Bene uale uir Clarissime. Ex

Vratislavia, Slesie ciuitate præcipua, VI.

Idus Ianuarij, Anno Domini

M. D. L.

PARVVLVS

DE SEDITIOSIS CLAMORIBVS: 331
PARVVLVS TRACTATVS, CONTRA
INFOELICES PHILIPPI MELANTHONIS

*Technas, aliorumq; rebellium periculo-
 sas uociferationes.*



Veritur Philippus Melanthon in Querela
Phil. Mel.
 noua sua Præfatione, quam libello
 suo de Pœnitentia præfixit, quod
 Flacius quidam Illyricus calumniose
 accuset ipsum, quasi nouū Papistam
 & Lutherici Euangelij desertorem,
 qui metu Cæsaris nimis multa per-
 mittat Edicto, quod INTERIM
 uocant, contra Lutheri mentem &
 doctrinam, in Saxonix Turingixq;
 & Misnix Ecclesijs receptam. Ait Recens æ
dita Calen.
Octobris
1549.

igitur in ea Præfatione recens ædita Philippus.

Quod uero clamat Flacius Illyricus, & doctrinam mutari & resti-
 tuti Cæremonias quasdam antea abolitas, primū de doctrina respondebo.
 Palam refutat hanc calumniam, uox omnium docentium in Ecclesijs no-
 stris & in scholis. Ac ne longa aut obscura sit responsio, de uniuersa do-
 ctrina sentio quod scripsi in eo libro, qui in multorum manibus est, titulo:
 Locorum Theologicorum. Iam de rituum mutatione, quæ alicubi facta
 est, pauca respondebo. Optarim certe (inquit) in hac præsertim tanta Excusatio
Philippi.
 molestia, nulla prorsus mutatione Ecclesias turbari, ac si quæ factæ
 sunt, non sunt à me ortæ: Sed fateor me suasisse & Francis & alijs, ne
 desererēt Ecclesias propter seruitutē, quæ sine impietate sustineri posset.

Hæc Philippus. Quid autem scripserit in eum Flacius ille Illy-
 ricus Latine, nondum uidi. Adidit quidem Teuthonice aliquot
 Epistolas Lutheri, scriptas ab eo ad diuersos olim Augustæ in Co-
 mitijs Imperialibus, Anno 1530. Sed quid de ijs responderit Philip-
 pus, ignoro. Certe Lutherus in illis furiosa proteruia seditiose suasit
 suis, ne cum Cæsare alijsq; Principibus antiquæ fidei, ullam ineant
 concordiam, nisi prius admittāt & approbent uniuersam Lutherici
 Euangelij doctrinam, reiecta prorsus omni maiorum fide & obser-
 uatione, quæ ante Lutherum in Ecclesia fuit. Ait igitur ibi in quadam
 ad Philippum istum Epistola Lutherus, sicut recitat Flacius.

Nescio quid scribam, mi Philippe, de uana prorsus & inutili cura Reprehen-
sio Philip.
per Luth.
 tua, quia scio consilium meum apud te non ualere. Hoc totū euenit inde,
 quod tibi soli credis: Mibi aut̄ alijsq; credere non uis, procul dubio magno
 cum damno tuo. Ego sane ne nauici quidem facio Papistas, aut eorum
 e uij furores

furoribus & minas: si nos cadimus, cadit simul & ipse Christus, nempe Gubernator mundi. Atque etiam si ipse caderet, mallem tamen ego cum ipso cadere, quam cum Cæsare stare.

Et in alia Epistola ad eundem.

Gratia (inquit) & pax in Christo: In Christo, inquam, & non in mundo, Amen. Magnæ tuæ sollicitudini, per quam infirmaris, ut scribis, mi Philippe, ex corde inimicus sum, quod enim sic præualet in corde tuo, non magnitudinis causæ, sed magnæ incredulitatis tuæ culpa est. Nam eadem hæc causa multo maior fuit tempore Ioannis Hus, multorumque aliorum, quam est temporibus nostris. Et si æquæ magna esset, ille quoque magnus est, qui eam gerit: Non enim est nostra. Quid igitur maceras te ipsum sine intermissione?

Et rursus in alia ad eundem Epistola.

Apologia
Augustana.

Apologiam (inquit) uestram accepi, & miror quidnam uelis, quod petis scire, quid & quantum Papistis concedendum sit. Quantum ad meam attinet personam, nimis multa eis in Apologia concessa sunt. Si eam acceptare nolunt, nescio, quid amplius concedere possem, nisi uidero eorum rationes & clariores scripturas, quam hæcenus uidi.

Et iterum in alia ad eundem Epistola.

Io. Eckius
nunquam
concessit
solâ fidem
iustificare.

Quid unquam minus speraui, & quid nunc quoque adhuc minus spero, quam ut tractetur de unitate Doctrinæ? Quasi nos possimus Papatum abolere, aut doctrina nostra possit non impugnari stante Papatu. Proponit confederationes & tractatus, ut Papa permanere possit. Vult concedere & admittere, si facimus, &c. At laus Deo, quod in nihil consentis. Scribis Eckium à te coactum esse fateri, nos sola fide iustificari. Vtinam uero coëgisses eum, non mentiri amplius. Res profecto pulchra, fatetur Eckius, ex fide uenire iustitiam: Et nihilominus defendit omnes abominationes Papatu, interficit, persequitur, damnat, omnes que doctrinam de fide confitentur: Nec ullam de hoc sibi format conscientiam, sed semper ulterius progreditur. Similiter faciunt omnes aduersarij nostri. Quærite iam ulterius cum huiusmodi hominibus articulos ad faciendam pacem, & laborate tamdiu frustra, donec inueniant uspiam occasionem, qua uos opprimant. Et infra, Scribis, Episcopis concessam esse iterum obedientiam, eorum Iurisdictionem, & communes Cæremonias iterum seruare: Attamen bene prospicite, & nolite plus dare quam habetis, ne forte à nouo ad graue & periculosum certamen cogamini, ad conseruandum Euangelium, &c.

Inimicus
omnis
Christianæ
concordiæ
Lutherus.

Denique in nouissima ad Philippum illum Epistola, breuiter & summarim

summatim ita concludit. Arbitror, mi Philippe, te iam satis expertum esse, quod Christus & Belial nulla uia concordari queant, neq̄ de ulla concordia cogitandum sit, quantum ad religionem attinet. Quae de re ipsi quoq̄ Principi scripsi, quod causa nostra Cæsarem nequaquā pro Iudice ferre queat. Quid item amica citatio significauerit, bene iam uidemus. Sed causa interim fortasse longe amplius acta est, antequam literæ meæ sunt reddita: Quemadmodum & ego conijciebam, cum scriberem. Sed ego profecto pro mea persona, ne latum quidem digitum cedam, aut inuolutionem ullam institui permittam, etiamsi uitam perdere debeam: Cum ipsi usq̄ adeo pertinaciter procedant, faciat Cæsar quantum potest.

Hæc Lutheri uerba Germanice reproducit in lucem Flacius, ad concitandos turbulentę plebis, quæ seditioso adheret Lutheri Euan- tra Philip. gelio, animos aduersus Philippum istum: Quo tamen nullus ex Lutherano omnibus sectis hoc toto dissidiorũ tempore, plebibus iuxta et Princi- rum ques relæ. pibus deceptis gratior fuit. Captat, credo, contra Philippum occasiones Flacius ex astuta & dolosa moderatione eorum, qui ad com- placendum Cæsari, ut eius Edicto, quod INTERIM uocitant, utcuq̄ obedire uideantur, in externis Cæremonijs, quas Lutherus & complices eius, furioso contemptu & audacia aboleuerant, non nihil restitui curauerunt. Contra quos Flacius clamose quasdam Annotationes hisce Lutheri Epistolis adiecit: Breues quidem, sed ad rebellionem apertius Cæsari contra INTERIM accommodas. Nam tiones Fla- cij. ubi cuq̄ proteruius loquitur ad Philippũ contra Catholicos (quos Papistas uocat) Lutherus, Flacius mox adijcit in margine NOTA. Et ubi scribit Lutherus: Dominus tibi & uobis omnibus adaugeat fidem, ibi Flacius in margine addit, Hanc precatiunculam nunc maxime necessariam esse. Et ubi admonet Lutherus, ne sui ullos cum Papistis in eant tractatus, de concordandis in religione articulis: Flacius in margine addit, Nota Propheticum dictum, Et ubi ait ad Philippum Lutherus, quod satis expertus iam sit, Christum nulla uia cum Belial conuenire posse, ibi Flacius odiose adijcit hoc cauillum: Ipse nunc hoc iterũ oblitus est. Et ubi de Traditionibus carpit Sophistas Lutherus, ibi Flacius in margine addit: Hoc idem facere nunc novos Interimistas, hoc est, Philippum & socios eius.

Præmisit insuper in Præfatione causas septem, cur hæc Lutheri Epistolas hoc tempore in lucem reproduxerit. Quarum primam Septem ra- ponit, ut ueri Christiani (quos solos Lutheranos intelligit) scire tiones, Cur queant, quæ fuerit mens & sententia Lutheri de Adiaphoris, quæ æditæ sint nunc Philippus & socij eius, ad placandum & pacandum Cæsarem, Epistolæ Lutheri, admittere uidentur, contra mentem Lutheri. Secundam ponit, ut impudentia obturentur ora eorum, qui nunc ex Lutheri libris co- nantur

nantur omnes abominaciones (ut ait) Papatus comprobare.

Tertiam ponit, quod huiusmodi Epistolæ consolationum plenæ sunt, quibus Ecclesia hoc periculoso tempore maxime indigeat.

Quartam, ut intelligatur ex ijs, prudentiam de Adiaphoris seu indifferentibus aut medijs rebus, non de cælo, sed de terra esse contra pium & Christianum consilium Patris, Lutheri scilicet. Quintam, ut si Adiaphoristæ aliorum Christianorum monita facile contemnunt, huius magni saltem & preciosi Prophetæ admonitionem magni faciant, qui ipsos nunc uelut è cælo deorsum admonet.

Sextam, ut habeantur istæ Epistolæ non solum tanquam à Luthero ad Philippum scriptæ, sed etiam per Spiritum sanctum ad totam Ecclesiam à magno Propheta in admonitionem datæ. Septimam & ultimam exempli gratia positam esse affirmat, ut sicut Anno 1530. Augustæ libera fidei cõfessio prospere celsit, ac præualuit contra Diaboli, Antichristi, & Tyrannorum uoluntatem: Ita & nunc constans ueritatis cõfessio plus efficiet, quàm si ad placandum Diabolum & impios, in religione multa eis concedantur. Hæc in Prologo Flacius. In fine autem post recitatas Epistolas, ita concludit ad Lectorem. Ex his (inquit) facile intelligere potes, chare Lector,

Maledictio
in Philip.

quidnam senserit Lutherus de huiusmodi cõcordationibus Christi & Belial, ut maledici etiam bene possint nunc huiusmodi concordationes, cum authoribus suis pariter: Qui ultra alia peccata sua, id quoq; superabunde faciunt, quod sancti patris Martini Lutheri scriptis, huiusmodi falsificationes Christianæ religionis colorare uolunt.

Exules per
niciosi Ger
manix.

Hæc ibi clamose Flacius Illyricus, ut insanæ plebis ad rebellionem contra Imperatorem, Dominum & supremum Principem suum, desideria plus accendat & adaugeat. Sic facit ex alia parte malignissimus rebellionū Incentor, Ioannes Calvinus, qui ex Gallijs profugus, simplices populorum Heluetiæ & Sabaudix populos, contra INTERIM concitare non ueretur. Exules sane ingratisimi simul & perniciosissimi, sicut & Alesius Scotus, & ante paucos Guilielmus Tyndalus Anglus fuit: Quos cum tellus patria & natale solum, propter eorum errores impietatesq; & manifestas à patria suorum in religione defectiones, amplius ferre non possent, ad nos Germanos (apud quos tantas in religione discordias & nouitates, à Luthero suscitatas esse cognoscunt) confugiunt, ut plebium seductarum simplicitate abutentes, uelut certissimi Sathanæ Apostoli & satellites, sub religionis prætextu omnem à fidelibus populis obedientiam in seditiosas reclamaciones conuertant. Quis autem

Expositio
latio con
tra Exules
istos.

rogauit aut accersiuit eos? Quo iure in messem alienam falces suas immittunt? Si uerum Euangelium pure docent, cur non in patria apud suos potius, quàm apud externos uerbum salutis disseminant? An non superabundamus nos iam pridem seditiosis & impijs deser-

toribus

toribus & subuersoribus, antiquæ fidei & pietatis maiorum nostrorum, à quibus optima quæq; & religionis & disciplinæ accepimus instituta, quibus & tota Germania floruit, atq; in omnibus bonis bene habuit & profecit, antequam Lutheri nomen & Euangelium fuit in orbe auditum. Nunquid ulla societate aut familiaritate, coniunctior unquam fuit Luthero Flacius, quam Philippus? Quid opus igitur erat Flacio, eas obijcere Philippo seditiosæ confidentiæ Epistolas Lutheri? cum ex ijs probari potius queat moderatio animi in Philippo, contra audacia Lutheri cœpta, qui furiosa & Apostolica desperatione, uerbi Dei prætextu, Papam, Imperatorē, Concilium, omnesq; Reges & Principes, uno contemptu superbissime, absq; omni iure & ratione, flocci fecit, & falsis consolationibus tot Germaniæ Principes & Imperij Status atq; ciuitates, in omne malum induxit. Certe si quid prudentiæ haberet Flacius, non repro-

Iniquitas Flacij in Philippum

duxisset in lucem seditiosas illas Epistolas, in quibus tam superbe & imperiose scripsit Apostata flagitiosus Philippo, qui uitam & omnem ingenij sui gloriam in periculum posuit propter ipsum. Quid enim ualuisse, aut quantum in secta sua tam manifeste impia & seditiosa profecisset Lutherus Monachus, si non adiuuisset eum Philippus, homo doctus & legitime uxoratus? Multum profecto effecit & in scholis & in aulis Principum, stylus & ingenium Philippi, quo longe superabat Lutherum. Et apud Principes & populos non parum fauoris & authoritatis, conciliabat Philippo honestas coniugij, cum non leuis suspitio & macula denigraret famam Lutheri criminosa uita, & sacrilegum cum Moniali contra omnes leges & Canones contubernium. Quod igitur inualuit tam turpis & impia secta, non tam Luthero quam Philippo tribuendum & accepto ferendum est: Quemadmodum ego paulo ante in Philippica Septima fusius declarauit. Ingratissimi sunt igitur Philippi laboribus omnes Lutherani, quicunq; nunc uociferantur aduersus eius nouissima scripta, tanquam Lutheri Euangelio contraria. Quid enim indoctis & seditiosis suis contra INTERIM concionibus & libellis aliud quærunt aut efficiunt, nisi quod Cæsarem, Potentissimum & Victoriosissimum Principem, ad grauiorem contra rebelles uindictam prouocant & irritant: Imperij uero Principes & ciuitates in grauiora pericula præcipitare satagunt, si qui forte insanis eorum clamoribus aures & assensum præbuerint. Sicut faciunt (proh dolor) nunc imprudentissime Magdeburgenses, qui non solum se-

Secta Lutheri per Phil. inualuit.

Ingrati in Philippum Lutherani,

Imprudencia Magdeburgensiu.

ditiones libenter audiunt conciones, sed etiam huic Flacio, homini externo & alienigenæ, Amsdorfio item furenti, & id genus multis alijs insanis uociferatoribus permittunt, in urbe sua excudere & in orbem spargere maledicos contra INTERIM libellos, & uane gloriantur de persecutiōne, quam propter uerbum Dei à Cæsare se

pati

pati dicunt. Quibus profecto uehementer timeo grauissimam & Dei & Cæsaris ultionem, propter tam multa scelera, quæ à nouis Concionatoribus inducti & persuasi, cōmiserunt multis iam annis, in quibus adhuc pertinaciter persistunt, sine pœnitentia. An uero

Grauis-
sima peccata
Magde-
burgensiu.

leuia sunt peccata, tot eorum sacrilegia in omnia Monasteria utriusq; sexus, quæ in urbe illa & circum circa, ad cultum & laudem Dei, ab Ottone Primo, Magno & Religioso Imperatore, & à plerisque alijs Principibus & Episcopis sunt fundata: At non solum in Monasteria, sed etiam in omnes Ecclesias urbis & ruris sui districtus: Quinetiam in ipsam Metropolitanam Ecclesiam, sacrilegas manus extenderunt, & omnem cultum Dei, quem uelut per manus à maioribus suis acceperunt, & continua successione ultra sexcentos annos religiose obseruarunt, per hæreticos & seditiosos clamores Lutheranorum aboleuerunt & funditus extirpauerunt. Interim tamen uanissime gloriantur de uerbo Dei, per mera Lutheri sociorumq; eius

Vanissima
mendacia.

mendacia, & impudenter petunt sibi seruari libertates & priuilegia, quæ ab Ottone Primo (cuius fidei & religioni per omnia contrarij nunc existunt) olim acceperunt. Atq; ut iram Dei & hominū, usq; in finem & ultimum exterminium, sibi accersant & contra seipsum pro-uocent, falsis & odiosis calumnijs publice conqueruntur aduersus Cæsarem, Dominum & Principem suum, natura alioqui clementissimum, & singulari titulo Regem Catholicum. O quantis reos & obnoxios se fecerunt, quotidieq; adhuc faciunt, per tales clamores, criminibus læsæ Maiestatis Cæsareæ. Quid enim sunt tales eorum libelli, nisi sceleratę calumnię & seditiosa mendacia, & stulta inanum querelarum & iactantiarū figmenta, quibus & Cæsarem uelut Tyrannum incusant, & Germaniæ populos ad consimilem defectiōnem rebellionemq; sui exemplo sollicitant. Quis obsecro tam

Crimen
læsæ Maiest.

Grauis-
sima in Cæsarem ca-
lumnia.

stultus existat, ut rebellibus & perfidis, atq; in reprobum sensum per hæreticos tam barbaros & ab omni timore Dei alienos, traditis, credere uelit aut possit uere & ex animo Magdeburgensibus, quod propter uerbum Dei, apud Cæsarem ad pacem & concordiam peruenire non possint: Quasi uero Cæsar hic noster non sit Rex Christianus, sed nouus Diocletianus. Quid item aliud quàm insanum mendacium est, quod apud posteros suos excusare non possint, si uerbum Dei de sola fide iustificante, quod longo iam tempore prædicatum ipsis sit, dimitterent: & Papatum cum Missis, Vigiljs, Inuocationibus sanctorum, & alijs ritibus iterum erigerent: Quasi uero prudentiores sint ipsi, quàm p̄i Maiores eorum fuerunt, qui ultra DC. annos talia crediderunt & religiose obseruarunt, quæ & Itali, Galli & Hispani, alijsq; Christiani ipsis longe sapientiores, adhuc hodie obseruant. Quomodo autem excusabunt hæc insana & impia scelera sua apud posteros suos, quod sua sponte, ex

propria

propria malitia, sine omni rationabili causa, contra omnia maiorum suorum instituta & exempla, totam Rempublicam suam mutauerunt, & omnem bonum ordinem peruerterunt: facti propter unius hæretici tot modis publicè ac legitimè damnati falsum Euangelium, seditiosè rebelles (contra Christum, Paulum, & omnem scripturæ uerum sensum) Potestatibus sublimioribus, Papæ, Imperatori, Regi, & omnibus Principibus, atque sacri Romani Imperij Statibus, qui de Euangelio ab ipsis dissentiunt. O sapientes uiros, qui contra Maiorum suorum fidem & pietatem, Papam pro Antichristo habent, Lutherum uero (fecem & lernam omnis hæreticæ prauitatis) uenerantur ut uirum sanctum, & magnum Prophetam: propter quem in extrema pericula ponunt miseram plebem suam, quæ ui & autoritate Senatus & potentiorum ciuium, cogitur toto iam biennio & ultra, Cæsaris iustissimam secundum omnes leges ferre indignationem, & proscriptionem Bannumq; Imperiale, unde pauperes in omnem calamitatem & miseriam pertrahuntur, dum neque mercatores negociari, neque artifices ex laboribus suis quicquam lucrari, neque rustici in quotidianum forum necessaria tuto afferre possunt. Et tandem post longam pertinacemq; rebellionem, plebisq; & paruulorum famem, timere sibiipsis & toti ciuitati suæ obsidionem & ultimum exterminium, quod per tinacibus debetur hæreticis. Ita enim habet lex diuina in Deuteronomio: Si audieris in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos, Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores urbis tuæ, atque dixerunt, Eamus, ut seruiamus dijs alienis, quos ignoratis: quære sollicitè, & diligenter rei ueritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores urbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa sunt usq; ad pecora. Hæc ibi lex diuina, quæ & duriora minatur deinceps in 28. & 29. capitulis eiusdem libri. Nec leuio- ra decernit in tales lex ciuilis & humana: Quemadmodum doctissime ad longum declarat D. B R V N V S in Quinto de Hæreticis libro, ubi ex Bartholo tandem & alijs Iureconsultis summatim & breuiter sic ait. Siue igitur committendo siue omittendo delinquat uniuersitas; ciuilitè & criminaliter puniri potest: Ciuilitè, ut si læsis ad refartienda & emendanda damna condemnetur. Criminaliter, ut si aratro submittatur ciuitas: Quam pœnam Carthago passa est. Item, si Communitas ipsa Imperiali Banno subijciatur. Est igitur pœna ciuitatis uel Communitatis, quæ hæreticorum doctrinam amplectitur, aut eorum uel personas uel doctrinas fouet & defendit, ut omnibus priuilegijs ciuitatum priuetur, nec

Stulte propter Lutheri falsum Euangelium æ-

Magna stultitia.

Deut. 19. Exterminium hæreticis decretum.

Dij alieni Luth. & Zuinglius

Lib. 5. c. 16.

Pœna in hæreticam ciuitatem.

f ullum

ullum commercium ciuitatum habeat. Sede item & dignitate Episcopali priuetur, &c. Ideoq; & illud consequetur, ut ciuitas illa, hoc modo bannita & diffidata, hostis Imperij fiat, omnesq; ciues eius, ut hostes impune in personis & bonis offendi possint, sed & expelli à Principe omnes ex huiusmodi ciuitatibus possint. Postremo ciuitas uel uniuersitas hæresi infecta, etiam pœna, ultimo supplicio proportionabili, plecti possit: Ea est, ut in eam aratrum inducatur de iure ciuili.

Vana hæreticorum defensio.

Quid obsecro ad hæc tam horrenda, & tam diuino quàm humano iure decreta, dicere queat uel clamorosus Flacius uel infans Amsdorfius, aut alius quilibet hæreticus? Non solum diuina & humana iura, prohibent & puniunt huiusmodi urbes in hæresi pertinaces, sed etiam facta ipsa loquuntur & testantur, miserrime perire quoslibet seditiosos & rebelles hæreticos, qui ut præ cæteris uideantur sapientes, & in uerbo Dei eruditi, stulte & impie utrique resistunt potestati. Prostrati autem iusto Dei iudicio, pro superba rebellionem suam, incurrunt utranquè mortem, corporis uidelicet & animæ: Corporis temporalem, Animæ æternam. Iuxta illud Apostoli: Quorum finis interitus est, & gloria in confusione.

Phil. 3.

Exempla horrenda huius temporis.

Ita sane contigit his nostris temporibus, per seditiosum & plane Diabolicum Lutheri Euangelium, multis heu Millibus Rusticorum in Germania, qui in seditiones concitati, iuste occisi sunt: misere perdentes, propter nouum hoc Lutheri Euangelium, utranquè uitam, temporalem & æternam. Contigit hoc idem non paucis Nobilibus, qui noui Euangelij prætextu terrori esse uolebant, non solum imbellibus Monachis & Presbyteris, sed ipsi etiam Cæsari & Imperij Principibus. Idem contigit in Heluetijs multis Millibus Zuinglianorum, & ipsi etiam Zuinglio, qui prælijs uicti à Catholicis, iuste in peccatis suis occisi sunt. Quid item aliud consecuti sunt seditiosi Conuenæ, qui Monasteriensem in Vuestphalia urbem, amplam & arte naturaquè munitam, fraude occupantes, nouum sibi Regem creare præsumebant: Recentius deinde ac longe insignius exemplum perditionis, exhibitum uidimus in Coniuratis Ligæ Schmalcaldicæ, qui Cæsari nostro non solum resistere, sed etiam terribili apparatu minaciter bellum inferre ausi fuerunt.

Blasphemia in Euangelium.

Tot tamen ac tantis cruentæ & infandæ perditionis, & sempiternæ confusionis exemplis, nondum absterrentur audaces aliquot Saxonie populi, qui Lutheri doctrinam, impiam plane & seditiosam, Deo & hominibus odibilem, ac tot modis iam olim publice damnatam & execratam, totquè aduersis euentibus funestatam, nefanda cum blasphemiam Euangelium ac uerbum Dei dicere non uerentur. Certe non fuisset necessarium Flacio, in odium Philippi Melanthonis reproducere paucas Lutheri Epistolas, quibus

seditiosa

seditiosa pertinacia dissuadetur & prohibetur concordia, cum Papa & Imperatore omnibusque Catholicis Nationibus ineunda in fide & doctrina. Ex his enim clarius cognoscitur, eius doctrinam non à Deo esse: cum pacis, non dissensionis Deus sit, ut ait Apostolus. 1. Cor. 14. Sed à Diabolo potius, qui homicida erat mox ab initio, mendaxque Ioan. 8. & pater eius: ut iure ac uere possit Flacio & consimilibus pacis & concordie clamoris hostibus, exprobrari illud ex uero Euangelio uerbum Christi: Vos ex patre Diabolo estis, & desideria patris uestri uultis facere. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit: Ecclesia autem columna & fundamentum est ueritatis, à cuius pace & unitate cunctos homines separare desiderant, misere excæcati & à Dæmonijs obsessi Lutherani, tanquam gentes dissipatæ, quæ bella uolunt, ne uideantur degeneres filij Lutheri. De quo ante annos plus minus Triginta, publicè in Edicto Vuormatiensi hanc tulit sententiam Cæsar noster: Hic unus, non homo, sed Diabolus ipse, sub hominis specie, ad perniciem humani generis, assumpta Monachi cuculla, quam plurimorum hæreticorum damnatissimas hæreses, iamdiu sepultas, in unam sentinam congescit, fidem ueram prorsus destruit, sub libertatis specie, Diaboli iugum & seruitutem inducit, & sub Euangelicæ professionis nomine, omnem Euangelicam pacem & charitatem, omnemque rerum ordinem, & pulcherrimam denique totius Ecclesiæ faciem inuertere, labefactare, & penitus pessundare molitur.

Hanc Cæsaris sententiam, ex instinctu Spiritus ueritatis dictatam (iuxta illud Salomonis: Diuinitio in labijs Regis.) & ipso rerum euentu per annos iam Triginta comprobata, sero impugnare nunc audent seditiosis uociferationibus & libellis, leuissimi homines, uagi & profugi super terram, ut Cain: Quibus misere decepta ciuitas Magdeburgensis, periculosissime suam Rempublicam & salutem talibus flebili temeritate & imprudentia credit. Cui uehementer timeo, ne propediem ex Christiana compassione dicatur ei, sicut Pragæ olim, post Hulsiticas clades dixit Henricus Torkius, Canonicus Magdeburgensis: Compatimur tibi, o Praga, uidentes quid nunc es. Tune es illa famosissima, maximis & potentissimis ciuitatibus connumerata, uix paucis (si tamen aliquibus) secunda, multis prior in donis, maior in Imperio: &c.

Queritur Philippus, Flacium sibi etiam gladios minari. At si quid sani cerebri restaret in hoc seditionum Incentore, intelligeret profecto, inter omnes Lutheranos neminem grauius impugnasse Calumnia Flacij in Philippo, INTERIM, & Saxonie populos in Lutheri doctrina & hæresi astutius & subtilius confirmasse, atque ad rebellandum de nouo Imperatori animasse, quam fecit ipse Philippus, qui utique pri-

mus & principalis Censor de INTERIM, à nouo Electorē delectus, & in consiliū adhibitus fuit: Qui procul dubio apud omnes Lutheranos Saxoniae Misniaeque & Turingiae populos, contra INTERIM longe efficacius egit, quam egerunt omnes alij Lutheri defensores, quantumuis clamosi & aperte seditiosi, Id quod ego in Septima Philippica clarius ad longum detexi.

Fraudulenta Phil. astutia.
 Addam tamen hic in piam & fidelem simpliciorum Luthericae sectae & rebellionis populorum admonitionem, quod Philippus iste ita caute & astute impugnat pacificam Caesaris ordinationem, quae INTERIM dicitur, ut non solum doctrinam & partem Lutheri, strenue contra Catholicos & antiquos Ecclesiae ritus defendat & promoueat, in Caesaris & Regis aliorumque Principum adhuc Catholicorum odium & inuidiam: sed etiam in nequissimam fraudem noui Electoris Saxoniae, qui in cordibus Lutheranorum exosus est propter depositum Electorem antiquum. Inuidiosior autem factus est propter fraudulentum commentum Adia phororum, quibus debeat nouus Elector fucum facere Caesari, quasi obediens sit eius ordinationi, quae INTERIM dicitur: Cum tamen reuera in praecipuis de fide & religione punctis, per omnia seruet haeresim & errores Lutheri, in omnibus suae ditionis Ecclesijs. Verbi gratia, De Baptismo non minus sub nouo, quam sub antiquo Electore, seruetur ubique in Ecclesijs Vuittenbergae, Torgauiae, Zuicauiuae, & alijs oppidis, quae Caesar ademit deposito, & nouo donauit Electori, Lutherica forma, quae reuocat Exorcismos & Vnctiones olei sancti & Chrismatis, caeterosque ritus antiquos, quibus Ecclesia tot iam saeculis religiose usa est. De Sacramento Eucharistiae nihil prorsus mutatur ex omnibus impietatibus, quae per Lutherum sunt introductae. Fiunt Missae sine sacro Canone, negatur oblatio & Transsubstantiatio, tollitur & omittitur festum Corporis Christi, tanquam Idolatria execrabilis. Nulla fit deportatio uenerabilis Sacramenti, neque publice in processionibus, neque priuatim ad infirmos: Nulla habentur in Ecclesijs Ciboria, in quibus reseruaretur Corpus Christi, oleumque sacrum pro infirmis: Nulla est Inuocatio sanctorum, nulla commemoratio mortuorum. Nulla sacerdotum legitima per Episcopos ordinatio, sed prophana per Superattendentes manuum impositio. In causis Matrimonialibus, contemptis Episcoporum iudicijs, retinentur prophana consistoria: non seruantur horae Canonicae. Breviter, nihil prorsus mutatur de ueteri Lutherismo in substantialibus, de quibus Caesar in INTERIM mentionem facit. In speciem autem mutantur uestes & quidam ritus, in gratiam Caesaris, quibus antea Lutheranj non utebantur.

Atque

Atq̄ ita fit, ut Philippus iste, male & fraudulenter seruiens duobus dominis, neutri recte seruit. Dum enim Cæsarem externa specie quarundam Cæremoniarum decipere & placare nititur, clamorosos offendit Concionatores, qui nihil prorsus mutandum esse censent in omni doctrina Lutheri. Offendit & Lutheranos populos, quibus accusatur à Flacio & consimilibus, quasi Euangelium & purum uerbum Dei, prodat Cæsari & nouo Electori Saxonie. Offendit & filios atque amicos antiqui & depositi atque captiui Electoris, quasi desertor eius doctrine & sectæ, quam per annos Triginta & amplius defenderit, & Augustæ, atque in omnibus Conuentibus & publicis tractatibus, Principibus & ciuitatibus Ligæ Smalcaldicæ suaserit & approbauerit: Proinde timet nunc anxie, ne per huiusmodi furentium & ad nouas rebelliones aspirantium Concinatorum clamores & calumnias, omnem apud suos priorem laudem & gratiam perdat. Sicut Erasmo Roterdamo (qui moderatius de quibusdam articulis à Lutheri furoribus dissensit) contigisse non ignorat. Quapropter ita scribit nunc in Flacium.

Anxius timor Phil.

Hic si dolori meo indulgere uellem, possem & de Flacio iuste queri, qui aduersus me talia mendacia spargit: Et commemorare ex alto repetitas causas harum ærumnarum, quibus nunc Ecclesia totius orbis terrarum oppressa est, & exponere, quæ res armauerit audaciam aduersariorum contra ueritatem, & confirmauerit potentiam. Hæc uulnera nunc attingere nolo, & istos libertatis uindices oro, ut sinant me & alios multos tacitos circumferre nostros dolores: Nec accendant atrociora dissidia. Nam quod Illyricus uociferatur, potius uastitatem fuisse faciendam in templis, & metu seditionum terrendos Principes, ego ne nunc quidem tam tristis sententiæ Author esse uelim. Alia onera multo duriora, quam linea uestis est, sustinere nos, studiorum & Ecclesiæ causa manifestum est. Odiâ potentum, contumaciam populi, maleuolentiam in fucatis amicis, discordias docentium, inopiam, iniurias, & alia multa mala, quæ etiam tranquillam gubernationem comitantur: Nunc uero turbulentis temporibus multa accedunt atrociora. Cum autem propter tales miseras non discedendum sit à statione, toleretur etiam seruitus in re leuiore, quæ tamen sine impietate est. Mihi quedam ingens moestitia huius temporis, in tanta distractione uoluntatum & opinionum poscere uidetur, ut afflicta Ecclesia consolemur & foueamus, quantum pie fieri potest, & curemus, ut rerum necessariarum omnium doctrina fideliter explicata,

Verba Philippi.

Quis opprimit Ecclesiam?

Onera dura Phil.

plicata, ad posteritatem propagetur, & scholæ conseruentur, quæ custodes sint omnium honestarum artium.

Techna
Phil. de do
ctrina Lut.
cōseruāda.

Hoc sane Melanthonis consilium, quod stulte ac seditiose ca-
lumniatur Flacius, uidetur mihi multo pestilentius contra Cæsa-
rem & uniuersam Ecclesiam Catholicam, quæ esse possint uel Mille
contra INTERIM seditiose clamantium conciones & libelli.
Quanto enim maiorem simulat & præ tendit astutē in uerbis mo-
destiam & pietatem, tanto plus affert pro hæresi tam sua quam Lu-
theri, in populis conseruanda latentis ueneni: Nec obscure insi-
nuat, quantum odij gerat in corde suo, contra Cæsar's INTE-
RIM & Ecclesiæ Catholicæ ordinationes. Vellet Flacius, pati po-
tius uastitatem in templis, & metu seditioſum (ut ait Philippus)
terreri Principes: At longe astutius dat consilium Philippus, ut
toleretur seruitus in re leuiore, quæ tamen sine impietate sit, ut in
rebus necessarijs conseruetur doctrina Lutheri, & fideliter propa-
getur ad posteros, & scholæ conseruentur.

Medium,
quod astu-
te propo-
nit Phil.

Hanc technā astutissimi hominis, neque Lutherani ipsi, neque Catho-
lici maturē consyderant: Lutherani, sui dogmata Lutheri, uel &
seditioſe aperte asserere desiderant, ut nihil prorsus mutetur de
nouis contra Ecclesiam antiquam institutis. Cæsar autem in IN-
TERIM antiqua Ecclesiæ dogmata & instituta, quæ Lutheri
temeritate sunt abolita, uult in templis restitui & obseruari. Cæ-
terum Philippus hoc astute præscribit, & proponit medium, ut ad
complacendum Cæsari quædam externæ Cæremoniæ restituantur.
Verbi gratia, Vt Missæ deinceps in Ecclesijs celebrentur, con-
sueto campanarum pulsu, cum candelis accensis, cum uasis, cantibus
& uestibus atque ornamentis: Cum Introitu, cum Kyrieleyson,
cum Gloria in excelsis, Dominus uobiscum & Collecta: Cum Epi-
stola, Graduali, Alleluia, Sequentia, Euangelio, & quidem La-
tine hæc omnia. Sed ita, ut omittatur uterque Canon, tanquam
res impia, & omnis Missa pro defunctis, & nulla fiat Inuocatio
sanctorum, nulla oblatio, nulla transsubstantiatio, nulla Sacra-
menti Communicatio sub una specie, nulla Missa sine communi-
cantibus. Hoc est præclarum concordie medium, quo dolose cir-
cumueniri debeant Cæsar & alij Catholici Principes, ut credant
Missam uere apud Saxones restitutam esse. Quemadmodum &
Augustæ in Confessione & in Apologia consimili dolo & men-
daci iactantia usi sunt. Sicut à me non raro & Philippo huic specia-
liter, & omnibus Lutheranis generaliter exprobratum est.

Qualis
Reforma-
tio Phil.

Infelix
Philippi
consilium.

Sed egregie ac iusto Dei iudicio, uentitur hæc iniquitas sibi,
& dolus iste ita conuertitur in caput ipsiusmet Philippi, ut nihil in-
felicis consulerit unquam. Quid enim aliud inde consequitur,
nisi

nisi omnem iram & confusionem ab utraq; parte. A Catholicis, inquam, quod dolis & mendacijs suis totam substantiam Missæ, rei omnium sanctissimæ, abolere nititur: A Lutheranis uero, quod tam multa uideatur Papistis in Missa, contra receptam Lutheri doctrinam & praxim restituere. Sinistræ per hoc suspicioni factus obnoxius, tanquam pecunijs corruptus, agnitam Euangelij ueritatem Cæsari & nouo Electori prodere, & Lutheri cœlestem doctrinam (quam antea tot libris iactitauit & defendit) nunc metu deserere non uereatur, uelut leuissimus transfuga, nunc harum nunc illarum partium. Cui & id infœlicitatis per istud dolosi medijs consilium accedit, quod nouum Electorem Saxonix omnibus fere Lutheranis reddit inuisum, & Cæsari suspectum: Posteris uero, in omnibus Lutheranorum scholis, pessimam post se relinquet proditæ religionis famam. Hinc ille perpeuus in sepulchrum usq; dolor gemitusq; & mœstitia eius: Deo Ecclesiam, suam sponsam, quam innumeris blasphemauit iniurijs & calumnijs, de eo sic uindicante. Optarim quidem docto & ingenioso huic homini meliora: Sed Deus non irridetur, nec ullum malum relinquit impunitum & inultum, ut ait ^{Iob. 24.} Iob. Quid igitur de ipso nunc sentiant Lutherani, ex Flacij scri- ^{Externorū} ptis & ex ipsiusmet Philippi querelis & tristitijs, iam palam factum ^{de Melan-} est. Quid autem externi de eodem sentiant, notum esse potest ex ^{thone} doctissima Thomæ Rhadini Itali oratione, qua eius Didymū con- ^{iudicia.} futauit: Et ex eruditjs Philippicjs XX. Alfonsi VIR VESSII, Canariensis Episcopi Hispani, atq; etiã ex Epitome Doctissimi Theologi Parisiensis D. ROBERTI, Episcopi Abrincensis Galli, qui contra huius Philippi turpem defensionem, qua Buceri Apostatæ coniugium defensare ausus est, inter multa alia sic ait:

Præcepta Decalogi negatiua, semper & ad semper obligant. Nul- lum igitur recipiunt **INTERIM**. Concubitus igitur sacrilegus, spurcissimus & incestuosus **Disdigamus**, non recipit **INTERIM**. Scriptum enim est: Quasi à facie colubri fuge peccatum. Et ^{Eccle. 21.} infra. Conatus est (inquit) ut suo nomini responderet, culpæ defensor ^{Verba} aterrimus Melanthon, ab huiusmodi contubernijs ^{Episcopi} Apostatarum cum ^{Abrincē.} uirgibus, notam sacrilegi incestus, quanta maxima cura potuit, depellere. Idq; potissimum in gratiam Buceri sui, indiuidui in hac tota causa comitis & congerionis impudentissimi, ut quem sciret cum scortatrice sua Elizabetha attentasse coniugium, pium (ut illi uideri uult) re autem ipsa sacrilegum apud uere pios, incestuosum & impium. Quoties enim auditur hoc uerbum, Elizabetha Buceri, confestim adiungendum est, Impia impij, sacrilega sacrilegi, incesta incesti, fœdisfraga fœdisfragi, refuga refuga, scortumq; scortatoris sordidissimum: Non

f uij uxor

uxor uera mariti, quin potius impuri fœda lycisca lupi. Impium enim est, Deo semel præstitam (quod nec fas nec iura sinunt) uiolasse fidem: sacrilegum uero, rem Deo sacram prophanasse. Adeo, ut huiusmodi corruptionem nihil dubitet Ambrosius appellare adulterum contubernium, Sathanae tugurium, lutum platearum, atq; in tenebris perpetratum stellionatum, cui uix possit digna mors & poena cogitari. Nam de Capitali quis dubitet? Cum lege cautum sit De Episcopis & Cle-

Leges con-
tra ince-
stuosa con-
iugia Mo-
nachorū.

ricis, Codice: Si quis, non dicam rapere, sed attentare tantum iungendi causa Matrimonij sacratissimas uirgines ausus fuerit, capitali poena feriat. Idem sentit Iustinianus in lege, Raptores, eo ipso titulo. Quod etiam Edictum confirmat ipse in Authenticis, in hæc uerba: Si quis ra-

puerit. De incestu uero nemo dubitauerit, qui modo Canonum decreta uel ab ipso limine salutarit. Et post pauca. Nec differt (inquit) Augustinus huiusmodi complexus appellare adulterijs deteriores. Sed quid in re tam aperta immorari opus est, cum nec Grammatici ipsi ignorent incestus crimen committi, uti cum Consanguineis, ita & cum Deo dicatis uirginibus. Libet itaq; huc inserere, quod religiosissime (ut cætera solet) in eam rem pronunciat indefessus Christi & Ecclesie sponsæ miles ac propugnator Cochleus. Viderit (inquit ille) Maestas tua, Imperator potentissime, quid Deo Exterisq; Nationibus Christiani nominis, atq; etiam posteritati respondeas, si huiusmodi Apostatarum flagitia impietatesq; & manifesta crimina & blasphemias, in tuo Imperio diutius grassari, & omnem uitæ statum fœdare, fideiq; Catholice reuerentiam & sinceritatem deturpare amplius permiseris. Cum tibi præcipue (qui supremam à Deo potestatem in Imperio tenes) dicat

Exod. 22. Dominus: Maleficos ne patiaris uiuere. Nulli autem sunt sceleratiores, quam huiusmodi sunt Apostatae, qui non solum Rempublicam seditiosis scriptis & concionibus grauius, quam ambo fecerunt Gracchi, perturbant, & aduersus Ecclesiam Dei schismata excitant, & populum fidelem hæresibus inficiunt, atq; criminosa uita sua scandalizant, & prauis moribus imbuunt: Verum etiam iuuentutem pessime corrumpunt per libertatem carnis, quam falso Euangelicam uocant, & ab antiqua obedientia & pietatis disciplina, in omnem morum prauitatem, & honestioris uitæ dissolutionem abducunt, atq; etiam innumeras (proh dolor) animas per schisma, rebellionem & hæresim suam, eterno obnoxias reddunt supplicio. Et sicut ipsi proprio (ut Paulus ait) iudicio sunt damnati, ita quam plurimos alios in eandem damnationem secum & post se trahunt. Time igitur & tu, precor, Imperator Auguste, ut religio-

sus

Verba
Cochlæi ex
VI. Philip.
pica ad
Imperat.

Ad Tit. 3.

APPENDICIS PARS

TERTIA, IOANNIS COCHLAEI,

CONTRA SEDITIOSA SCRIPTA

Ioannis Caluini, ex Gallijs
Profugi.

ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO

FERRANDO DE GONZAGO, CÆS. MAIESTATIS

Supremo Gubernatori, & Præsecto Nobilissimi Duca-
tus Mediolanensis, &c. Io. Cochleus

S. P. D.



TSI nunc Principes, qui bellica uir-
tute pollent, & rerum gestarum glo-
ria celebres habentur, a literarum stu-
dio abhorreere plerunq; uideantur,
tanquam fortibus uiris parum glo-
riofum fit, armis coniungere literas,
& sagatos impallefcere chartis: Illu-
striffima tamen Celfitudo tua, anti-
quorum instituta Principum exem-
plis, inelytam & illuftrem domum de
Gonzago, non minus fapientia: stu-

dio, quàm fortitudinis bellicæ gloria illuftriorem reddere feliciffi-
me fatagit hactenus. Sicut olim feciffe leguntur fapientiffimi fimul
& fortiffimi Principes, tum Græcorum tum Romanorum, ut Age-
filaus, Themiftocles, Epaminondas apud Græcos; Scipio Aphrica-
nus, Iulius Cæfar, Octauianus Auguftus, & id genus alij apud Ro-
manos. Apud Hebræos uero fapientiffimi Principes Moyfes, Da-
uid, Salomon, &c. Sapiaentia tua, fortiffime Princeps, iam pri-
dem probata & perfpecta eft Cæfareæ Maieltati, in pacifica guber-
natione tot gentium & populorum, ac magnarum ciuitatum Regni
Siciliæ, & citra Pharum & ultra Pharum. Animi uero fortitudine
& constantia plarifq; quidem bellis & rebus geftis, Cæfari noftro
fideliffime

Pericula
apud Al-
gieram in
bello.

fidelissime seruisti, nusquam tamen fortius & constantius, & in
 maioribus uitæ & fortunarum periculis, quàm in Africana expe-
 ditione contra Algieram: quam luculentissime descripsit Nicolaus
 Villagog Miles Rhodius. Quamuis uero uehementer exhor-
 reat animus meus inter legendum, tam præsentia & extrema illius
 Expeditionis pericula: plurimum tamen iuuat inde cognoscere in-
 trepidum atq; inuictum Cæsaris animum, tuamq; in omnibus illis
 periculis, quæ terra mariq; omni ex parte imminabant, constantiam
 & fidem. Quanta uero cum gloria & foelicitate gubernet nunc
 Illustriss. Celsitudo tua, potentissimum Ducatum Mediolanensem,
 unicum abunde probat exemplum honorum & Magnificentia
 spectaculum recens, quo Serenissimos Principes, MAXIMI
 LIANVM Regis Romanorum Vngariæq; & Bohemiæ fi-
 lium, è Germania in Hispanias abeuntem, & PHILIPPVM
 Cæsaris filium tot Regnorum Principem, ex Hispanijs per Italiam
 in opulentissimas Inferioris Germaniæ prouincias ad Patrem de-
 sideratissime deproperantem, Mediolani excepisti, & per reliquas
 Ducatus ciuitates splendidissime conduxisti.

Cæterum causa, quæ nunc paruitatem meam impellit ad scri-
 bendum Celsitudini tuæ, non tam prophana & sæcularia, quàm
 Religionis & fidei negocia tangit ac respicit. De quibus & Illustris-
 simis Principibus de Gonzago, Reuerendissimo Cardinali Man-
 tuano HERCVLI, fratri tuo Germano, & Generosissimo
 Duci Mantuano FRANCISCO alterius fratris tui filio, bre-
 ues dedicaui libellos. Ad Celsitudinem uero tuam scribere instigat
 me, ex propinquo ab hæreticis imminens populis, Gubernationi
 tuæ à Cæsare creditis, periculum: maxime uero à Ioanne Caluino,
 propter crimen hæreseos è Gallijs profugo, & Gebennæ nunc sedi-
 tiosis & impijs concionibus regnante uerius quàm exulante: Quo
 post Lutherum nemo Hæreticorum ferocius atq; seditiosius hoc
 tempore scribere præsumit. Tam superbe enim tumultuatur apud
 Allobroges, uicinos Mediolano in Sabaudia populos, seditiosis suis
 scriptis & concionibus, ut misere decepti ab eo pleriq; Gebennates,
 non solum noctu, sed etiam interdiu, ad portarum custodias publice
 cum uexillo, nescio quo hostium metu aut prætextu transeant, perin-
 de atque solent in castris milites Stationarij, qui contra nocturnas
 insidias hostium, castrorum agunt uigilias. At non sufficit im-
 portunissimo huic BARRABÆ, unius ciuitatis populos ita
 conturbare, & à fide religioneq; & obedientia antiqua concionibus
 suis dehortari: uerum etiam extendit rebellionis suæ manus contra
 quamlibet Potestatem ordinatam. Eo quippe audiciæ processit, ut
 publice criminari & calumniari audeat non solum Sessiones &
 Decreta

Honorifica
 Mediolani
 exhibita.

Causa scri-
 bendi con-
 tra Calvin.

Tumultus
 Gebennæ.

Seditiosa
 scripta Cal-
 uini.

Decreta generalis Concilij Tridentini: uerum etiam Cæsareæ Ma-
iestatis Edicta, quæ Augustæ, pro pace in fide & religione seruan-
da, Cæsar cum consilio & consensu sacri Romani Imperij, Princi-
pum & Statuum atque ciuitatum, publicauit. Atque ut sanguinarij
conatus eius cunctis notiores fiant, appingi facit scriptis suis per
Typographum suum, quem Gebennæ ad manum habet, gladium
utraque manu extentum in medio flammarum. Hæc equidem non
fingo, sed in libris eius, qui Francfordiæ in celeberrimo mercatu
uenditi & in orbem dispersi sunt, clare ostendere possum. Itaque
De Conci- ut tam scandalosas eius insolentias & importunitates ex parte dete-
lio Triden- gerem, breuem euulgauit libellum, ad ERASMV M Strenber-
gium, Canonicum Tridentinum, uirum egregiè & doctum &
pium, cui notissima erant acta Concilij Tridentini, cui & Vene-
randi patres, qui illi Concilio uel præfuerunt uel interfuerunt, etiam
de facie ut plurimum familiariter noti erant: ut intelligeret, quàm
impudens sit Calvinus in mendacijs, amarulentus in calumnijs,
maledicus in conuictijs, & superbus in contemptu: Cum tamen neq;
scripturas, neque rationes afferat, propter quas iuste moueri uide-
retur. Verbi gratia, in Ambrosium Catharinum, qui in sua ad Con-
ciliij patres oratione, dixerat Beatam Virginem MARIAM fi-
delissimam sociam Christi, inuehitur asperrime hisce uerbis.

*Inflat deinde suam buccinam Ambrosius Catharinus ex ordi-
ne Dominicanorum, uetus ille Lutheri Antagonista: Quem ego pu-
tabam ante annos XX. pudore confusum, in obscuras latebras se
abdidisse. Tanto enim dedecore à Luthero, nouitio adhuc milite pro-
stratus fuerat, tam fuerat turpiter, ordinum omnium consensu exhibi-
latus, ut prodire in hominum conspectum, si saperet, nunquam debuerit.*

*Et post pauca. Ergo, qui Catharini insulitates aliquando le-
gerunt, nescirent, putridum illud cadauer adhuc spirare, nisi concio-
nem in Synodo habitam legerent, ubi Christi mater fidelissima eius so-
cia uocatur, & assidere fingitur eius throno, ut gratiam nobis impetret.*

Conuictia
Caluini in
Cochleū.

Hæc eius uerba uocat Calvinus sacrilegam uocem, quæ laceret
Christum. Cum autem ego breui libello, contra eas contume-
lias & calumnias, Catharinum & Beatam Virginem defenderem,
ille superbissime intumescens, & me præ se indignum, cui respon-
dere debeat, iudicans, sub nomine Gallasij atrocius inuectus est non
solum per conuictia in me, sed etiam per calumnias in Catharinum
& in Beatam Virginem. Me enim protinus Asinum & Bestiam uo-
cat: Catharinum uero spurcum Silicernium, cuius flagitiosas ac ne-
phandas libidines tota nouerit Italia. At matrem Christi aduoca-
tam

tam dici, & throno Christi assidere, sacrilegum esse putat, cuius inter-
 cessio pro peccatoribus non plus ualeat aut profit, q̄ profuit Adoniz
 filio Dauid intercessio matris Salomonis, pro accipienda in uxorem ^{3. Reg. 2.}
 puella Sunamitide. Ego, quantū ad conuitia in personam meam atti-
 net, nihil moueor, quia ignorantiz & hebetudinis obiectū probrum
 æquissime fero. Quantum ad conuitium libidinum spectat, dixi apud ^{Impudētes}
 rationis compotes Catharinū facile defendi, non solum ex sanctis & ^{calumniæ}
 eruditis ipsius lucubrationibus, sed etiam ex uerbis calumniatoris, qui ^{in Cathari-}
 tantum uirum sine omni probatione proscindere audet, cum ex pro-
 prijs conuitijs eius ille excusari possit. Quis enim credat, uenerabilem
 senē, qui cunctis diebus uitæ suæ literis incubuit, & in ordine Prædi-
 catorū, relicto seculo, Deo seruiuit: ita libidinosus sit senex (quem ipse
 Calvinus putridum cadauer & Silicernium uocat) ut toti Italiæ notæ
 sint flagitiosæ & nefandæ eius libidines? quomodo probat tam atro-
 cem calumniam? Quo facto & qua depræhensione criminis? quibus
 testibus aut accusatoribus? Qua ad Deū conscientia? Si sic calumniari
 liceat, quis possit à calumnijs hæreticorum liber aut tutus esse? Ecce
 non ueretur Gallicus exul iste, tam horrenda obijcere crimina tanto ^{Catharini}
 per orbem terrarū noto uiro, qui à pueritia usq̄ semper studuit non ^{studia in}
 solum bonis & politioribus literis, sed etiam præcellenti ingenio præ- ^{lure utroq̄}
 ditus, ita in legum & sacrorū Canonum, omnis honestatis & uitæ re-
 stitudinis custodum, studio adolescens apud celeberrimi nominis
 ubiq̄ per Italiam Iuris utriusq̄ professores inclaruit, ut inter acutis-
 simos legum interpretes & disputatores celebris haberetur, dum esset
 adhuc sæcularis & Laicus, dictus claro nomine Lancelotus Politus.

De quo complura scripsi ex uero charitatis affectu, ante biennium Scripta Ca
 in ea ad R. D. PHILIPPVM Episcopū Spirensē Epistola, qua ^{tharini.}
 ei dedicaui scripta quedam huius Catharini, noua & uetera, De perso-
 na & doctrina Lutheri. Et æditum est nuper LVGDVNI amplum
 uariumq̄ & magnificū opus plurimorū Tractatū eminentium Iure-
 consultorū, inter quos habetur in Tomo seu parte septima inter multa
 alia insignis Tractatus De substitutionibus, quem olim, in seculo con-
 stitutus, scripsit, & LEONI Papæ X. recens tunc Electo & coronato
 dedicauit iste Catharinus, dictus eo tempore Lancelotus Politus Se-
 nensis. In cuius Prologo ita exorsus est. Si tua, LEO Pater sanctis- ^{Prologus}
 sime, excelso isto in fastigio posita, suprema pateretur Sublimitas: Si de substitu- ^{tionib. ad}
 & mea tenuis (quamuis audax) tantum sibi paruitas arrogaret, quod ^{Leonē X.}
 præter alia multa nonnullis uigilijs, paulo impensius in Ciuili Philo-
 sophia uersatus, tandē elucubraui, dicare tibi certe nō dubitasset, &c.
 Mox autē ad uniuersos & singulos Iuris prudentes hanc subiunxit ibi
 Præfationē. Scitis uiri Clarissimi, q̄ infesta uirtuti fuerint elapsa tem-
 pora, quem per sæuissimos bellorū tumultus, studia uestra locum sibi
 uindicare potuerint, quando necessarium semper fuerit, ubi armorum
 impetus atq̄ uolentia, præualendo inceserint, ibi paciferā legum sa-
 pientiam

Excellentia pietiatum cōticescere. Pauci etiā uestrū (opinor) ignoratis, me tenuenti
 in legum studio. nihilominus homunculū, ut aliquid apud uos nominis atq; loci mihi
 compararem, ausum esse per celebriora Italię Gymnasia, Mille circiter
 propositarū Quęstionū nostras partes, ubi licuit, p ingenio defende-
 re. In qua re si fecerim operę precium, aut si quippiam mihi uerę laudis
 contraxerim, uestri est iudicij. Hoc ego uere possum dicere, præcipuos
 illos & peregregiū doctriņę rarę specimen prioris famę Iurecōsultos,
 non solum priuatim & publice me collaudasse, uerū etiam incredibili
 quadam cū admiratione, tum beneuolentia esse prosecutos. Neq; uero
 necesse est, a me quenq; nominari uobis, quando plus q̄ manifestum
 sit, quanto me præconio Ioan. CAMPEGIVS, uir in uestra literatu-
 ra celeberrimus, q̄ amplissimis & grauissimis uerbis honestauerit, et̄.
 Magna Hunc uero tā doctū piūmq; & in omni studiorū ac disciplinarū gene-
 senectus re præcellentē, atq; ultra Quinquaginta annos (quippe qui etiam sub
 Catharini. summis Pontificibus, Alexandro Sexto & Iulio Secūdo, clarū habuit
 nomen, & anno Dñi 1494. Hieronymū Sanoniarolam, Ordinis sui
 fratrē, propter fructū prædicationis defendit, licet per errorē, ut nunc
 senex in tertio de Cōsideratione libro suo fatetur) ab ingenio ac eru-
 ditione laudatū ab Italis uirū, sero nunc superbissime præ se Gallo &
 Luthero Germano, impudētissime contēnit male liber et inflat. Ona-
 ger iste, ut quisq; rationis compos, & in reprobū sensum nō traditus,
 nec peruerso iudicio excecatus, facile cognoscere ac uidere queat, nihil
 amplius pudoris aut iudicij reliquū esse in misero hoc Diaboli satellite,
 qui tam petulanter & inique senē istū, usq; adeo pie ac bene meritum,
 tum de Ecclesię causa cōtra tot huius temporis hæreticorū mōstruosas
 iactantias & calumnias: tum iam olim de uera & iuris prudentia &
 sacrarū literarū peritia, proscindere non ueretur. Sed ne quis miretur
 hunc Gallicū Censorē tam superbe proscindere & cōtemnere Italum
 istū Senensem, audet impiū & irrationabile illud propudium Gallię
 quoq; Episcopos, cōterraneos suos, sine omni causa, ex mera superbia
 & linguę stylicę sui procacitate, criminari atq; irridere. Sic enim ait in
 maledico contra Cōrilium Tridentinū libro suo, dum præfatur inter
 cætera. Proinde, si remoueas Concilij nomen, nihil nisi quisquilias fuisse,
 Calumniæ quicq; d illic Episcoporū fuit totus Papatus fatebitur. Verū sua alijs Na-
 Caluini in Galliarum Episcopos tionibus ornamenta libet intacta relinquere, GALLOS tantū meos ro-
 gabo, ut quam ipsi contulerūt portionē, iusto precio æstimēt. Inter primaria
 Ecclesię membra, Gallię sane Regnū numerāt. Illinc duo affuerūt Epi-
 scopi, Nenetēsis et Claromōtanus, ambo æquē indocti ac stupidi. Obsecro
 uos Galli mei, quis uestrū sibi persuadeat, a Spiritu sancto profecta esse,
 quæ uel innumera talium hominum multitudo effutiuerit? Atqui ne prima
 quidem Theologiæ rudimenta duo isti, de quibus loquor, unq; gustarunt.
 Quām igitur misera Christianæ Ecclesię cōditio futura est, si pro oraculo
 habendum sit, quicquid ipsis ac paucis nihilo melioribus placuerit, &c.

In

In eo aut libello, quem in Cæs. Maiestatis Edictū audacissima rebellionē & calumnia ædidi, cōtemptim breue dat responsum cōsuetę superbix suę (qua præ se cunctos contemnit) nōminatim taxans R. D. ROBERTVM, Episcopū Abrincēf. in Gallijs, uirū nō solum Theologū, uerū etiam polioribus literis haud ignobiliter instructū, sic habet improbus Irrisor. Vnde colligere (inquit) promptū erit, bonū senticulum umbrę suę frustra irasci. Sed hoc Sorbonico Doctore et Episcopo, minime ignoscendum est, ut nugas a nescio quibus cōfictas exagitando, orbem temere cōturbet, nisi forsā excipiat, quasi priuilegio quodam licere et Episcopis ineptire, & Sorbonicis desipere: Quia bonę parti iam pridem usitatū est. Porro librū Episcopalem excutere, tametsi non est præsentis instituti, facere tamen nequeo, quin ex eo pauca delibem. Citatur illic graues Conuicta in Episcopum Abrincensem,
 Authores, quorum & pondere obruantur, & splendore extinguantur, & maiestate concidant omnes hæretici: Iuo Carnotensis, Speculator, Abbas Superba censura in non parui nominis Authores,
 Panormitanus, Isidorus, Thomas Aquinas, Bonifacius Papa, Nicolaus, & similes. Quid ni? cum ex empticijs Speculatoris responsis oracula faciat. Quis tā bene instructo athletę uictoriā non despōdeat? Ipse uero, non expectato aliorū plausu, festiuīs subinde acclamationibus Triumphum sibi canit. Atq; ut Areopagū suum compleat, Cochleū etiam illis adiungit: Qui cum omnes cochleas hebetudine superet, quāto scilicet masculum præstare decet foeminis, uocatur hic sagacissimus spiritūū discretor. Digni sane ambo, qui mutuū sibi præconiū cōmodent. Nam par Morionū, ex tota Gallia & Germania, deligi aptius uix poterat. Hęc Calvinus petulantissime, contra summę autoritatis publica scripta sacri Cōcilij Generalis & sacrę Cæs. Maiestatis, quę meris sycophantijs irrisionibusq; & ironijs, nō minus seditiose q̄ scurriliter illudit, sine causa & ratione, sine teste & scriptura, summa cū impudentia, cōtra omnē fidem & auctoritatem sanctorū patrū, quos pteruissima superbia præ suo ingenio contemnit, atq; eorū scripta peruertit, reñcit aut omnino negat. Id quod ego lucide ostendi multis exemplis in breuib; libellis, quos Libelli Cochleæ in Calvinum,
 Moguntix anno superiore contra furores & insanas superbias eius (licet occupatissimus) euulgauī: Vtpote libellum unū pro Cōcilij Tridentini defensione. Alium De INTERIM. Tertium De Autoritate Ecclesię & scripturę. Quartū De sacris Reliquijs Christi & sanctorum eius. At superbissimus calumniator, deceptę incubans in urbe munita plebi (quam popularibus dementat cōcionibus, ac rhetoricis styli sui fucis & dicterijs cōplices & sciolos suos in hæreticis prauitatibus confortat) secure cōtemnit oīa obiecta, quęcunq; pro ueritatis assertionē in publicū produxi, contēptu mei & dolosa hypocrisis sua, qua sub alienis nominibus sibi laudem & sanctitatem arrogat, me aut scurrilibus proscindit figmentis. Nam sicut in Quadragesimali Francfordię mercatu, nequiter subornato Gallasio mihi probrose respondit: ita & in Autumnali nuper mercatu aliū subornauit obscurū & improbū Nebulonem,

Zographia Bezae
in Cochil.

Fol. 408.

Verba Zo-
graphiae in
Cochlaeu.

Conuitia
in Schola
fticos
Theolog.

Catharin.
& Brunus
duo Mallei
in heretic.
Procacissi-
mus con-
temptus.

Causa, re-
gmē capi-
tis est.

bulonē, nomine Theodorū Beza, qui puerili figmento in me Zo-
graphiam effinxit, ad Conradum Gesnerū, uirū sane multi laboris &
uariæ lectionis: Qui et si Calvinū (ut est secta Zuinglianus) multis ex-
tollit laudibus, mei tamen nominis & aliquot opusculorū meorum in
Bibliotheca sua, prolixo & operoso uolumine, longe modestiorē facit
mentionē, q̄ ut mihi persuadere queā, eius iussu aut approbatione tam
scurrilem à Beza in me ad eum scriptā esse Zographiā. Ita enim habet
Bezae, uel sub ficto eius nomine Caluini Epistola. *Magnopere (in-
quit) Reipub. literariae interesse puto, ut tam insignē bestiā aliquando ex-
titisse, posteri quoq; intelligāt. Nec dubito, quin Gesnerus noster, qui ani-
malium historiam fertur cōtexere, hanc uelut Appendicē suis ædificijs ad-
ijci facile patiat. Id cum cæteris, qui aderāt, magno cum risu probatum
esset, D. Caluini excipio, inquit, qui ut est modestia et probitate singulari,
nihil aliud q̄ saniorē mentē isti Sycophatæ precabatur. Et infra. Itaq; (in-
quit) ut aliquando tandem exordiamur, huic bestiæ caput est oblongum
pyramidalis figura. Quale nimirū Homerus Tersiti suo accommodauit, mo-
le ingenti & carnosā: Aures immensæ et plane Asininae, ut si rotundum
caput foret, nulli rei cōmodius comparare possis, q̄ Diotæ. Nam et hoc, si
nescis (sed cui tādē id esse potest ignotū?) nō tam plenū est cerebri q̄ uini.
Sani quidem cerebri ne unciā quidem habet, ne forte in capite acuminato
aliquid acuminis messe cogites. Pari deinde scurrilitate ac petulantia lu-
dit prolixè in scholam Theologicā Parisiensū, fictitio & ridiculo quo-
dam Edicto. Postea in me iterū amarulento cōtemptu debacchās, con-
tumeliose cōtemnit & alios pleroseq; summæ et integritatis & eruditio-
nis Theologos. Degit (inquit) perpetuo in sterquilinijs imbellis et pilu-
larius iste Scarabæus. Sterquilinia uoco, quæ Thomas, Scotus, Lombardus,
Durandus, Alexander, & cæteri eius farinae scriptores cōgesserunt.
In his conditus latet, suosq; abortus, hoc est, cacatas chartas (ut loquitur
Catullus) facit. Et infra. Liceat igitur isti (siue Scarabæū siue cochleam,
siue alio quouis nomine uocare libet) cum impurissimo illo Catharino, &
doctissimo illo suo Con. Bruno, nō xij. tantū, sed quotcūq; uolet, de Hussitis
et Bohemis tractatus euomere. Liceat quantascūq; libebit, stercorū strues,
ex impurissimis Scholasticorū nugis coagmetatas cōgerere. Liceat his basti-
bus sacerrimi Concilij Tridentini, et Pacificatorū Germaniæ Drecketa
fulcire. Liceat in fastigio immensi istius ædificij, Pontificē ipsum Roma-
num collocare, seu triplici Tiara, ut olim Cerberus triplici capite formi-
dabilem, seu linea sua tunica, ut Pythagoræi quondā, Dalmatica, cappa,
stola, triplici cruce, pedello, crucigera crepida, cæterisq; suis impedimentis
onustum: Addo etiam, sacrilego illo senatu stipatū, cui & causias et ami-
ctum, nō tam cocco rubentē, q̄ innocentissimorū hominū sanguine cruentum
ipse perditionis filius diuendidit. Hæc, inquam, omnia isti liceāt: Nos in-
terim*

terim coherētis huius compagis ruinā, & omnia huiusmodi monstra, suo
 artificio oppressa, suauissime (ut par est) ridebimus: & postq̄ isti iusto
 Dei iudicio in certum exitum pergunt, Agno uictori gratias agemus im-
 mortales. Sed age tandē ex his sordibus euadamus. Hæc sunt mi Gesnere,
 inquit, quæ hoc tempore putauī ad te perscribenda. At ego, Illustrissime
 Princeps, hæc Celsitudini tuæ, tanq̄ uiro grauitate & sapientia excel-
 lenter prædito, referenda puto, ut clarius inde intelligas, quid de Cal-
 uino, homine usq̄ adeo pestilēte ac seditioso, & ab omni pietate Chri-
 stiana prorsus abalienato, atq̄ iusto Dei iudicio in reprobum sensum
 tradito, sentiendum sit, & quantopere cauendū ac prouidendum sit,
 ne tam pestilentes eius libri (in quibus ille rebus bonis: Ingenio, in-
 quam, & elegantī stylo, perniciosissime in scandalum & ruinā pluri-
 morū abutitur) in uicinas Ducatus Mediolanēsis ciuitates importen-
 tur, per quos Catholici populi, prudentiæ & fidei tuæ cōmissi, possint
 non solum in fide & religione Christiana, quam Maiorū suorū exem-
 plo hæctenus perpetuo tenore custodierūt, subuerti: sed etiam ad re-
 bellionem & ad res nouas atq̄ turbulentas periculose concitari. Nam
 in eo libro, quem recens ædidit contra Cæs. Maiestatis publicatū Edi-
 ctum (quod INTERIM uocant) circa finē ita increpat populos, qui
 pro nouo Euangelio nolunt commoueri & pericula subire. *Iam tem-
 pus (inquit) postulat, ut fidem nostrā, quam ante hac lingua & atramēto
 sumus confessi, sanguine quoq̄ nostro obsignemus. Iam pridem, si rite pro-
 fecissemus in Christi schola, debueramus in hac meditatione esse exercita-
 ti. Hoc enim primū ueluti Tyrocinium est, quo suos erudit, ut seipsos abne-
 gantes, tollentesq̄ crucem suam, ad mortē indefesso cursu properent. Nunc
 perinde noui sumus ad subeunda pro Euangelij testimonio pericula, ac si
 nullum unq̄ Filius Dei hæc de re, quam assidue inculcat, uerbum fecisset.
 Cum olim Caius Caligula statuā suam Hierosolymis in templo collocari
 mandasset, Iudæi undiq̄, quasi apum examina, non ut ui & manu impedi-
 rent tale sacrilegiū, sed ut ceruices suas gladijs opponerēt, pro uindicanda
 templi Maiestate, concursus ad Præsidentem fecerūt. Neq̄ subitus ille ani-
 morum impetus fuit, qui statim resideret: sed quoties de templi prophana-
 tione agebatur, innumera prope tam mulierum q̄ uirorū turba, sui oblita,
 alacriter se ad mortē offerebat, ut non nisi ad stragem corporū suorum uia
 Idolo pateret. Et nos non lapideum iam templum, in quo Deus inuocetur,
 habentes, sed Filium Dei, in quo tota Patris Maiestas habitat, silentes
 ipsum patiemur adeo turpiter uiolari? Idolum enim erigitur, non quod ex-
 ternam sacrarij speciem deformat, sed quod totam Ecclesiæ sanctitatē in-
 quinet ac peruertat: quod labefacitet totum Dei cultum, nihil in religione
 nostra impollutum relinquat. Si ad propiora tempora descendimus, quorū
 Martyrum Milia aduersus præsentissimos mortis terrores inuicta forti-
 tudine perstiterunt? Quid de terroribus loquor? An non morte ipsa in-*

Rifus iste
 dolore mi-
 scbitur,
 Proue. 14.

Verba
 Caluini
 contra In-
 terim Cæs.
 Maiest.

Exēplum
 à Iudæis
 contra C.
 Caligulam

Contra
 Cæsarem
 Carol. V.

Exemplū à
 Martyribus
 male usur-
 patum.

Ingratitudo in nouis sectis.

trepide testati sunt, aliam se uitā & quærere & certo sperare. Ac tunc quidem simul atq; exigua lucis scintilla hominibus emicuerat, totum cor inflammabat tanto coelestis uitæ desiderio, ut uitam hanc facile mortemq; contemnerent: Nunc cum plenus intelligentiæ fulgor nobis illuceat, nihil fere cordis apparet. Et salutem speramus ex Euangelio, pro cuius ueritate asserenda, nemo uult periclitari. Itaq; hæc plus q̄ perfida ignauia, quam anni unius experimentum prodidit, documentum est nimis luculentum nostræ ingratitude: Vt tam non amplius quærenda sit ratio, cur in tot urbibus atq; Prouincijs, puritas Christianismi concidat. Cur enim inæstimabili Dei beneficio diutius fruere, qui pro nihilo ipsum duxerunt? Hæc ideo dico, ut quicumq; aliquo pietatis sensu tanguntur, quasi extenta Dei manu, ad mortē se uocari meminerint, ac ne animis deficient, beatius multo sibi esse non dubitent, laboranti percussaq; Ecclesiæ se ultro adiungere socios, quam nimium sibi cauendo, priuataq; tranquillitati cōsulendo, sortem appetere à filijs Dei segregatam.

Impium Euangelium Caluini, & aliud q̄ Lutheri.

Hæc & id genus plura seditioum incitamenta ibi Caluinus, sub scelerato falsi & noui Euangelij (quod mera est omnium errorum & impietatum, hæresumq; lerna & camerina) prætextu, contra Cæsarem nostrum (quem etiam Caio Caligulæ nefandissimo Tyranno & Idolorum cultore, peiorem esse magisq; impium insinuat) in publicum effutire non ueretur: Vt Diabolico astu & prætextu Euangelij, religiosos Heluetiæ & Sabaudiaë populos, omni ueteris Ecclesiæ ritu & Sacramentorum thesauro despoliet, & animos eorum in Cæsarem, tanq; in Ecclesiæ & Euangelij, atq; adeo ipsius Filij Dei persecutorem inflammet, atq; in rebellionem seditiose concitet, atq; in certum exitium (sicut alijs contigit temporibus nostris, plariscq; ciuitatibus & populis) præcipitet. Sic & ex aduersa parte in Turingia, Misnia & Saxonia, seditiose clamitant Lutherani pro impio & falso suo contra eundem Cæsarem Euangelio: Cum tamen prudentibus & doctis uiris probe constet, non unum & idem Euangelium esse Luthero & Zuinglio. Qui etsi uno impietatis consensu contra ueterem & Romanam Ecclesiam & fidem, unà cum alijs nouis Suermeris uarijs & Anabaptistis, uociferantur: Inter sese tamen longo contentionis fune in diuersos sensus trahunt miseros à se deceptos populos, ut merito dubitent, cui nam parti fluctuantes adhærere debeant. Hæc enim sunt uerba Zuinglianorum ante Quatuor annos ædita.

Verba Zuinglianorum cōtra Lutherum.

Prophetæ (inquiunt) & Apostoli, Dei gloriæ, non priuato honori, non suæ pertinaciæ & superbiæ studebant, sed & peccatorum salutem quærebant unice: Adeo, ut licet acrius nonnunquam uerbis inueherentur, in ipsa tamen acrimonia, paterni spiritus ingenium elucesceret. Lutherus sua quærit, pertinax est, insolentia nimia effertur, & confestim Sathana tradit, quotquot illius sententiæ non illico subscribere uelint. Et in omnibus correptionibus

correctionibus suis, plurimum maligni spiritus, quàm minimum uero amici & paterni ingenij deprehenditur. Sed & immania illa, quæ nobis (inquiunt) intentare conatur crimina, nullis unquam demonstrationibus ueris probabit. Atqui hic uel officij sui curam habere debebat Lutherus. Qui enim Christi minister est, Domini negocium solummodo agere debebat, & os ad diuini uerbi prædicationem à Domino purgatum, nequam tot sordibus, Diabolis, conuitijs, & tanta fellis amarulentia scaterere conueniebat. Paulus Apostolus cælorum regno conuitiatores & calumniatores omnes excludit, & quales Christianorū sermones esse deceat, diligenter docet. Ad hæc, Mundus per se non ociosorū modo, sed & leuissimorū uerborum, cōuitorum, scōmatum, execrationū, calumniarū, obtreclationum & infamiarum, omnis deniq; obscœnitatis totus plenus est. Lutherum ergo tam insulsi soli salem esse decebat: Ipse uero uel nimium amarulentia addit, uel conuitiando alijs exemplum præfert. Magna enim & plus satis magna eorum Concionatorum est copia, qui ex Lutheri libris, lædorijs & mordacibus, ingentem maledictorū uim colligentes, eandem illam postea in publico suggestu, in miserū Domini gregē exonerant.

Sordes
Lutheri.

Hæc Celsitudini tuæ, Illustrissime Princeps, sincera intentione ac bona fide suggero, ut pijs & Catholicis populis tuis sapienter prospicias, ne per Caluini libros insidiosè circumueniantur, & in fide ac debita obedientia turbentur, aut in superiores suos nequissime uerbi

Dei & Euangelij falso prætextu, odia per calumnias & rebellionis fomenta concipiant. Bene uale, Generosissime

Princeps. Ex Vratislavia, Slesia præcipua ciuitate. XV. Calendas
Martij M. D. L.

Excusum Moguntia apud S. Victorem, per
Franciscum Behem Typographum.

Laus & gratiarum actio Deo Opt. Max.



*Exemplum veri Pellicanum cernis amoris
Qui reficit pullos ipse cruore suos.
Sic amor est Christi, qui nobis sanguine fuso
Restituit uitam, ac in cruce regna dedit.*